COLLECTANEA FRANCISCANA

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

COLLECTANEA FRANCISCANA

PERIODICUM TRIMESTRE

CURA

INSTITUTI HISTORICI

ORDINIS FR. MINORUM CAPUCCINORUM

EDITUM

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

TOM. VIII

PRINCIPALIORA COMPLECTENS OPERA

ANNIS 1947-1948 EDITA

ISTITUTO STORICO DEI FR. MINORI CAPPUCCINI

ROMA (125) - VIA SICILIA, 159

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

PRINCIPALIORA COMPLECTENS OPERA

ANNIS 1947-1948 EDITA

I. - SUBSIDIA ET INSTRUMENTA

1. — Lorenzo Di Fonzo, O.F.M.Cap., *Novae ephemerides scientificae ac variae (annis 1939-1946 editae)*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 299-307.

In perutili hoc elencho enumerantur 78 nova periodica commentaria vel ephemerides, quorum indoles, si in ipso titulo non satis exprimitur, paucis verbis describitur. In fine A. valde dolet cessationem editionis *Études Franciscaines;* nunc cum ceteris rei franciscanae cultoribus certe gaudebit, quia praeclarum illud periodicum commentarium denuo editur ab hoc anno 1950. P. Bonaventura

2. — *Bruder Franz.* Monatsschrift der seraphischen Familie in Deutschland. *Herausgeber*: Provinzialat der Thüringischen Ordensprovinz der Franziskaner, Fulda, im Auftrag aller deutschen Ordensprovinzen der Franziskaner, Kapuziner und Minoriten. *Schriftleitung*: P. Ferdinand Breitbach, O.F.M. *Druck und Verlag*: Parzeller & Co. vormals Fuldaer Actiendruckerei, Fulda. 1. Jahrgang, Heft 1/2, Mai-Juni 1948. 26,5/18,5 cm. 32 p.

Pulchri huius novi periodici commentarii notitiam brevem iam dedimus in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 355. Quicumque de hodierna actione trium Ordinum S. Francisci praesertim in Germania certior fieri desiderat, in hoc commentario multum et multa invenire potest. P. Bonaventura

3. — *Itinerarium.* Revista Franciscana de cultura católica. Publicación bimestral de los Padres Franciscanos de la Provincia de la Asunción de la Santísima Virgen (Argentina). Buenos Aires, Alsina 380. In-8°, circa 100 p.

Huius novi periodici commentarii, quod ad nos transmissum non est, notitiam sumpsimus ex *Acta Ord. Min.*, 1949, t. LXVIII, p. 444, ubi edocemur, provinciam O.F.M. Fluvii Platensis in Argentina ab an. 1899 edidisse commentarium *El Terciario Franciscano*, deinde an. 1904 huic nomen dedisse *El Plata Seráfico*, quod denique mutatum est an. 1945 in *Itinerarium*. Periodicum hoc, nostri temporis exigentiis accommodatum eleganterque editum, haec continet generatim capita: *Vindicación de ideas y de nombres. - La vida del alma. - Misivas del claustro. - Meditación de la litúrgia. - Razón y adorno de los días. - Razones de la fe. - Lecciones del siglo. - Historia, crónica y documentos. - Bibliografía.* P. Bonaventura

4. — *Studium.* Revue trimestrielle publiée par les Étudiants franciscains du Canada. Vol. I, n. 4, a pag. 181 ad p. 566. Montréal 36, boul. Rosemont 5750. In-8°.

Primam notitiam huius novi commentarii periodici hausimus ex *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 31, ubi tamen non dicitur quonam anno primus fasciculus vel quartus supra citatus prodierit. Hic quidem fasciculus ibidem a censore laudatur, quia « scientificum ardorem iuventutis seraphicae Canadensis egregie aperit studiumque religiosae vitae diligenter exprimendae ». Agitur enim de studiorum curriculo an. 1921 in conventu Montréal instituto et iam per 25 annos traducto, et continet series, notitiis chronologicis exornatas, Guardianorum, Praefectorum studiorum, Lectorum, chronicam conventus studiique, necrologia fratrum defunctorum, multas tabulas phototypicas; censor *loc. cit.* imprimis notat bibliographiam (p. 448-471), cuius indolem propriam quidem non accuratius describit, necnon notitias de vita apostolica et de missionibus. P. Bonaventura

5. — Fridericus Stegmüller. *Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi.* 2 vol. cum numeris continuis. Tomus I: *Textus.* Tomus II: *Indices.* Herbipoli (Würzburg), Apud Ferdinandum Schöningh Bibliopolam, 1947. In-8°, XVI-518; 519-848 p.

Optime iam meritus est cl. A. de studiis mediaevalibus, cum in *Röm Quartalschrift f. christl. Altertumskunde u. f. Kirchengesch.*, 1937, t. XLV, p. 85-360, edidit egregium *Repertorium Initiorum plurimorum in Sententias Petri Lombardi Commentariorum* (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 290 s., ubi relator, P. Amedeus a Zedelgem, de initiis *Commentariorum* variorum Magistrorum franciscanorum in illo *Repertorio* recensitis in speciali articulo se acturum esse promisit, quod quidem, immatura morte praeventus, facere non potuit). Interim A., temporum iniquitate minime desistens ab hac prima editione *Repertorii* summa industria magis magisque perficienda, ingentibus difficultatibus fortiter feliciterque superatis, novam *Repertorii* editionem in lucem protulit, cuius utilitas pro historia doctrinali medii aevi exploranda vix satis efferri potest.

Operi praemittitur introductio in qua A. breviter, sed densissime disserit de origine et progressu *Sententiarum in genere*, de *Sententiis* Petri Lombardi earumque tractationibus, de *Commentariorum in Sent.* variis formis et speciebus, statibus et gradibus perfectionis (de praeparatione lectionis, de lectione, de ordinatione, editione, redactione, de *Commentariorum* historia posteriore, de *Principiis* et *Collationibus*) (p. IX-XII). Confertum deinde elenchum abbreviationum et titulorum librorum saepius adhibitorum (p. XIII-XVI) sequitur textus *Repertorii* qui quattuor comprehendit elenchos: 1) *Sententiarum* Petri Lombardi (p. 1-8), 2) *Glossarum in Sententias Petri Lombardi* (p. 8-13), 3) *Commentariorum in Sententias*, per nomina auctorum dispositorum (p. 13-425), 4) *Commentariorum anonymorum in Sent.*, per loca ubi inveniuntur dispositorum (p. 427-518). Pro singulis auctoribus A. recenset, praemissis de unoquoque concisis notitiis bio-bibliographicis, operum initia (*incipit*) pleniora, codices manuscriptos, editiones, varias si quae sint abbreviationes et redactiones. Praeter *Commentaria in Sent.* proprie dicta adducuntur etiam plures saec. XII scriptores qui alicuius momenti erant ad Petri Lombardi doctrinam formandam. Volumen alterum *Repertorii* continet octo indices, nimirum 1) indicem initiorum alphabeticum (p. 519-676), 2) indicem initiorum biblicorum (p. 677-681), 3) indicem vocum initiorum i. e. vocum magis insignium in initiis occurrentium (p. 683-690), 4) indicem eiusmodi vocum in finibus (*explicit*) operum occurrentium (p. 691-705), 5) indicem chronologicum in quo indicia de scriptoribus, eorumque operibus, aliisque rebus ad historiam doctrinalem medii aevi pertinentibus inde ab an. 1100 usque ad an. 1941 exhibentur (p. 707-731), 6) indicem codicum qui in *Repertorio* allegantur (p. 733-817), 7) indicem auctorum, scribarum, possessorum eorundem codicum (p. 819-841), 8) indicem eruditorum nostri temporis qui in *Repertorio* citantur (p. 843-847). Etiam ex his elenchis continuo apparet A. summam curam posuisse, ut studiosis promptissimum laboris instrumentum pararet, sive circa ingentem rerum copiam, sive circa accuratam singularum notitiarum descriptionem, sive circa claram nitidamque totius textus dispositionem et expressionem typographicam. De historia litteraria et doctrinali scholae franciscanae plurimae in hoc *Repertorio* praebentur notitiae, quas singulatim examinare hoc loco inutilis est labor, quia iam ipse A., commercii scientifici libertate inter Germaniam et exteras nationes ultimis annis magis restituta, interim tantas notitias addendas colligere potuit, ut supplementum sat magnum prelo paratum habeat. Maxime optandum est, ut meritissimus A. haec addenda non separatim in quodam *auctario* edere necessitate coactus sit, sed novae totius *Repertorii* editioni, meliore etiam charta quam praesens editio exarandae, inserere possit. Hoc praestantissimum laboris instrumentum in omnibus bibliothecis studiis franciscanis servientibus omnino adesse debet.

P. Bonaventura

6. — A. Dondaine, O.P., *Un abrégé du Commentaire des Sentences de S. Thomas*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1948, t. XVIII, p. 397-404.

Hic agitur de *Compendio librorum quatuor Sententiarum* (cf. P. Glorieux, *Répertoire des Maîtres en théologie de Paris*, t. II,

p. 247, Paris, 1933), quod diu PETRO AURIOL, O.MIN., tributum est (cf. N. VALOIS, *Pierre Auriol*, in *Histoire littéraire de la France*, t. XXXIII, p. 507). Sed de hoc dubitat R. DREILING, O.F.M., *Der Konzeptualismus der Universalienlehre des Franziskanererzbischofs Petrus Aureoli* (Pierre d'Auriole), p. 27-29, Münster i.W., 1913 (*Beiträge z. Gesch. d. Philos. d. Mittelalters*, t. XI, 6) et ab omnibus hodie N. VALOIS sententia reicitur. Postea, S. BONAVENTURAE editores (*Opera omnia*, t. I, p. LXVI-LXVII, Ad Claras Aquas, 1882), A. PELZER (*Codices Vaticani Latini*, t. II, pars prior, p. 382, Bibliotheca Vaticana, 1931) et AMEDEUS TEETAERT, O.F.M.CAP. (*Pierre Auriol*, in *Dict. Théol. Cath.*, t. XII, col. 1843-1845, Paris, 1935) istius compendii fontem Seraphici Doctoris opera esse dicunt, ita ut F. STEGMÜLLER (*Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi*, n. 663, Würzburg, 1947), illud *Compendium Bonaventurae* inscripserit. Sed de hoc dubitant F. PELSTER, S.I. (*Estudios sobre la transmisión manuscrita de algunas obras de Pedro Aureoli*, in *Estudios Ecl.*, 1931, t. X, p. 465) et O. LOTTIN, O.S.B. (*La doctrine morale des mouvements premiers de l'appétit sensitif aux XIIième et XIIIième siècles, chap. III, Écrits anonymes du milieu du XIIIième siècle*, in *Arch. Hist. Doct. Litt. M.A.*, 1931, t. VI, p. 91; *À propos du Commentaire de Pierre de Tarentaise*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1946, t. XIII, p. 91). Nunc A. probare intendit huius compendii fontem esse doctrinam S. THOMAE, O.P. In hunc finem, diversorum manuscriptorum seriem commemorat, scilicet: *cod. Vat. lat. 944*, Nîmes, *Bibl. Municipale, cod. 38*, Paris, *Bibl. Nat.*, *Lat. 3681* et *Lat. 3251*. Deinde statuit haec diversa manuscripta idem opus referre, cum inter se parum differant. Tunc manuscripto *Bibl. Nat.*, *Lat. 3251* nisus, probat illud S. THOMAE *Commentarii* ordinem sequi, praeter tres varias lectiones; concedit tamen A. aliquoties S. BONAVENTURAM praeferri. In re, agitur de parvi momenti opusculo, ad vulgi intentionem scripto, quod praesertim ex S. THOMAE suam doctrinam exhaurit, sed aliunde etiam eam facile desumit. P. JULIANUS EYMARD

7. — G. ABATE, O.F.M.CONV., *Antichi manoscritti ed incunaboli dell'ex biblioteca O.F.M.Conv. di S. Francesco, ora Bibl. comun. di Sarnano* (*Marche*), in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 478-529.

Bibliothecae antiquae conventus Sarnanensis, O.F.M.Conv., et novae bibliothecae communis, saeculo elapso, conventibus religiosorum suppressis, ex illa exortae recenterque renovatae historia breviter enarrata, A., qui de restauratione bibliothecae optime meritus est, de 76 codicibus manuscriptis maioris momenti necnon de 58 libri ante an. 1500 typis expressis, in eadem bibliotheca adservatis, primas voluit dare studiosis notitias, descriptionem minutiosiorem omittendo, sed auctores eorumque opera quibusdam notitiis bio-bibliographicis recenter editis illustrando.

Hic enumeramus opera franciscana, praemisso singulis libris signo iuxta significationem factam saeculo XIX, cum designatio iuxta normas hodiernas adhuc desit: *Cod. E. 36* (membr., 1347): HUGO DE NOVOCASTRO, O. MIN., *Commentarium in II. Librum Sententiarum*. - *Cod. E. 40* (membr., s. XIV): RICHARDUS DE MEDIAVILLA, O. MIN., *Commentarium in IV. Sententiarum*. - *Cod. E. 41* (membr. s. XIV): ALEXANDER DE ALEXANDRIA, O. MIN., *Super II et III Sententiarum*. - *Cod.*

E. 56 (chart., s. XIV): *Auctoritates SS. Patrum*, cod. scriptus a THOMASSINUS DE S. ELPIDIO, O. MIN., c. 1330. - *Cod. E. 58* (membr., s. XIV-XV): PETRUS IOANNIS OLIVI, O. MIN., *Commentarium in Apocalypsim*. - *Cod. E. 59* (membr., s. XIV, non XIX, ut per errorem habetur apud A.): DEUTALLEVI DE MORTULA, O. MIN., *Opus festivum* (*Sermones*); auctor hucusque ignotus fuit studiosis historiae franciscanae; in bibliographia ab A. adducta titulus dissertationis a nobis conscriptae non recte allegatur, sed citari debuit *De historiae praedicationis, praesertim in Ord. Fr. Min. Capuccinorum, scientifica pervestigatione*. - *Cod. E. 60* (chart., s. XIII-XIV): *Miscellanea Historica Franciscana*, iam antea ab A. minute descripta (cf. *Misc. Franc.*, 1939, t. XXXIX, p. 645-655). - *Cod. E. 63* (membr., s. XIV): *Sermones de evangeliis dominicarum*, auctore cuiusdam fratris *O. Min.* ignoti. - *Cod. E. 64* (membr. et chart., s. XIV e XV): *Miscellanea sermonum* et *Vita brevis beati Francisci Assisiensis* dicta *Legenda Minor*, conscripta a S. BONAVENTURA. - *Cod. E. 66* (membr., s. XIV): BERTRANDUS DE TURRE, O. MIN., *Postilla super Epistolas Dominicales totius anni*. - *Cod. E. 71* (membr. s. XIV): IOANNES DE RIPA (al. DE MARCHIA), O. MIN., *Commentarium in I Sententiarum*. - *Cod. E. 78* (membr., s. XIII-XIV): *Breviarium Romano-Franciscanum*. - *Cod. E. 79* (membr., s. XIV): ALEXANDER DE HALES, O. MIN., *Postilla super Psalterium*. Pars I; non est ALEXANDRI, ut ipse codex dicit, sed HUGONIS DE SAINT-CHER, O.P. - *Cod. E. 82* (membr., s. XIV): *D. Bonaventura abbreviatus super Sententias*. - *Cod. E. 83* (membr., s. XIV exeunte): ALEXANDER DE ALEXANDRIA, O. MIN., *Postilla super Evangelium Iohannis*. - *Cod. E. 89* (membr., s. XIV): PETRUS DE CANDIA (ALEXANDER V.) O. MIN., *Commentarium in Libros Sententiarum*. - *Cod. E. 91* (membr., s. XIV): IOANNES DE RUPELLA, O. MIN., *Postilla super Lucam*; huius operis solum tres alii codices noti sunt. - *Cod. E. 92* (membr., s. XIV): PETRUS AURIOL, O. MIN., *Commentarium in III. Librum Sententiarum* (red. 2). - *Cod. E. 93* (membr., s. XIV): GULIELMUS DE WARE, O. MIN., *Quaestiones in IV Libros Sententiarum*. - *Cod. E. 97* (membr., s. XIV): GULIELMUS DE WARE, O. MIN., *Quaestiones super Quatuor Libros Sententiarum*; plura de hoc codice scripsit antea ELIA MAGRINI, O.F.M.CONV., in *Misc. Franc.*, 1936, t. XXXVI p. 312-332; 1938, t. XXXVIII, p. 411-429. - *Cod. E. 98* (membr., s. XIV): GERALDUS ODDONIS, O. MIN., *Commentarium in I et II Sententiarum*; animadvertimus, quod, si nomen auctoris in lingua vernacula fuit « *Ot Guiral* », forma latina debet esse *Geraldus*, non vero *Gerardus*; in bibliographia ab A. allata plura spectant non GERALDUM ODONIS, sed ODONEM RIGAUD, O. MIN., qui autem ab illo omnino differt. - *Cod. E. 101* (membr., s. XIV): PETRUS AURIOL, O. MIN., *Commentarium in I Librum Sententiarum*. - *Cod. E. 108*, antea *E. 56* (membr., s. XIII-XIV): *Miscellanea sermonum - Speculum animae* IOANNIS DE PECHAM, O. MIN.; hoc opusculum, hactenus omnino ignotum, recenter iuxta hunc unicum codicem editum est a GAUDENTIO MELANI, O.F.M., qui rectius illud inscribi dicit *Tractatus de anima*; cf. nostram recensionem in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 131-135. - *Cod. E. 110* (chart., s. XIV-XV) continet, praeter *Sermones et opuscula varia, fol.* 99v ss., opusculum FRANCISCO DE MEYRONNES, O. MIN., adscriptum, cui titulus *Liber florum*. - *Cod. E. 127* (s. XIV): IOANNES GUALLENSIS, O. MIN., *Tractatus de Poenitentia, De vitiis et virtutibus, Breviloquium de virtutibus antiquorum principum*. - *Cod. E. 129* (chart., s. XIV): *Miscellanea praedicabilia - Quadragesimale* FRANCISCI DE ABBATIBUS (DEGLI ABATI), O. MIN. (c. 1344). - *Cod. E. 132* (chart., s. XIV); FRANCISCUS DE MEYRONNES, O. MIN., *Sermones*. - *Cod. E. 137* (chart., 1621); CONSTANTIUS TORRI CARD. A SARNANO, O.F.M.CONV., *Lectura super I Sententiarum* (1584) - MATTHAEUS FERCHIUS, O.F.M. CONV., *Quaestio prima Libri III Physicorum*. - *Cod. E. 140* (chart., s. XIV): HENRICUS DE MONTE IARDINO, O. MIN., (c. 1350), *Lectura super Quatuor Evangelia de Adventu et super Evangelium « Missus est »*; iuxta A. fortasse unicum exemplar. - *Cod. E. 142* (chart., s. XIV): NICOLAUS DE LYRA, O.MIN., *Postilla in Evangelia*. - *Cod. E. 144* (chart., s. XIV): FRANCISCUS TOTI DE PERUSIA, O. MIN., *Super I et II Sententiarum*; in bibliographia citari potuit etiam *Collect. Franc., Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 461*. - *Cod. E. 145* (chart., s. XV): PETRUS AURIOL, O. MIN., *Quodlibetum*. - *Cod. E. 148* (s. XV): ALEXANDER DE HALES, O. MIN., *In*

Psalmos. Pars. II. - *Cod. E. 149* (chart., 1522): PETRUS DE CANDIA [ALEXANDER V], O.MIN., *Commentarium in Libros Sententiarum.* - *Cod. E. 150* (1551): IACOBUS MALAFOSSA [BARGENSIS], O.MIN., *Septimus Metaphisicae.*

Inter libros saec. XV impressos et in Bibl. Sarnanensi adservatos hi inveniuntur auctores franciscani: ANTONIUS ANDREAE, S. BONAVENTURA, BERNARDINUS DE BUSTI, O.F.M.OBS., IOANNES CANONICUS, O.MIN., IOANNES DUNS SCOTUS, O.MIN., MAURITIUS DE PORTU, O.F.M.CONV., FRANCISCUS DE MEYRONNES, O.MIN., PELBARTUS DE TEMESWAR, O.F.M.OBS., ANTONIUS TROMBETTA, O.F.M.CONV.

P. BONAVENTURA

8. — O. SCHÄFER, O.F.M., *Descriptio codicum franciscalium in bibliotheca centrali nationali Romae asservatorum*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 347-380.

Duodeviginti codices franciscales quae hic accurate describuntur olim pertinebant ad bibliothecam Collegii S. Bonaventurae de Urbe, nunc autem adservantur in *Bibl. Naz. Centr. Vittorio Emanuele II, Fondi minori Mss. S. Bonaventurae.*

In iisdem sequentia opera franciscana continentur: *Cod. 1013* (*S. Bonav. 1*) continet archetypum, an. 1667 scriptum, operis anno sequente Panormi editi P. ROBERTI NUTI, O.F.M.CONV., *Vita del servo di Dio P. F. Giuseppe da Copertino.* - *In cod. 1007* (*S. Bonav. 2*) saec. XV exeunt., chart., habetur FRANCISCI RUBEI DE MARCHIA, O. MIN., *Commentarius in II-IV Sententiarum* (f. 1r-175r: Lib. II Sent. reportatus per Guilielmum de Rubione, f. 175r-176v: index quaestionum; f. 176v-229v: Lib. III Sent.; f. 229v-352: Lib. IV Sent., incompl.; A. edidit indices quaestionum (47, 17, 56). - *Cod. 1015* (*S. Bonav. 3*), saec. XV med., post 1439, chart., continet BARTHOLOMAEI DE PISA, O. MIN., *De conformitate vitae beati Francisci ad vitam Domini Iesu.* - *In cod. 1128* (*S. Bonav. 8*), saec. XVIII exeunt., chart., descriptae sunt dedicationes variorum librorum, inter quos invenitur PAULI A LUGDUNO, O.F.M.CAP., *Positivae ac speculativae Theologiae Specimen* (Venetiis, J.B. Nemitti, 1743) et AUGUSTINI ARBUSTII, O.F.M.CONV., *Institutiones Theologiae* (Romae, Salomoni, 1780). - *Cod. 1123* (*S. Bonav. 10*), saec. XVIII, chart., miscellaneus, continet plures relationes de missionibus franciscanis in Extremo Oriente saec. XVIII. - *Cod. 1022* (*S. Bonav. 11*), saec. XVII-XVIII, chart., miscellaneus, continet, praeter varia documenta praesertim liturgica franciscana, in f. 2r-149r BONAVENTURAE AMADEI DE CESARE, O.F.M.CONV., *Supplex Libellus ad SS. Pontificem Benedictum XIV Pro definibilitate immaculatae Conceptionis.* - *Cod. 896* (*S. Bonav. 22*), saec. XVII, chart., continet f. 1r-93r SCOTI *Formalitates*, f. 95r-101v sententias excerptas ex ALEXANDRO HALENSI, S. BONAVENTURA, DUNS SCOTO. - *Cod. 1009* (*S. Bonav. 27*), saec. XIX, continet f. IIr-43r *Regole delle più principali, e necessarie, per imperare, e praticare il canto fermo raccolte dal* P. F. PELLEGRINO DA MONTICELLI DI FONDI, O.F.M.REF., deinde in f. 50r-56v *Regole da osservarsi dagli Fratelli Novizj in questo sagro Noviziato di Santa Maria della Grazia* (presso Ponticelli). - In *cod. 953* (*S. Bonav. 28*), saec. XVII, chart., habentur *Disputationes ad mentem Subtilium Principis Jo. Duns Scoti* in libros ARISTOTELIS *De Anima, Metaphys., De Generatione et Corruptione* (f. 1r-126v). - *Cod. 971* (*S. Bonav. 35*), saec. XV (1467), membr., continet S. BONAVENTURAE *Lib. I super sententias* (f. 1r-174rb), scriptum *per fratrem Bernardinum de* [...]*stro ordinis eiusdem.* - *Cod. 1066* (*S. Bonav. 36*), saec. XIX, complectitur p. 1-240 *Compendio della Storia Minoritica*, scriptum a quodam sodali O.F.M.Conv. - *Cod. 1129* (*S. Bonav. 39*), saec. XVII, chart., miscellaneus (de conventu Salandrae Prov. Basilicatae O.F.M.Obs.; de Fratribus de Observantia et de Capuccinis Perusiae; de conventu Pisini, O.F.M.Obs.; de causa testamenti BERNARDINI FOLI DE BORGO S. SEPOLCRO, Cap.). - *Cod. 1137* (*S. Bonav. 40*), saec. XVII, chart., continet f. 2r-44v relationem JOANNIS DE GARROVILLAS, O.F.M.OBS., de Japonia, necnon f. 45r-52v *Responsiones Fratris Marcelli a Ribadeneyra ad obiectiones que contra suam historiam objiciuntur.* - *Cod. 960* (*S. Bonav. 41*), saec. XVIII, continet f. 1r-269v

STANISLAO DI FRANCESCO DI PAOLO, CARMELITANO SCALZO, *Breve Trattato delle Indulgenze*, ubi f. 64v-74 et 228r-232r agitur de indulgentiis Ordinis Franciscani (Portiuncula, Via Crucis, XL Horae). - *Cod. 961* (*S. Bonav. 42*), saec. XVIII-XIX, habet f. 31r-56r fragmentum tractatus dogmatici de persona Christi, absoluti *IV. Non. Ianuar. anno 1823, Romae in Collegio D. Bonav.* - *Cod. 1120* (*S. Bonav. 48*), an. 1710, continet BERNARDINO DI FULIGNO, O.F.M.OBS., *Istoria Sacra de dolorosa memoria della tormentosa Passione e morte del Figliuolo di Dio*, cum approbationibus et adnotationibus. - *Cod. 1016* (*S. Bonav. 50*), saec. XIX, f. 1r-313r: Dimostrazione delle necessità di richiamare in vigore il decreto della Congregazione de' Regolari del 10 maggio 1645 approvato da Innocenzo X. col quale si ristabilisce nella famiglia Cismontana dei Minori Osservanti e Riformati l'uso di eleggere e mandare i discreti al capitolo provinciale. - *Cod. 1131* (*S. Bonav. 51*), saec. XVIII, continet f. 1r-299v: *Trattato Delle Perfetione del Christiano Composto in Lingua Francese Dall' Eminentissimo Signore Cardinale Duca di Richelieu e Tradotto nella Lingua Italiana Dal Padre Riccardo d'Omala del terzo Ordine di san' Francesco della Congregazione di Francia.* P. BONAVENTURA

9. — L. MEIER, O.F.M., *Iter Germanicum Scotisticum*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 500-520.

Iam an. 1943 A. de suo itinere, quod an. 1938 ingressus est ut pro nova editione operum omnium JOANNIS DUNS SCOTI in bibliothecis Germaniae quam plurima manuscripta investigaret, relationem proposuit (*Vier Jahre Skotusforschung in deutschen Bibliotheken*, in *Zentralbl. f. Bibliothekswesen*, 1943, t. LX, p. 145-167). Nunc eiusdem itineris relationem comprehensivam exhibet, ex qua patet A. 706 bibliothecas perlustrasse, quarum dimidiam partem ipse adivit, alteram autem indirecte per catalogos vel bibliothecariorum litteras rescriptas percontatus est. Harum omnium bibliothecarum elenchus proponitur, accurate significatis illis bibliothecis quae complete pervestigari propter bellum aliasque difficultates non potuerunt, vel propter belli tristes effectus nondum poterunt. Sequitur elenchus codicum scotisticorum ab A. inventorum, addito elencho omnium codicum ab eodem A. aliisque studiosis inventorum *Sermonis de Conceptione B.M.V.* Plurimas collegit indefessus A. notas codicographicas, bibliographicas, historico-litterarias, non solum de ipsius SCOTI operibus, sed etiam de operibus discipulorum SCOTI, Pseudo-Scotisticis, aliisque affinibus, praesertim etiam de opusculis devotis S. BONAVENTURAE, quorum centenos testes manuscriptos nondum observatos A. invenit. Uberrimum fructum sui laboris A. tradidit Commissioni Scotisticae Romanae, cui de tanto laboris socio nemo non gratulatur. Quantumnam itaque adiumentum A. novae editioni operum omnium SCOTI praestiterit, solum post edita opera apparebit. Ipse A. momentum praecipuum laboris sui non ponit in codicibus a semetipso primo repertis, sed in fundamento largo et solido, « quasi insyndicabili » — ut ipse dixit —, quo nova editio critica operum SCOTI inniti possit. Notitias particulares A. in hac relatione non attulit, praeterquam quod duas collectiones *Sermonum* SCOTO adscriptas certe veris auctoribus, i.e. CONRADO DE BRUNDELSHEIM, S.O.CIST., et JOANNI CONTRACTO, O.MIN., attribuendas esse statuit, insuper quod, teste *cod. 31 Bibliothecae Univ.* in Erlangen, PSEUDO-SCOTI *Commentarius in Matthaeum* pertinet ad NICOLAUM DE GORAM, denique quod in tantis codicibus examinatis ne unum quidem opus biblicum SCOTO certe attribuendum invenit.

P. BONAVENTURA

10. — L. MEIER, O.F.M., *De raro codice scotistico Casselano nuper invento*, in *Zeitschr. f. Religions- u. Geistesgesch.*, 1948, t. I, p. 88-90.

Investigans opera SCOTI in codicibus in *Landesbibl.* civitatis Kassel, in tegumento *cod. Chem. Qu. 77 A.* detexit tria folia membranacea, quae distinctiones 20-25 *Additionum Primi Libri Sent.* JOANNIS DUNS SCOTI, lacunosas quidem, continent. Hoc fragmentum, nunc signatum *cod. Theol. Fol. 171*, ad pauca manuscripta earundem *Additionum* accedit. P. BONAVENTURA

11. — *Codices Vaticani Latini. Codices 10701-10875* recensuit IOHANNES BAPT. BORINO, Bibliothecae Apostolicae Vaticanae scriptor. 2 voll. In Bibliotheca Vaticana, Typis Polyglottis Vaticanis, 1947. In-8° mai., (VIII)-588 p. (textus); (IV)-380 p. (indices).

Supervacuum est de momento scientifico horum voluminum verba facere. Solum res franciscanas in eisdem enarratas in hac relatione significamus.

Recensentur igitur e Sanctis vel Beatis trium Ordinum S. Francisci: ANTONIUS DE PADUA, CAROLUS BORROMEO, CATHARINA DE BOLOGNA, CUNEGUNDIS REGINA POLONIAE, DIDACUS, ELISABETHA REGINA HUNGARIAE, FELIX DE CANTALICIO, FRANCISCUS ASSISIENSIS, IOHANNES DE CAPESTRANO, PASCHALIS BAYLON.

Ad Ord. Fr. Minorum Cappuccinorum pertinent notitiae vel documenta de missionibus in Sierra Leona (1668-1672) et in Saida (1755; P. GABRIEL QUONTI, superior miss.), ecclesia Immacul. Conceptionis Romae (1714), ANTONIO BARBERINI sen., card. (1625-1626), FRID. NATTA i.e. HYACINTHO DE CASALE (1621), BERNARDINO OCHINO (epistula, 1542), PAULO LUGDUNENSI (*Les ennemis declarez de la Constitution « Unigenitus »*, 1719), SALVATORE A NARO, prov. Panormitanae (1715, excommunicatio), STEPHANO A CESENA, Min. Generali (1675, expulsio e Regno Neapolitano).

Ad Fratres Minores spectant: Rom. Pontificum bullae (1220-1312); CLEMENTIS V bullae (1308-1312); *Privilegii et indulg. da summi pontifici concesse alli frati Min. della observ. tracte dallo registro della Sedia Apost. per lo magestro Marcho* (TRIVISANO) *audit. della corte Rom.* (a Gregorio IX ad Sixtum IV); MICHAELIS DE CESENA olim Ministri Generalis appellatio contra IOHANNEM XXII (1328); *Graduale* Fratrum Minorum (s. XIV ex.); EUGENII IV constitutum (1431); de Fratrum Minorum exclusione a custodia locorum sanctorum urbis Jerusalem (1675); causa *Narnien. fratrum extractorum ab eorum conventu* (ante an. 1681); causa de dignitate discreti perp. ord. Min. Observ. et Reform. a CLEMENTE XI olim concessa ANTONIO BLANCH, O.F.M.OBS. (1718); causa de dignitate discreti perp. ord. a BENEDICTO XIV DESIDERIO MAZZEI DE CASABASCIANA, O.F.M.OBS., concessa (1751); discretorum prov. Romanae memor. libellus ad commissarium generalem familiae Cismontanae de convocando capitulo generali (1754); ANTONIUS DE MONTEBUFO, commiss. gen. O.F.M.REF. (1710); COELESTINUS DE MEDIOLANO, vicecommiss. gen. O.F.M.Obs. (1710); BERNARDINUS A TERLIZZI, commiss. gen. familiae Cismontanae O.F.M.Obs. (1754); BERNARDUS DELLA CHIESA, O.F.M.OBS., commiss. gen. Terrae Sanctae in Curia Rom. (1712); BERNARDINUS DELLA CHIESA, O.F.M., episcopus Pekin. (1690, 1719); EMMANUEL DEL RIO, O.F.M.OBS., commiss. gen. Terrae Sanctae in Curia Rom. (1738); conventus in Acco (1754-55), Aleppo (1738-1753), Amsterdam (1715), Assisi, Benavente (1712), Constantinopolis (post an. 1680), Damascus (1752, 1754), Douai, Jerusalem (1675, 1738, 1744, 1745, 1752, 1757), Joppe (1756), Lendinara (1692), Livorno (1715), Madeira (1711), Padova (S. Maria delle Grazie, s. XIX), Piacenza (S. Maria de Nazareth, 1477-1481), Cairo (1741, 1753), Roma (Aracoeli et S. Franciscus ad Ripam, 1711); LAURENTIUS COZZA, O.F.M.OBS., card. (1726); ANGELICUS DE GAZOLO, O.F.M. (1738), ANTONIUS AB ARCHANGELIS O.F.M.OBS. (1710), BERNARDUS A PORTIUNCULA, O.F.M.OBS. (1707),

Bonaventura de Roma, O.F.M.Ref. (1702), Carolus Horatius de Castorano, O.F.M.Obs. (1721), Bernardinus Clifton, O.F.M.Rec. (1716), Jacobus Diaz, O. Min., (post an. 1680, Constantinopoli), Emmanuel a Conceptione, O.F.M.Obs. (1707), Emmanuel ab Incarnatione, O.F.M.Obs. (1710), Franciscus a S. Jacobo, O.F.M.Obs. (1710), Franciscus de Caramagna, O. Min. (1753), Thomas Granellus, O.F.M.Obs. (1712), Bonaventura Hutchinson, O.F.M.Rec. (1716), Jacobus de Luca, O.F.M.Obs. (1744), Ignatius a Jesu, O.F.M.Obs. (1707), Johannes Maria de Manfredonia, O. Min. (1753), Johannes Duns Scotus, Josephus Maria de S. Remo, O. Min. (1753), Ludovicus de Vellano, O.F.M.Obs. (1758), Franciscus Macedo, O.F.M.Obs. (s. XVII), Marcus Trivisanus, O. Min. (s. XV), Petrus a Sacramento Monte Sione, O.F.M.Obs. (1712), Petrus Aureoli, O. Min., Petrus de Aquila, O. Min. (+ 1361), Philippus de Rovigliasco, O. Min. (s. XVI), Stephanus dos Remedios, O.F.M.Obs. (1710), Johannes Riba, O. Min. (1752), Johannes Riera, O.F.M.Obs. (1616, maior syndicus universitatis Maioricae), Sebastianus de Cilento, O.Min. (1753), Josephus Suarez, O. Min. (1757), Victorius de Fosdinovo, O.F.M.Obs. (1758), Josephus Ximénez Samaniego, O.F.M.Obs. (1673); provinciae Algarbiorum seu Portugalliae, O.F.M.Obs. (1707-1710), Angelorum (Hispalen.?), Etruriae O.F.M.Obs. (1758); *Sermones* anonymi fratris O. Min. (1685-1701); Sixtus IV; Sixtus V.

Quod ad Ordinem S. Clarae attinet, notitiae exhibentur de canonizatione S. Catharinae de Bologna et de conventibus clarissarum in Jesi (1580), Ellin (Hispania, 1708), Guadalajara (Sevilla, 1707), Pamplona (Bogotá, 1709), Oporto (Portus Cale, 1710), Villafranca (Compostella, 1708), necnon de conventu S. Rosaliae in Sevilla Monialium Capuccinarum (1701).

Ad Tertium Ordinem S. Francisci pertinent *cod. Vat. lat. 10768*, in quo, praeter textum italicum *Regulae*, plures notitiae de privilegiis et indulgentiis habentur, necnon documenta quae respiciunt sodales in Mexico (1709) et Acco (1755), Franciscum a Nativitate, Johannem a S. Magdalena, et Josephum a S. Teresia, prov. Portugalliae (1708), denique *cod. 10734*, qui continet Raimundi Lulli opus cui titulus *Libre de Contemplacio en Deu*, et ignoratur in editione curata a A. M. Alcover et M. Obrador i Bennássar, *Obres originales del illuminat doctor mestre Ramon Lull* (voll. II-III, Palma de Mallorca, 1906), a cuius textu multis variantibus differt. P. Bonaventura

12. — Anneliese Maier, *Die Borghese-Handschriften der Biblioteca Vaticana*, in *Traditio*, 1948, t. VI, p. 351-356.

Summatim A. refert de collectione codicum *Borghesiana*, de qua primus Fr. Ehrle, S.I., notitias dedit in *Arch. f. Litt. u. Kirchengesch. d. M.A.*, 1885, t. I, p 19 s.; 1887, t. III, p. 471 ss. Momentum ostenditur huius collectionis, quae multa manuscripta continet in quibus imprimis opera non pauca Petri Ioannis Olivi, O.Min., aliaque scripta, praesertim etiam litem de paupertate spectantia, iacent, inter quae non pauca anonyma, quae copiosam materiam praebent studiosis nondum exploratam. Particulares notitiae ab A. hic non afferuntur. P. Bonaventura

13. — Anneliese Maier, *Der literarische Nachlass des Petrus Rogerii (Clemens VI.) in der Borghesiana*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1948, t. XV, p. 332-356; 1949, t. XVI, p. 72-98.

A. erudite disputat de *codd. Vat. Borgh. 34, 39, 69, 83, 89, 157, 204, 247*, qui quidem notam possessoris non habent, ut complures alii codices Borghesiani qui aperte Petro Rogerii adscribuntur, sed certe e bibliotheca privata istius doctoris provenerunt, eiusdem opera continent, immo, ut A. gravibus argumentis accurate ex-

ponit, praeter *codd. 34* et *39*, omnes propria manu a futuro papa Clemente VI scripti sunt. Inter hos codices particularis momenti est *cod. 39*, continet enim f. 299r-341v fragmenta *disputationis collativae* i. e. quaestionum collativarum, quibus PETRUS ROGERII, an. 1320-21, Parisiis *Libros Sententiarum commentans*, socium suum FRANCISCUM DE MEYRONNES, O.MIN., aggressus est, necnon replicationum, quibus hic contra illum se defendit. Quae A. de hac disputatione collativa exponit, non paucum contribuunt ad hoc genus disputationis scholasticae, hucusque minus notae, melius cognoscendum. Quod ad FRANCISCUM DE MEYRONNES attinet, in dicto codice haec adservantur fragmenta: f. 299r-304r, secunda pars replicationis ad PETRI ROGERII *principium* in *IV Sent.*; f. 323r-328r, integra replicatio ad adversarii *principium* in *II Sent.*; f. 340v-341v, integra replicatio contra eiusdem *principium* in *III Sent.*; prima replicatio et prima pars secundae replicationis desunt. Doctrina J.D. SCOTI, praesertim de *distinctione formali ex natura rei*, a PETRO ROGERII, vestigia sequente GUIDONIS TERRENI, O.CARM., acriter impugnatur, a FRANCISCO autem strenue defenditur. In disputatione, praeter veteres, pauci allegantur doctores moderni: GODEFRIDUS DE FONTAINES et, e schola franciscana, PETRUS AURIOL, HUGO DE NOVO CASTRO, O.MIN., et J. DUNS SCOTUS, quem etiam PETRUS ROGERII cum reverentia allegat, dum econtra S. THOMAM, cuius doctrinam sequitur, in hac disputatione nunquam citat, ita ut inter singulares Doctoris Angelici sectatores vix numerari possit. Eius propensionem in sicdictum augustinismum ostendunt etiam alia eius opera in ceteris codicibus contenta. Ex his sequentia de re franciscana adnotamus: In *cod. Vat. Borgh. 89*, f. 33r-34r, inter quaestiones PETRI ROGERII, habetur *Quaestio utrum verbum sit aliquid*, quae forsitan, ut A. suspicatur, GULIELMO DE WARE, O.MIN., attribuenda est. In *cod. Vat. Borgh. 69*, f. 179r-v, 182v, pluries GULIELMI DE LA MARE, O.MIN., *Reprobationes* i. e. *Correctorium fratris Thomae* adprobatur. *Cod. Vat. Borgh. 346*, quem PETRUS ROGERII possidebat, quando fuit cardinalis et archiepiscopus Rothomagensis, praeter commentarium anonymum in *II Sent.* continet quasdam quaestiones GULIELMI DE WARE, O.MIN., illi commentario intermixtas. *Cod. Vat. Borgh. 247* continet f. 7r-12r primas 16 quaestiones et partem q. 17 *Commentarii in IV Sent.* GULIELMI DE WARE, scripti manu PETRI ROGERII; initium *Utrum sacramenta causent effective in anima aliquid absolutum positive* aliaque loca differunt ab huius commentarii textu in aliis manuscriptis adservato (*Vat. lat. 4300, Chis. B VII 114, Chis. B VIII 135*); idem *cod. 247* conservat f. 12v, 1r, 2r-v, PETRI ROGERII *Quaestionem de formalitatibus*, non absolutam, in qua « rationes magistri Hugonis (de Novo Castro) ad confirmationem scoticae opinionis (de distinctione formali ex natura rei) » refutantur.

P. BONAVENTURA

14. — ANNELIESE MAIER, *Zur handschriftlichen Überlieferung der Quodlibeta des Petrus Ioannis Olivi*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1947, t. XIV, p. 223-228.

In *cod. Borgh. 106* inveniuntur, praeter PETRI IOANNIS OLIVI, O.MIN., tractatum *De perlegendis philosophorum libris*, etiam 12 quaestiones philosophicae (f. 15r-20r), quae pertinent ad 5 *Quod-*

libeta eidem OLIVI attributa *in* editione Veneta descripta in H. SBARALEA, O.F.M.CONV., *Supplementum et castigatio ad scriptores trium Ordinum S. Francisci*, Pars II, p. 345a, Romae, 1921; quattuor istarum quaestionum habentur etiam in *cod. Borgh. 322*, f. 104r-146r. Cum hae quaestiones iuxta A. PETRO IOANNIS OLIVI adscribendae sint, etiam dubium de authenticitate illorum 5 *Quodlibetorum* tollitur. Dum igitur sententiae iam antea a V. DOUCET, O.F.M., prolatae ab A., codicum *Borgh.* peritissima investigatrice, comprobantur, novas notitias affert de opere VITALIS DE FURNO, O.MIN., *De rerum principio*. Cognoscere enim potuit VITALEM DE FURNO quaestiones 16 et 18-24 illius operis, de quarum authenticitate etiam F.M. DELORME, O.F.M., dubitaverat (cf. VITALIS DE FURNO, *Quodlibeta tria*, ed. F.M. DELORME, p. XVII, Romae, 1947), a PETRO IOANNIS OLIVI mutuatum esse. Cf. etiam recensionem ab A. PELZER de citata editione *Quodlibetorum* factam in *Rev. Hist. Éccl.*, 1948, t. XLIII, p. 234-235.

P. BONAVENTURA

15. — *Notable Accessions. Manuscripts*, in *Bodleian Library Record*, 1947, t. II, p. 169-171.

Inter manuscripta noviter a bibliotheca Bodleiana acquisita inveniuntur quinque quae ad historiam franciscanam pertinent. Primum recensetur IVONIS DE CHARTRES *Panormia* (*Ms. Lat. misc. d. 74*); hoc manuscriptum postea fuit ROGERI DE CONWEY, vigesimi secundi ministri provinciae Anglicae Ordinis Minorum; citantur alia quoque manuscripta, quae idem ROGERUS possidebat, nimirum LONDON, *Gray's Inn 1, 5, 12*, et OXFORD, *New College 117*. - Aliud manuscriptum bibl. Bodleianae recenter acquisitum est *Ms. Lat. th. e. 24* (exeuntis saec. XIII), quod continet *Sermones*, quorum primus, *Memorialia de sacra cruce que viris litteratis poterunt praedicari* inscriptus, JOHANNI RUSSELL, O.MIN., adscribitur; ceteri huius codicis sermones anonymi sunt. - *Ms Eng. th. c. 58*, saec. XV, mutilatum in initio et in fine, continet *Meditations on the Passion of Christ* PSEUDO-BONAVENTURAE. - *Ms. Lat. misc. f. 40*, continens *Librum phisionimie* MICHAELIS SCOTI, scriptum est an. 1487-88 a MAGISTRO JOHANNE LAURENTII DE SENIS, O.F.M.OBS., qui an. 1481 composuit catalogum bibliothecae conventus Senensis O.FM.Obs., editum a N. PAPINI, O.F.M.CONV., *L'Etruria Francescana*, p. 118-164, Siena, 1797. - Denique bibl. Bodleianae accessit *Ms. Top. Oxon. d. 370*, quod continet manuscriptum operis A.G. LITTLE, *The Grey Friars in Oxford*, multis additionibus et emendationibus auctoris manu exornatum. P. BONAVENTURA

16. — R.W. H[UNT], *Notable Accessions. Manuscripts*, in *Bodleian Library Record*, 1948, t. II, p. 226-227.

Indicatur, inter manuscripta a bibliotheca Bodleiana, Oxonii, recenter acquisita, *cod. Bodl. lat. th. c. 17*, qui praeter opus *De Universo spirituali et corporali* GULIELMI ALVERNI continet duo opera ROBERTI GROSSETESTE, nimirum *De cessatione legalium* et *Hexameron*, non paucis correctionibus marginalibus instructa. Quae cum iuxta sententiam ipsius W. HUNT et S.H. TOMSON certe manu ipsius ROBERTI GROSSETESTE, ut in *cod. Bodl. 198* (*S.C. 1907*), scriptae sint, momen-

tum huius codicis apparet. Additur tabula phototypica, in qua duo exempla istarum correctionum (f. 199rb et f. 192va) exprimuntur.

P. BONAVENTURA

17. — JEAN PORCHER. *Bibliothèque National. Nouvelles acquisitions latines et françaises du Département des manuscrits pendant les années 1941-1945. Inventaire sommaire.* (Extrait de la *Bibliothèque de l' École des chartes*, t. CVI, années 1945-1946). Paris, 1947. In-8°, 61 p.

Inter manuscripta in hoc elencho enumerata unum tantum pertinet ad rem franciscanam, nimirum *cod. lat., nov. acq., 2612*, saec. XIV, membr., 4 fol. in 2 col., 480/355 mm, qui continet fragmentum *Postillae litteralis in Biblia* NICOLAI DE LYRA, O.MIN.

P. BONAVENTURA

18. — *Scoperte di Archivio*: *Cimelio francescano del sec. XIV*, in *Oss. Rom.*, 1948, 25 gennaio, p. 3.

Iterum inventum est in *Archivio Storico Comunale civitatis* Orvieto opus manuscriptum, quod omnes amissum dicebant, de vita et miraculis Fr. AMBROSII A MASSA, O.MIN. († 1236). Maunscriptum, quod quadraginta paginas comprehendit, dedicatur Fr. EMMANUELI A COMO, O.F.M.OBS., qui fuit celebris pictor. Auctor non cognoscitur neque tempus quo scriptum fuerit; probabilius saec. XIV.

P. JULIANUS EYMARD

19. — POLYCARPUS RADO, O.S.B. *Libri liturgici manuscripti bibliothecarum Hungariae. Tom. I. Libri liturgici manuscripti ad Missam pertinentes.* (Editiones Bibliothecae Széchényianae Musaei Nationalis Hungarici. XXVI). Budapestini, Sumptibus Musaei Nationalis Hungarici, 1947. In-8°, IV-223 p.

Describitur in hoc volumine, p. 134-135, *Missale itinerantium O. Fratrum Minorum*, manuscriptum saec. XV, adservatum Budapestini, *Bibl. Univ., c. 106*. Insuper per totum librum plures notitiae inveniuntur circa officia et missas priorum Sanctorum trium Ordinum S. Francisci; ita p. 21-22 editur tabula de officio S. Elisabethae, T.O.S.

P. BONAVENTURA

20. — DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M. *Middeleeuwse Handschriften op godsdienstig gebied in het bezit van de Bibliotheek der Gemeente Rotterdam.* Rotterdam, Uitgave van de Stichting Vrienden der Gemeente-Bibliotheek, 1948. In-8°, X-203 p.

Cum hunc librum ipsi inspicere non potuerimus, ex *Arch. Franc. Hist.*, 1947 (ed. 1949), t. XL, p. 290 s., scimus A. in eodem 40 codices saec. XIV-XVI, in bibliotheca communi civitatis Roterodamensis adservatos, iuxta praecepta codicographiae modernae accurate descripsisse. Inter 648 opera vel opuscula in his codicibus contenta habentur nonnulla quae ad rem franciscanam pertinent: in *cod. 96 B 4* (saec. XV), f. 3-72, habetur S. BONAVENTURAE, *Legenda Maior S. Francisci*; f. 73-75, *Regula Patris S. Francisci* an. 1223; f. 76-81, *Legenda*

Minor S. Clarae; f. 85-189, *Vita S. Coletae et miracula*; omnia haec lingua latina descripta sunt. - *Cod. 96 E 2*, saec. XV exeunte vel XVI ineunte lingua neerlandica conscriptus, continet: f. 8-36, *Regulam Ordinis S. Clarae*, ab INNOCENTIO IV propalatam; f. 36-46, *Testamentum S. Clarae*; f. 46-48, *Benedictionem S. Clarae*; f. 48-53, *Formulam professionis Regulae* INNOCENTII IV; sequuntur *Privilegium paupertatis* et variae preces, inter quas una in honorem S. CLARAE. - *Cod. 96 F 5*, item neerlandice, continet, f. 7-72, sedecim capitula *Dictorum B. Aegidii Assisiensis*; sequitur tractatus philosophicus, de quo censor ulteriores notitias non affert. - In *cod. 96 C 1* habentur libri II et III operis DAVIDIS DE AUGUSTA, O.MIN., *Profectus religiosorum*, conversi in sermonem neerlandicum qui vocatur medius. - In *cod. 96 E 7* invenitur versio neerlandica precationis, S. BERNARDINO SENENSI adscriptae, *O dulcis Jesu*. - In collectione precum, quae in *cod. 96 E 12*, conscripto neerlandice probabiliter circa an. 1513, conservatur, inter alia inveniuntur invocatio S. CLARAE, precatio quaedam S. BONAVENTURAE post S. Communionem et quaedam precatio S. FRANCISCO ASSISIENSI adscripta, sed inter eiusdem *Opuscula*, an. 1904 Ad Claras Aquas edita, nondum assumpta. - Etiam *cod. 96 E 4*, in altera parte saec. XIV neerlandice conscriptus, continet exercitia pietatis, inter quae quandam antiphonam et orationem ad S. FRANCISCUM necnon aliam precationem eidem Sancto attributam. - Denique in *cod. 96 G 10*, qui librum horarum neerlandicum continet, inveniuntur preces ad SS. FRANCISCUM, ROCHUM, CLARAM et ELISABETHAM (de Hungaria?).

P. BONAVENTURA

20ª. — G.I. LIEFTINCK. *Codices in finibus Belgarum ante annum 1550 conscripti qui in Bibliotheca Universitatis asservantur*. T. I: *Codices 168-360 societatis cui nomen Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde*. (Bibliotheca Universitatis Leidensis. Codices manuscripti. Tom. V, fasc. 1). Lugduni Batavorum, E.J. Brill, 1948. In-8°, XXII-236 p.

20b. — MAXIMILIANUS VAN MOERDIJK, O.F.M.CAP., *Middelnederlandse Franciscaanse Godsdienstige Geschriften*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 167-176.

Quae in inventario codicum manuscriptorum a G.I. LIEFTINCK edito (*supra*, n. 20ª) describuntur opera vel opuscula ad hsitoriam vel rem franciscanam pertinentia, P. MAXIMILIANUS in hac relatione accurate refert. Cum opus G.I. LIEFTINCK inspicere non potuerimus, e relatione P. MAXIMILIANI res franciscales principaliores hic breviter notamus. Praefamur omnia opera vel opuscula hic recensita in linguam neerlandicam translata esse, ideoque pertinere ad codices societatis scientiae litterarum neerlandicarum vulgo *Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde* nuncupatae.

Inveniuntur igitur sequentia opera franciscana: S. FRANCISCI ASSISIENSIS *Testamentum* (*cod. 264* et *265*) et *Verba admonitionis* (*cod. 264*; desunt 1-4 et 22). - S. BONAVENTURAE *Legenda Maior* (3 versiones in *cod. 264, 265* et *266*, saec. XV) et fragmenta *Legendae Minoris* (1-9, *cod. 264*). - Duae versiones 40 capitum ex *Actibus beati Francisci et sociorum eius* (*cod. 266* et *267*). - Fragmenta duarum versionum *Speculi perfectionis* fusius tractati (*cod. 264* et *267*). - Fragmenta *Dictorum beati Aegidii Assisiensis* (*cod. 264* et *223*). - Fragmenta *Officii S. Francisci* cum hymno THOMAE DE CAPUA (*cod. 297*); versio alicuius hymni in S. FRANCISCUM

post saec. XIII (*cod. 264*); duae orationes S. FRANCISCO attributae, una in *cod. 294*, altera scil. *Pater Noster* in *cod. 294* et *356*; aliae duae orationes ad S. FRANCISCUM (*cod. 237* et *284*). - Imagines S. FRANCISCI inveniuntur in *cod. 266* (*stigmatizatio*, incisa a J. SWELINCK, et *Franciscus Crucem contemplans*, incisio saec. XVII); in initio *cod. 264* in prima littera S. FRANCISCUS minio depingitur, cum alia eiusdem imago minio picta in *cod. 274* inter fol. 164 et 165 resecata sit.

Insuper habentur: S. BONAVENTURAE *De perfectione ad Sorores* (*cod. 332*), *Vitis mystica* (*cod. 340*), *Soliloquium* (*cod. 261*), *Stimulus amoris* (*cod. 329*); eidem attribuitur opusculum de sex fructibus meditationis passionis Domini (*cod. 300*), denegatur *Opus contemplationis* (*cod. 262*). - Fragmentum cuiusdam operis, fortasse GILBERTO TORNACENSI, O.MIN., attribuendi (*cod. 222*). - DAVIDIS DE AUGSBURG, O. MIN., *Profectus religiosorum* (*cod. 319* et fragmentum in *cod. 222*). - Fragmentum cuiusdam sermonis BERTHOLDI DE REGENSBURG, O.MIN., de S. Missa (*cod. 307*). - Fragmenta *Arboris vitae* HUBERTINI DE CASALE, O.MIN. (*cod. 222, 262, 314 I*). - RUDOLPHI BIBRACENSIS, O.MIN., *De septem itineribus aeternitatis* (*cod. 330*). - Quaedam preces S. BERNARDINI SENENSIS (*cod. 304* et *324*) et eiusdem *Quadragesimale de Evangelio aeterno* (*cod. 224*). - JOANNIS BRUGMAN, O.F.M.OBS., sermo quidam (*cod. 222*) aliique textus (*cod. 224, 324, 356*). - GULIELMI DE GOUDA, O.F.M.OBS., *Peregrinationes Terrae Sanctae* (*cod. 318*). - HENRICI HERP, O.F.M.OBS., *Spieghel der Volcomenheit* (*cod. 222, 340*). - MATTHIAE WEYNSEN, O.F.M.OBS., *Fasciculus Mirrae* (*cod. 357*); de hoc auctore A. dicit nihil esse notum nisi quod Frater Minor fuerit; notitiae autem de eo inveniri possunt in HENRICI SEDULII, *Chronicon Werthense* (cf. *Collect. Franc.*, 1946-1947, t. XVI-XVII, p. 64 et 87). - Denique A. lectoris animum convertit in varia scripta, in eisdem codicibus adservata, de vita et passione Domini, de exercitio Viae Crucis, de doloribus B.M.V. tractantia, quae accuratius non indicantur, sed sine dubio saltem ex parte cum Ordine franciscano cohaerent.

Tractans in fine de quaestione, undenam codices descripti provenerint, A. ostendit permultos antea pertinuisse ad conventus trium Ordium S. Francisci, praesertim Tertii Ordinis Regularis, quos hic enumerare nimis longum est. Miratur A. quod inter tot manuscripta franciscana non invenitur ulla vita S. CLARAE ASSISIENSIS, et suspicatur id non casu accidisse, sed a causa particulari profectum esse, quae adhuc accuratius investiganda erit. P. BONAVENTURA

21. — TH. KAEPPELI, O.P., *Une somme contre les hérétiques de S. Pierre Martyr*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1947, t. XVII, p. 294-331.

In initio memoratur *Summa contra haereticos* a JACOBO CAPELLI, O.MIN., scripta (cf. ILARINO DA MILANO, O.F.M.CAP., *La « Summa contra haereticos » di Giacomo Capelli, O.F.M., e un suo « Quaresimale » inedito (secolo XIII)*, in *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 66-82).

P. JULIANUS EYMARD

22. — A. DONDAINE, O.P., *Le manuel de l'Inquisiteur*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1947, t. XVIII, p. 85-194.

A., de Inquisitoris directoriis scribens, haud semel de Fratribus Minoribus loquitur. Sic (p. 112) agitur de ANGELO DE ASSISIO, O.MIN., qui inquisitionis directorium ad proprium sui ipsius usum transcripsit (cf. L. OLIGER, O.F.M., *Summula inquisitionis auctore Fr. Angelo de Assisio, O.Min. (1361)*, in *Antonianum*, 1930, t. V, p. 475-486). Deinde (p. 118) tractatus *De officio inquisitionis* non DONATO A SANCTA AGATHA, O.MIN., tribuitur, ut scripserat J.H. SBARAGLIA, O.F.M.CONV. (cf. *Supplementum et castigatis ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci...*, t. I, p. 238, Romae, 1908); eidem DONATO A SANCTA AGATHA non, ut dixit idem J.H. SBARAGLIA (cf. *op. cit.*, t. I, p. 238) tribuitur *Trac-*

tatus super materia hereticorum, sed ZANCHINO UGOLINO qui fuit inquisitionis advocatus (cf. *cod. Vat. lat. 2648*).

Sed praesertim de DAVIDE DE AUGUSTA, O.MIN., agitur et de eius tractatu *De inquisitione hereticorum;* huius tractatus duae sunt recensiones, altera brevis, altera porrecta; prioris tantum textum refert E. MARTÈNE, O.S.B., in suo *Thesauro novo anecdotorum*, t. V, col. 1777-1794 (Paris, 1717) (p. 93), sed adsunt manuscripta, ut *Mazarine ms. 2015*, ff. 166-173, et Dublin, *Trinity College, ms. C. 5.19*, ff. 92-116, quae posterioris textum continent (p. 181). Insuper, huius directorii excerpta inveniuntur sive in Dôle, *Bibliothèque publique, ms. 109*, ff. 32-34, sive in *cod. Vat. lat. 3978*, ff. 72-76 (p. 132, 151). A. huius tractatus doctrinam describit (p. 104-105) et de eius authenticitate diffusam discussionem instituit (p. 180-183).

Agitur etiam de JACOBO CAPELLI, O.MIN. (p. 177, 295), JOANNE A PARMA, O.MIN. (p. 136), NICOLAO NARNIENSI, O.MIN. (p. 103), PETRO A FLORENTIA (p. 147), SINIBALDO A LACU, O.MIN. (p. 103, 111, 159) et de S. LUDOVICO, Galliae rege, T.O.S. (p. 151).

P. JULIANUS EYMARD

23. — J. LECLERCQ, O.S.B., *Un recueil espagnol d'Opuscules ecclésiologiques au XIV^e^ siècle*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1947, t. XX, p. 232-234.

A. de *cod. lat. 4046 Bibl. Nat.* Parisiensis tractat, de quo iam R. SCHOLZ disseruerat (*Unbekannte kirchenpolitische Streitschriften aus der Zeit Ludwigs des Bayern (1327-1354)*, t. II, p. 570-571, Roma, 1914). Postquam hoc manuscriptum breviter descripsit, A. catalogum praebet diversorum operum quae in eo continentur. Inter quae commemorantur praesertim: BONAGRATIA DE BERGAMO, O.MIN., *Tractatus de Christi et apostolorum paupertate* (cf. L. OLIGER, O.F.M., *Fr. Bonagratia de Bergamo et eius tractatus de Christi et apostolorum paupertate*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1929, t. XXII, p. 292-335, 487-511) et *Rationes fratris Francisci de paupertate Christi.*

P. JULIANUS EYMARD

24. — C. BALIĆ, O.F.M., *Códices mariológicos en las bibliotecas españolas*, in *Ecclesia* (Madrid), 1947, n. 329, p. 9-10.

Ex brevi notitia in *Bibliotheca Hispana*, sect., I, 1947, t. V, p. 381, certiores facti sumus hoc in articulo contineri recensionem manuscriptorum, quae litteris gothicis exarata sunt et quaestiones de mariologia tractant, quaeque in bibliothecis hispanicis adservantur.

P. MELCHIOR

25. — C. BALIĆ, O.F.M., *Las obras de Duns Escoto en los códices españoles*, in *Ecclesia* (Madrid), 1947, n. 330, p. 11, 21.

A. qui an. 1946 bibliothecas Hispaniae perlustravit, aliquos codices detexit, qui opera JOANNIS DUNS SCOTI referunt; ex his nunc duo potissimum describuntur, scil. *cod. 19* Bibl. Dertusae, et *cod. 83* Bibl. Valentiae.

P. MELCHIOR

26. — C. Balić, O.F.M., *Códices manuscritos de las bibliotecas españolas en torno a la muerte y Asunción de la Virgen*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 245-261.

Codices, quos A. in bibliothecis hispanicis inspexit de assumptione B. Virginis, hic non describuntur, sed vix eorum argumentum exprimitur una cum signatura qua distincti sunt. Hi generatim referunt sermones, quorum summa, secundum A. sententiam, si solum codices saec. XIII-XV considerantur, ad numerum circiter 170 pertingit. Fusiore calamo describuntur *cod. 1608-1613 Bibl. Univ.* Salmanticensis, qui opus marianum saec. XVIII ineunte compositum exhibent, quodque ex parte iam ab A. editum est (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 140-141). P. Melchior

27. — Carlos Alberto Ferreira. *Inventário dos Manuscritos da Biblioteca da Ajuda referentes a América do Sul.* Coimbra, Faculdade de Letras da Univers. de Coimbra, Instituto de Estudos Brasileiros, 1946. In-8° mai., 682 p.

28. — [Salvador Joaquín de Sevilla, O.F.M.Cap.]. *Colección documental del Fraile*, por el Estado Mayor Central del Ejército, 2 voll. Madrid, Ediciones Ares, 1947. In-8°, 253 et 267 p.

Salvator Joachimus ab Hispali († 1830), sodalis prov. Baeticae O.F.M.Cap. (cf. Juan B. de Ardales, O.F.M.Cap., *La Divina Pastora y el B. Diego José de Cádiz*, p. 448-487, Sevilla, 1949), sedulo collegit opuscula, folia, poemata, sermones et cetera huiusmodi parva scripta quae historiam religiosam, civilem et socialem Hispaniae praesertim ineunte saec. XIX illustrant; quod quidem miscellaneum opus inscriptum *España triunfante de Napoleón, la Francia y todos sus enemigos* constat 1008 voluminibus et adservatur Matriti in bibliotheca instituti *Servicio Histórico Militar;* moderatores huius instituti optimo ducti consilio statuerunt typis vulgare indicem argumentorum illius operis; hactenus duo volumina indicis in lucem prodiere, scil. a littera A usque ad litteram K, et iam redactae sunt 6.000 schedae. Novissime innotuit nomen auctoris; diu enim ignotus manserat quapropter opus designabatur uti *Colección documental del Fraile*. Cultores historiae ecclesiasticae et praesertim civilis plures haurient notitias utiles ex his voluminibus, quamvis indices editi secundum normas descriptionis bibliographicae facti non sint. Cf. *Rev. Arch. Bibl. y Mus.*, 1948, t. LIV, p. 360 sq. P. Melchior

29. — Leo Santifaller, *Quellen zur Geschichte des spätmittelalterlichen Ablass- und Reliquienwesens aus schlesischen Archiven*, in *Mitteil. Oesterreich. Staatsarch.*, 1948, t. I, p. 20-136.

Inter instrumenta ab ecclesiastica auctoritate ante an. 1342 confecta ad indulgentias concedendas ecclesiis in Silesia sitis, cl. A. e *Regesten zur schlesischen Geschichte*, t. I-VIII (1884-1930), nonnulla enumerat documenta quae ad ecclesias franciscanas pertinebant, nimirum 8 ad monasterium S. Clarae, Vratislaviae (Breslau), 4 ad ecclesiam S. Jacobi conventus O.Min., ibidem, 6 ad ecclesiam O.Min. Glacii (Glatz), 1 ad ecclesiam O.Min. in Löwenberg, 1 ad ecclesiam

O.Min. in Schweidnitz. In elencho reliquiarum, an. 1401-1404 confecto, monasterii O.Praem. Vratislaviensis descriptae sunt etiam reliquiae S. CLARAE virginis et S. FRANCISCI. Insuper breves notitiae inveniuntur de monasterio S. Clarae Vratislaviensi saec. XIV (1342).

P. BONAVENTURA

30. — D. SCHILLING, O.F.M. - I. OMAECHEVARRIA, O.F.M., *Dos cartas inéditas del B. Luis Sotelo*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 9-28.

Iam de nipponicis missionibus saec. XVII multa documenta publici iuris fecerant G. VOSS, S.I., et H. CIESLIK, S.I. (cf. *Collect. Franc.*, 1943, t. XIII, p. 439). Postea G. HUEBER, O.F.M., biographiam B. LUDOVICI SOTELO, O.F.M. (1574-1624), scripsit (cf. *Collect. Franc.*, 1941, t. XI, p. 667). Nunc autem A. duas epistolas eiusdem beati viri in *British Museum, cod. 3.750*, invenit. Brevis introductio praecedit, ab A. MUÑOZ, O.F.M., B. LUDOVICI socio, scripta, in qua tantum hoc dicitur eas authenticas esse. Epistolae, diebus 2 et 4 februarii 1607 datae, res a missionariis gestas enarrant. Introductione copiosa et copiosis adnotationibus A. textum illustrat et illum magis intelligibilem efficit.

P. JULIANUS EYMARD

31. — BONAVENTURA DA MEHR, O.F.M.CAP., *Inventario dei manoscritti di San Giuseppe da Leonessa, esistenti nell'Archivio della Postulazione Generale dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini a Roma*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 259-272.

Opera, opuscula et litterae S. JOSEPHI A LEONESSA, O.F.M.CAP., quae in Archivo Postulationis Generalis O.F.M.Cap. in Urbe manuscripta adservantur, breviter describuntur: 17 manuscripta quae sermones, collectanea concionatoria aliasque materias concionatoribus utiles continent, 3 manuscripta de quaestionibus logicalibus tractantia, 1 codex miscellanea varia continens, 1 tractatus pastoralis de concionatoribus, 2 epistolae. Insuper nonnullae notitiae de aliis manuscriptis eiusdem Sancti nunc dispersis exhibentur. In appendice eduntur quaedam *Oratio*, vitae apostolicae rationem describens, et duo carmina ad eodem S. JOSEPHO composita. P. BONAVENTURA

32. — *Documentos históricos. Antiguas misiones de las provincias de Aragón y Navarra*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 67-73, 144-146, 164-167, 196-200.

Usque adhuc de FRANCISCO A PAMPLONA, O.F.M.CAP., eiusque sociis multi scripserunt, sed sive tantum de minutis peculiaribusque rebus, sive absque methodo scientifica. Anno 1928, FREDEGANDUS AB ANVERSA, O.F.M.CAP., de primis Capuccinorum missionibus scribens, illum hispanicum missionarium commemoraverat (cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 504). Postea BALTHASAR A LODARES, O.F.M.CAP., annis 1929-1930, de Capuccinorum in Venetiolae missionibus multa documenta publicaverat et illum Capuccinum invenerat (cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 124, 433). Deinde anno 1936, J. CUVELIER, C.SS.R., de Capuccinorum in Congo et in Angola missionibus quasdam notas ediderat (cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 657) et YVONNE DE ROMAIN et ERNESTUS-MARIA A BEAULIEU, O.F.M.CAP., modo litterario de eodem scripserant (cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 629; 1939, t. IX, p. 432).

Denique HILDEBRANDUS AB HOOGLEDE, O.F.M.CAP., de GEORGIO A GEEL, O.F.M.CAP., disserens, simul ac Belgii Capuccinos invenerat, de illis qui ex Hispania profecti erant disserere debebat (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 431). Omnes hae dissertationes, omnia haec opera satisfacere non poterant. Itaque, huius missionis centenariae commemorationis gratia, Provinciae Navarrae Capuccini ampliorem bibliographiam typis mandaverunt. Quae bibliographia tres partes continet. Prima documenta vulgat quae ab anno 1642 usque ad annum 1646 missionem hanc respiciunt, quando FRANCISCUS A PAMPLONA, O.F.M.CAP., BONAVENTURA AB ALESSANO, O.F.M.CAP., MICHAEL A SESSA, O.F.M.CAP., ab Hispania profecti, illam condiderunt et constituerunt. Secunda pars ad FRANCISCUM A PAMPLONA pertinet, quando, anno 1646, Romam rediit postulans, ut sibi novae missiones committerentur. Tertia in parte documenta edita BONAVENTURAM A CORELLA, O.F.M.CAP., BERNARDUM AB HUESCA, O.F.M.CAP., et FRANCISCUM A CALLEN, O.F.M.CAP., ostendunt qui ab URBANO VIII petunt ut in Congi missiones mittantur, 1644-1646. Omnia documenta haec ex *Archivo S. Congr. de Prop. Fide* desumuntur, et quia antea nondum edita erant, utilissima iis erunt qui res a nostris missionariis gestas enarrare volent.

P. JULIANUS EYMARD

33. — BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Dos Relaciones inéditas sobre la Misión Capuchina del Congo*, in *Collect. Franc.*, 1946-1947, t.XVI-XVII, p. 102-124.

Occasione tertii pleni saeculi ab adventu Fr. Minorum Capuccinorum in regionem Congo (1645-1945), A. recenset duas relationes nondum editas, quae primordia huius missionis enarrant, quarum altera, a JOANNE A COMPOSTELLA, O.F.M.CAP. (1672?) composita, conservatur manuscripta Matriti in *Bibl. Nat., mss. 772*, et altera ab ANTONIO A TERUEL, O.F.M.CAP. (1665) scripta iacet in eadem bibliotheca, *mss. 3533* et *3574*. In primis, A. in adnotatione copiosam praebet bibliographiam, deinde de utraque relatione eundem ordinem sequitur, scilicet notitiam biographicam perhibet, deinde narrationes describit earumque momentum ostendit. Et denique satis recte concludit haec duo monumenta historica fontes esse praecipuos rerum a missionariis Capuccinis in Congo gestarum, annis 1645-1649 quando ab eis missio haec condita est.

P. JULIANUS EYMARD

34. — IGNAZIO DA SEGGIANO, O.F.M.CAP., *Documenti inediti sull'apostolato dei Minori Cappuccini nel Vicino Oriente (1632-1683)*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 118-244.

Iam de missionariis XVII saeculi Capuccinis multi scripserunt inter quos praesertim noti sunt ROCHUS A CESINALE, O.F.M.CAP., G. FAGNEZ, L. DEDOUVRES, GODEFRIDUS A PARIS, O.F.M.CAP., CLEMENS A TERZORIO, O.F.M.CAP., G. DE VAUMAS. Plura documenta quoque iam typis mandata sunt, ut IOSEPHI PARISIENSIS, O.F.M.CAP., litterae et relationes. Nunc autem A. documenta quae pro sua dissertatione ad lauream consequendam invenit in *Archivo Congr. Propagandae Fidei* (duo tantum e *Bibliotheca Vaticana* deprompsit), publice edit, quorum aliqua iam sive partim, sive plene vulgata sunt, quorum vero pleraque nondum sunt edita. Ex quibus praecipua tantum hic memoramus, sci-

licet: LEONARDI A PARIS, O.F.M.CAP., et IOSEPHI A PARIS, O.F.M.CAP., quattuor ad card. L. LUDOVISI relationes (12 martii 1626, anno 1628, 1 decembris 1628, 15 aprilis 1633); PACIFICI A PROVINS, O.F.M.CAP., duas epistolas ad card. L. LUDOVISI (10 ianuarii 1623 et 25 aprilis 1623); THOMAE A PARIS, O.F.M.CAP., relationem ad card. ANT. BARBERINI, O.F.M.CAP. (12 octobris 1641); CLAUDII A BOURGES, O.F.M.CAP., relationem ad INNOCENTIUM X (anno 1651); SILVESTRI A SAINT-AIGNAN, O.F.M.CAP. relationem ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide (23 maii 1651). Horum documentorum gratia, de missionariis gallicis XVIII saeculi, de eorum methodis, difficultatibus, successibus prosperis multa vetera nobis commemorantur, plurima docentur; quivis vir doctus qui missionibus his operam dare velit, ea legere debet et meditari. P. JULIANUS EYMARD

35. — M.J. GEIGER, O.F.M. *Calendar of Documents in the Santa Barbara Mission Archives.* (Publications of the Acad. of Amer. Franciscan History. Bibliograph. series, Tom. I). Washington, 1947. In-8°, XIV-291 p.

Ut accuratius ac magis distincte cognoscantur res a franciscanis gestae, anno 1944 *Academia Historiae Franciscanae Americanae* (*Academy of American Franciscan History*), condita est. Nunc opus suum primum typis mandat quod documenta continet quae in *Santa Barbara Mission Archives* conservantur. In sex partes dividuntur: Prima vocatur *Junipero Serra Collection* et comprehendit praesertim epistolas, petitiones, libellos a JUNIPERO SERRA, O.F.M., scriptos (1713-1784). Secunda pars vocatur *California Mission Documents, 1640-1853.* Temporum ordinem observat et huius rei gratia huius missionis progressus decursusque accuratius cognoscitur. Tertia pars inscribitur: *Documents of the College of Our Lady of Sorrows at Santa Barbara.* Quarta pars, seu *Reports, Statistical Tables, List etc.*, missionariorum elenchum continet a missionis initio usque ad annum 1934. Quinta pars includit *Various Documents not belonging to the California Collection*, ita ut hic sive de Mexico, sive de Peru, sive de Philippinis insulis etc. agatur. Denique sexta pars continet *Old Newspapers, Magazines and Items of Historical Interest.* P. JULIANUS EYMARD

36. — D. SCARAMUZZI, O.F.M., *Il fondatore della California e i suoi scritti inediti*, in *Oss. Rom.*, 1947, 4-5 agosto, p. 4.

A. librum a J.G.M. PIETTE, O.F.M. scriptum et sic inscriptum: *Evocation de Junipero Serra, Fondateur de la Californie*, Bruxelles, 1946, recenset. Primus JUNIPERI SERRA, O.F.M., historicus, FRANCISCUS PALAU, O.F.M., pauca de epistolis eiusdem religiosi viri dixerat et de eius diario nihil. Plures quam trecentas epistolas J.G.M. PIETTE invenit quas cum quadam enarratione vulgat. Insuper diarium quod MAYNARD GEIGER, O.F.M., in Mexico, *Archivo Nationali*, invenit post has epistolas editum est. Hinc ad Californiae notitias maximi momenti hoc opus esse videtur. P. JULIANUS EYMARD

37. — ANGELO MERCATI. *Sussidi per la consultazione dell'Archivio Vaticano.* Vol. III (Studi e Testi, 134). Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, 1947. In-8°, XIV-93 p.

Praemissa, in praefatione, accurata descriptione *Bullarii generalis I* et *II Archivi Secreti Vaticani*, in quibus 111 + 108 folia cum documentis pontificiis plurium Summorum Pontificum inde ab ALEXANDRO III ad JULIUM III (non II, uti p. 57, n. 97 legitur), adservantur, cl. A. elenchum amplorum regestorum singulorum documentorum exhibet, inter quae 15 ad NICOLAUM IV [HIERONYMUM DE ASCOLI PICENO, O.MIN.] pertinent (*Bullarium generalis I*, 8, 9, 14-26), 10 ad antipapam NICOLAUM V [PETRUM DE CORVARO, O.MIN.] (*Bullarium generale I*, 10-13) et unum ad ALEXANDRUM V [PETRUM DE CANDIA, O.MIN.] (*Bullarium generale II*, 80). Deinde A. textum documentorum antipapae NICOLAI V quae in *Bullario generali I*, l.c., exstant, addito textu alterius documenti eiusdem NICOLAI V adservati in *Arch. Secr. Vat.*, *Instrumenta miscellanea*, n. 235, edit; haec documenta hucusque studiosis ignota erant vel ab iisdem NICOLAO IV attribuebantur.

P. BONAVENTURA

38. — FIDEL DE LEJARZA, O.F.M., *Los archivos españoles y la misionología*, in *Missionalia Hisp.*, 1947, t. IV, p. 525-585.

Praesens dissertatio est veluti manuductio investigatoribus oblata, qui in tabulariis hispanicis notitias quaerunt ad historiam missionum conscribendam. A. in re missiologica peritissimus notiones historicas tradit, et usu rerum edoctus significat sectiones cuiuscumque tabularii, in quibus documenta inveniri possunt; insuper ad exemplum multa huiusmodi documenta affert, ex quibus non pauca missiones franciscanas respiciunt. Utiliter igitur haec elucubratio consulenda est antequam quis pervestigationem archivorum adgrediatur. P. MELCHIOR

39. — D. INCHAURBE, O.F.M., *Inventario del convento franciscano de San Lorenzo de la Orotava (Tenerife)*, in *Arch. Ib.-Amer.*, 1948, t. VIII, p. 253-272.

Ex cod. adservato in tabulario vulgo *Delegación de Hacienda* in civitate Santa Cruz de Tenerife (Canarias) transcribitur librorum qui in bibliotheca coenobii huius civitatis adservabantur catalogus an. 1820. Editor tamen nullas addidit notitias circa auctores et opera recensita.

P. MELCHIOR

40. — A. GANDILHON - B. JARRY - P. CRAVAYAT. *Archives départementales du Cher. Répertoire numérique de la série* H: *Clergé régulier*. Bourges, Archives départementales du Cher, 1947. In-fol., 195 p.

Huius repertorii notitiam sumpsimus e *Rev. Hist. Éccl.*, 1949, t. XLIV, p. 741, ubi sequentes conventus franciscani indicantur: Capuccinorum in Saint-Amand et in Vierzon, Fratrum Minorum (Cordeliers) in Bourges. P. BONAVENTURA

41. — H. HARDENBERG. *Inventaris der archiven van het arrondissement Maastricht en van het Departement van de Nedermaas (1794-1814)*. 's Gravenhage, 1946. CXXVI-291 p.

Ex *Franciscana*, 1949, t. IV, p. 36 — ipsum enim librum videre non potuimus — scimus inter documenta in hoc inventario descripta

nonnulla pertinere ad historiam suppressionis, tempore dominationis gallicae, conventuum trium Ordinum franciscalium in districtibus Mosae-Traiectensi et Mosae Inferioris, scil. O.F.M.Rec. in St.-Truiden, Hasselt, Tongeren, Rekem, Maaseik, Munsterbilzen, Bree, Stokkem, Zepperen, Maastricht, Slavante, Roermond, Weert, Venlo; O.F.M.Cap. in St.-Tuiden, Hasselt, Maaseik, Munsterbilzen, Maastricht, Wittem; Sorores Recoll. in Achel. P. Bonaventura

42. — W.J. Formsma et B. Van 't Hoff. *Repertorium van Inventarissen van Nederlandsche Archieven.* Groningen, 1947. In-8°, 100 p.

Quae hucusque, sive separatim, sive in periodicis commentariis, edita sint inventaria archivorum Neerlandiae, in hoc *Repertorio* accurate indicantur. In toto elencho enumerantur 1162 inventaria, in quorum multis indicantur documenta quae ad historiam Ordinum S. Francisci in regionibus neerlandicis illustrandam non parvum conferent incrementum. Hanc notitiam sumpsimus e *Franciscana*, 1949, t. IV, p. 108-112, ubi P. David De Kok, O.F.M., maiorem partem istiusmodi inventariorum rettulit. P. Bonaventura

43. — C. Van Herck et Ad. K. Jansen, *Archief in beeld. Het Meubilair van onze abdijen en kloosterkerken (naar oude tekeningen)*, in *Tijdschr. voor Gesch. en Folklore*, 1947, t. X, p. 3-67.

Auctores huius articuli catalogum praeparaverunt duorum fere milium documentorum, in quadam collectione privata Antverpiae conservatorum, quae designationes sculpturarum continent quas plures artifices saec. XVII et XVIII pro abbatiis, monasteriis et conventuum ecclesiis confecerunt. Antequam totum istorum documentorum catalogum typis ederent, AA. in praesente articulo quoddam specimen eiusdem proposuerunt, quod quidem ipsi inspicere nequivimus, sed plura documenta continet quae conventum Fratrum Minorum Antverpiensem aliasque ecclesias franciscanas spectant, uti periodico *Franciscana*, 1948, t. III, p 121 s., edocemur. P. Bonaventura

44. — Herman Leo Van Breda, O.F.M., *Les archives Husserl à Louvain. Leur état actuel*, in *Theoria, A Swedish Journal of Philosophy and Psychology*, 1947, t. XIII, p. 65-70.

45. — Idem, *Notes from the Husserl Archives*, in *Philosophy and Phenomenological Research*, 1947, t. VIII, p. 302-303.

Quamvis in brevibus his notitiis de manuscriptis a celeberrimo philosopho E. Husserl, phaenomenologiae auctore, relictis nihil de quovis argumento franciscano dicatur, hos articolos hic recensere opportunum credimus, quia eorum A. de istis manuscriptis conservandis, describendis et ordinandis valde meritus est. P. Bonaventura

46. — Herwig Ooms, O.F.M., *Archief van het klooster der Minderbroeders te Sint-Truiden*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 38, 125-127; 1948, t. III, p. 32-33.

Cum mense maio an. 1940 conventus Fratrum Minorum in St.-Truiden incendio deleretur, archivum conventus salvari potuit. Nunc A. huius archivi acta et documenta in brevi inventario describit. Ad prima saecula conventus, circa an. 1230 iam fundati, pauca referuntur documenta, maior pars pertinet ad historiam saec. XVIII et XIX.

P. BONAVENTURA

47. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae de bibliothecis et archivis Ordinis reficiendis, servandis, disponendis, ornandis*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 178-189.

Harum encyclicarum scopus est ut omnes Ordinis Fratr. Minorum bibliothecae renoventur et ad quod institutae sunt apte accommodentur. Ideo postquam et Seraphici Patris mens spiritusque et Seraphici Doctoris Constitutiones earumque redactiones an. 1279, 1292, 1316, et ea quae an. 1337 in Statutis Provinciae Franciae promulgantur, sicut et ea quae praescribuntur an. 1621 et 1623 in Capitulis Generalibus, commemorantur, A., prolatis multis scriptoribus sacris qui praedicandi et docendi officium nobis imponunt, edicit ut bibliotheca Pontificii Athenaei Antoniani de Urbe primaria totius Ordinis constituatur. Quapropter mandatur ut singuli Ministri Provinciales ad istam primariam bibliothecam opera mittant secundum quasdam conditiones accuratissime pro certo affirmatas et ut, cura Pontificii Athenaei Antoniani, quamprimum Patribus convocatis, praelectiones quaedam practicae habeantur de ordinandis, instaurandis et conservandis libris, bibliothecis et archivis, denique ut in singulis Ordinis provinciis bibliothecae primariae construantur sicut et in diversis domibus religiosis. Sequuntur multa praecepta de his diversis bibliothecis instaurandis.

P. JULIANUS EYMARD

48. — *Librarianship and the Franciscan Library. Report of the Twenty-Eighth Annual Meeting of the Franciscan Educational Conrence, Santa Barbara, California, June 23-26, 1947.* Vol. XXVIII. Washington, D.C., Capuchin College Brookland, 1947. In-8°, IX-462 p.

Cf. recensionem editam in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 145-147.

49. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Franciscan Printing Houses in Pre-Reformation times*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 91.

Brevissimae notitiae dantur de tribus conventibus franciscanis in quibus ante siedictam reformationem officinae libris prelo excudendis institutae sunt. In conventu O.F.M.Conv. Beretin, Venetiis, officina libraria an. 1474 instituta est, et libri, a quodam typographo conducto typis excusi, ipsis fratribus moderatoribus redimebantur. In ceteris autem duobus conventibus, scil. in Schiedam (Hollandia), ubi iuxta nonnullos bibliographos an. 1498 sacerdos saecularis OTGIER NACHTEGAEL excudit *Vitam S. Lidwinae*, a JOANNE BRUGMAN, O.F.M.OBS., compositam et ab ARNOLDO DE OSTENDE, O.F.M.OBS., revisam, et in Stockholm (Suecia), ubi an. 1486 et 1487 typographus peregrinus BARTHOLOMAEUS GOTHAN Magdeburgensis duos libros typis excudit, fratres solum aliquod membrum conventus elocabant typographis qui

propriis expensis libros redimebant. His notitiis iuxta N. SANTOVITO VICHI, *Una correzione al Reichling ed alcune notizie sulla stampa di Cagli*, in *Miscellanea bibliografica in memoria di Don Tommaso Accurti*, p. 215-220 (cf. *infra*, n. 107) addenda est alia, iuxta quam typographi ROBERTUS DE FANO et BERNARDINUS DE BERGAMO, qui an. 1475-76 in oppido Cagli *Summulam confessionis* S. JACOBI DE MARCHIA excudebant, admodum probabiliter sodales Ordinis franciscani erant. Denique ipse A. aliam adhuc attulit notitiam de officina libraria instaurata an. 1511-1513 in conventu Francofurtensi O.F.M.Conv. (cf. *infra*, n. 51). P. BONAVENTURA

50. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Sixtus IV, O.F.M. and the German Printers*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 91-93.

Contra GEORGE HAVEN PUTMAN, *Books and their makers during the Middle Ages*, t. I, p. 406 (New York, 1897), ubi asseritur SIXTUM IV, O.F.M.CONV., typographos Romae laborantes ne minime quidem adiuvisse, ita ut an. 1472 negotio finem imponere cogerentur, et contra L. VON PASTOR, qui in *Geschichte der Päpste* merita eiusdem Summi Pontificis nimis praetermisit, A. demonstrat SIXTUM IV tam typographis Romanis quam pluribus aliis satis favisse, tam editionem plurium librorum, inter quos et propria opera, illis delegando, quam honores et beneficia fructuosa iisdem conferendo. P. BONAVENTURA

51. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Thomas Murner O.Conv. Promotor of printing (1511-1537)*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 94-95.

Quae iam antea ab aliis de THOMA MURNER, O.F.M.CONV., artis typographicae fautore scripta sunt, A. in hac nota breviter consummavit: Cum THOMAS MURNER an. 1511-1517 Francofurti ad Moenum commoraretur, frater eius germanus BEATUS MURNER eodem tempore in officina libraria, instaurata in conventu O.F.M.Conv., novem libros typis edidit, inter quos quattuor opera fratris sui THOMAE. Hic postea, an. scil. 1523, etiam Lucernae in Helvetia propriam officinam typographicam instituit, quae fuit prima in illa civitate et in qua quattuordecim editiones contra novatores typis exscripsit. Cum an. 1524 etiam Argentorati libros suos typis excudere conaretur, a magistratu huius civitatis impeditus est. P. BONAVENTURA

52. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Franciscan Tertiaries established the first public libraries in the Middle Ages*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 421-425.

Breviter exponit A., quomodo primae bibliothecae publicae Medii Aevi in Europa institutae sint a sodalibus Tertii Ordinis S. Francisci. Horum quidem primus fuit S. LUDOVICUS IX, rex Galliae, qui an. 1254 ex Oriente reversus, exemplum sequens cuiusdam soldani, in Sacra Capella Parisiis bibliothecam usui publico accommodavit, cuius tamen libros ante mortem Fratribus Praedicatoribus et Minoribus Parisiensibus, monasterio O.S.B. in Royaumont et conventui O.P. in Compiègne distribuit. Secundam bibliothecam publicam instauravit

FRANCISCUS PETRARCA, tertiarius franciscanus, qui an. 1362 libros suos ecclesiae S. Marci Venetiis testamento legavit, quo an. 1374 translati sunt. Sed alibi hoc exemplum nemo imitatus est. Solum bibliotheca publica instaurata Florentiae an. 1437 a NICCOLO NICCOLI — quem quidem tertiarium franciscanum fuisse A. non dicit — felicius evenit et ad bibliothecas publicas alias instaurandum impulsit. P. BONAVENTURA

53. — JOHN LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Franciscan Tertiary among Fifteenth Century Printers*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 93-94.

Sodalis Tertii Ordinis S. Francisci, de cuius activitate typographica A. hanc brevissimam notitiam exhibet, est LAURENTIUS DEI VIVALDIS, civis Montisregalis (Mondovì), qui an. 1495 opus, cuius titulum A. non indicat, typis excudit. Iuxta A. non desunt rationes quae favent opinioni etiam JOANNEM GUTENBERG tertiarium franciscanum occubuisse, necnon alios Tertii Ordinis Franciscalis sodales libris exprimendis operam dedisse. P. BONAVENTURA

54. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Archbishop Juan Zumárraga, O.F.M. and the introduction of printing into Mexico*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 95-97.

Merita primi episcopi Novae Hispaniae primique archiepiscopi Mexicani JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M., ab A. summarie describuntur. Idem praesul an. 1533 a gubernio hispanico impetravit, ut typographus STEPHANUS MARTIN circa an. 1533-34 Mexicum mitteretur, ubi complures libellos ad indigenas doctrina christiana instituendos typis excudit, quorum tamen nullum exemplar ad nos pervenit. Anno 1539 alter typographus, scil. italus JOANNES PABLOS advenit. Propter penuriam chartae ZUMÁRRAGA libellos tantum parvae molis, uti breves catechismos et abecedaria, edendos curavit, quorum expensa integra ipse praesul collegit. Usque ad an. 1601 circa 175 libri vel libelli in Mexico typis editi sunt, quorum tertia pars a Franciscanis compositi erant. Ubi has et alias notitias deprompsit, A. accurate non indicat.

P. BONAVENTURA

55. — F. GONZÁLEZ DE COSSIO. *La imprenta en Mexico, 1594-1820. Cien adiciones a la obra de don José Toribio Medina*. Mexico, J. Porrua, 1947. In-fol., 208 p.

56. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *A polyglot Franciscan library*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 425-426

Notitiae de DOMINICO GERMANO DE SILESIA, O.F.M.OBS. († 1670), editae a L. PÉREZ, O.F.M., in *Arch. Franc. Hist.*, 1917, t. X, p. 253-255, necnon ab AMEDEO DE ZEDELGEM, O.F.M.CAP., in *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 466, hic breviter repetuntur. P. BONAVENTURA

57. — EDG. HEYNEN, *Maastrichtse Drukken (1552-1810). Eerste gedeelte (1552-1582). Een bescheiden aanzet tot een Maastrichtse Bi-*

bliographie, in *Publications Soc. Hist. Archéol. Limbourg* (Maastricht), 1947, t. LXXXIII, p. 1-174.

Cum hanc primam partem bibliographiae operum Traiecti ad Mosam an. 1552-1810 typis impressorum videre non potuerimus, e *Franciscana*, 1948, t. III, p. 105, certiores facti sumus, in ea etiam plura recenseri opuscula franciscana; at quaenam sint haec opuscula, ibidem non indicatur. P. BONAVENTURA

58. — *Il centenario della tipografia della Custodia di Terrasanta*, in *Oss. Rom.*, 1947, 1 maggio, p. 3.

Typographiae in Terra Sancta condendae duo impedimenta oberant. Primum Turcarum tyranni quamcumque typographiae artem vetabant. Deinde necessaria pecunia deerat. Prior difficultas evanescit anno 1832 quando tyrannis liberales principes successerunt. Quoad alteram, Austriae Imperator FERDINANDUS I primum Terrae Sanctae quandam commissionem condidit, deinde V. E. MILDE eiusdem commissionis praesidem nominavit, denique saecularem sacerdotem J. MEREDITH in Terram Sanctam delegavit qui diversas necessitates perpenderet. Postea G. MATZEK, O.F.M., et S. FRÖTSCHNER, O.F.M., cura commissa est ut typographia conderetur. Mense decembri 1846 omnia parata erant, et mense ianuario 1847 Terrae Sanctae prima typographia inaugurabatur. P. JULIANUS EYMARD

59. — G. MEERSSEMAN, O.P., *La bibliothèque des Frères Prêcheurs de la Minerve à la fin du XV^e^ siècle*, in *Mélanges Auguste Pelzer*, p. 605-631, Louvain, 1947.

In *cod. Vat. lat. 3958*, f. 218r-228v, adservatur inventarium codicum manuscriptorum exeunte saec. XV in bibliotheca conventus Minervae Fratrum Praedicatorum in Urbe exsistentium. A. breviter historiam huius bibliothecae exponit et indicat, ubi nonnulli codices adhuc adservantur. Sequitur textus inventarii, in quo plures inveniuntur scriptores franciscani, qui sunt: NICOLAUS DE LYRA (n. 4, 11, 14, 32, 42, 48, 55, 70, 75), ALEXANDER DE HALES (n. 66, 73), ALEXANDER DE ALEXANDRIA (n. 304?, 416), ALEXANDER, *In Sent.* (n. 305-306), BONAVENTURA, *Breviloquium* (n. 307), SCOTUS (n. 308), MONALDUS IUSTINOPOLITANUS (n. 352, 354), GULIELMUS DE OCKHAM (n. 375, 419), GERALDUS ODONIS (n. 398), BARTHOLOMAEUS ANGLICUS (n. 401), *Regula sancti Francisci et sanctae Clarae* (n. 142). P. BONAVENTURA

60. — F. MATEU Y LLOPIS, *Los catálogos de las bibliotecas y archivos eclesiásticos de España. (Ensayo de un índice general)*, in *Hispania Sacra*, 1948, t. I, p. 207-228.

A. non intendit ut bibliographia hispanica integra afferatur, sed tantum ut aperiatur via qua talis bibliographia redigi possit. In hunc finem ordine alphabetico, secundum diversarum civitatum nomina, catalogos iam typis mandatos affert, si modo non generales sint sed particulares; in unaquaque civitate, hi catalogi in tres species dividi possunt, prout aut ad conventus, ad capitula, ad paroecias aut ecclesias cathedrales pertinent. Deinde A. commemorat hispanicas bibliographias iam editas, primum saeculo XVIII, deinde saeculo XIX, denique

saeculo XX; et in fine recensentur, in ordine civitatum alphabetico, catalogi particulares diversarum bibliothecarum, simul ac opera, libri, scripta quae illos illustrant. Hoc in elenco notantur ad rem franciscanam pertinentes: Balaguer, Bibliotheca Fratrum Minorum; Palma de Mallorca, Bibliotheca Lulliana Fratrum Minorum; Toledo, Codices franciscani Bibliothecae Primatialis Toletanae; Valencia, Codices franciscani. Aliis in catalogis, etsi non commemorentur, certo multi seu libri, seu manuscripta inveniri poterunt; et iam hoc experimentum eruditis doctisque maximae utilitatis esse potest.

P. Julianus Eymard

61. — A. Sierra Corella. *La censura en España. Indices y catálogos de libros prohibidos.* Madrid, Cuerpo Facul. de Archiv. Bibl. y Arqueólogos, 1947. In-8°, 362 p.

62. — F. Van Steenberghen, *Les «Beiträge» dans la tourmente*, in *Rev. Philos.*, 1948, t. XLVI, p. 481-490.

Hanc relationem, quae vicissitudines celebris collectionis *Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters* decennio elapso describere videtur, inspicere non potuimus.

P. Bonaventura

63. — J. Lambert, *Bibliothèques et Bibliothécaires belges dans la tourmente*, in *Archives, Bibliothèques et Musées de Belgique*, 1947, t. XVIII, p. 92-109.

Inter bibliothecas bello proximo in Belgio destructas enumerantur bibliothecae conventum O.F.M. in Saint-Trond et Bruxellis.

P. Bonaventura

64. — J. Rius Serra, *La Biblioteca Angélica de Roma*, in *Hispania Sacra*, 1948, t. I, p. 191-206, 447-463.

Bibliotheca Angelica condita est anno 1614 ab A. Roca, O.S.A. Libros et manuscripta accepit a conventu Sanctae Mariae de Populo, O.S.A., a L. Holstein, Bibliothecae Vaticanae praefecto (1620), a card. D. Passionei († 1761), qui multa ad Sacram Rituum Congregationem pertinentia opera dedit, et a diversis religiosis conventibus. Catalogus anno 1892 editus est ex quo A. scriptorum hispanorum opera extrahit. Inter quae praesertim commemoranda sunt: Ant. Andres, O.F.M., *Philosophia naturalis*, duo *Actus de Canonizatione* S. Francisci Solano, O.F.M., decretum a Philippo IV Hispaniarum rege edictum quo tomus XI Baronii *Annalium* in toto Hispaniarum regno prohibetur.

P. Julianus Eymard

65. — A. Farrega Grau, *La biblioteca Real de Copenhague*, in *Hispania Sacra*, 1948, t. I, p. 184-190.

In primis A. huius bibliothecae historiam describit, quomodo anno 1732 sit condita et praesertim ter, annis 1749, 1752, 1785 novas et ditissimas collectiones acceperit. Postea manuscripta ex Hispania

provenientia describit quorum quaedam res franciscanas illustrant. Sic agitur de B. RAYMUNDO LULLO (quindecim libri et opuscula), de NICOLAO IV, GREGORIO IX, CLEMENTE V (documenta ad Ordinem franciscanum pertinentia), INNOCENTIO IV (Bulla de Fratribus Minoribus defendendis) et BENEDICTO XI (Bulla « Inter cunctas » pro Fratribus Minoribus Provinciae Aragoniae). P. JULIANUS EYMARD

66. — P. ROBERT, O.F.M., *La bibliotheque antonienne*, in *Culture*, 1948, t. IX, p. 79.

12 februarii die an. 1948 in Québec Mgr. P.A. VANDRY, Universitatis rector, Fratrum Minorum Observantiae bibliothecam inauguravit, quae quasi 100.000 librorum continet, inter quos praecipuae collectiones, editiones, instrumenta laboris scientifici commemorantur. Quae bibliotheca eruditis doctoribus maximae utilitatis erit.
P. JULIANUS EYMARD

67. — S.L. AGNELLO, *Per il « Corpus inscriptionum christianorum Siciliae »*, in *Oss. Rom.*, 1947, gennaio, p. 3.

Inter diversas inscriptiones christianas quae in Sicilia inveniuntur et de quibus A. disserit, hic istam memoramus quae apud Capuccinos videri potests et quae, hebraice scripta, sic latine traducitur: *Nemo adaperiat sepulcrum; Typhoni et Nymphae benedictio et beatis* (*defunctis*) *hic* (*iacentibus*). Haec inscriptio hebraicae communitatis probabiliter fuit. Non magis accurate A. dicit in quonam Siciliae conventu haec inscriptio videri possit. P. JULIANUS EYMARD

68. — *Filosofia española y portuguesa de 1500 a 1650.* (Repertorio de fuentes impresas. Par Junta del Centenario de Suarez). Madrid, Dirección general de Propaganda, 1948. In-8°, XIV-174 p.

Hoc repertorium, in memoriam F. SUAREZ, S.I., compositum, non tantum Eximii Doctoris opera continet, sed etiam illa quae in paeninsula hiberica XVI et XVII saeculis edita sunt. Viginti septem franciscani auctores nominantur, inter quos J. DUNS SCOTUS praevalet. Cf. *Nouv. Rev. Théol.*, 1949, t. LXXI, p. 1110; *Antonianum*, 1949, t. XXIV, p. 393. P. JULIANUS EYMARD

69. — *Dictionnaire d' Histoire et de Géographie Ecclésiastiques* commencé sous la direction de S. Em. le Cardinal A. BAUDRILLART, continué par A. DE MEYER et ET. CAUWENBERGH. Fasc. LXIII: *Camaldules-Cantabri.* Paris, Letouzey, 1948. In-4°, col. 514-767.

Inter articulos qui ad rem franciscanam pertinent, praesertim commemoramus: A. DE BIL, *Cambridge*, col. 567-585; S. RUIZ, *Canaries*, col. 702-712; A. VAN DEN WYNGAERT, *G. Canales, O.Min.*, col. 700, ID., *L.A. Canali, O.F.M.*, col. 701. P. JULIANUS EYMARD

70. — AMEDEUS A ZEDELGEM, O.F.M.CAP., *Collectanea historiae ecclesiasticae*, in *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 178-226; 1946-47, t. XVI-XVII, p. 222-342.

Hac elucubratione A., nostri periodici *Collect. Franc.* moderator defunctus, sibi proposuit « nonnulla opera ad historiam ecclesiasticam spectantia et ultimis his annis in lucem edita ac ad nos transmissa breviter recensere ac explicare, praecipue vero res franciscanas in eis expositas summarie explanare atque diiudicare, itaque obtinere, ut quae minus recte, minus accurate, immo et false ac per errorem sub aspectu franciscano reperiantur non semper et ubique ab aliis illa opera inspicientibus denuo asserantur ac in infinitum repetantur ». Recensentur 110 opera vel opuscula, quorum maior pars sat diffuse examinatur notitiisque sat copiosis critice illustratur et completur. Opus sane meritissimum et utilissimum, quod fusius explicare superfluum est, cum facile in hoc periodico commentario illud lector quisque adire et videre possit. P. BONAVENTURA

71. — J. VIVES, *Bibliografía escogida de historia eclesiástica española*, in *Hispania Sacra*, 1948, t. I, p. 465-501.

Bibliographia haec libros tantum anno 1946 editos commemorat. In septem partes dividitur, scilicet: Hagiographia, biographia ecclesiastica, fontes et manuscripta, concilia et haereses, missiones, scholae et institutiones, miscellanea historica. Omnes libri commemorati brevi recensione illustrantur. Auctores scriptoresque franciscani quorum nomina et opera hic referuntur: RAYMUNDUS LULLUS, T.O.S., J. JUBÍ, O.F.M., DIDACUS DE LANDA, O.F.M., ANTONIUS JOSEPHUS SALINAS, O.F.M.; agitur quoque de missione franciscana in Congo.

P. JULIANUS EYMARD

72. — F. - J. HIMLY, *Bibliographie alsacienne 1947*, in *Revue d'Alsace*, 1948, t. LXXXVIII, p. 55-69.

73. — IDEM, *Bibliographie alsacienne 1942-1944*, *ibid.*, p.233-254.

74. — G. DINDINGER, O.M.I., *Missionsschrifttum von und über Kard. Lavigerie*, in *Miscellanea P. Fumasoni-Biondi*, t. I, p. 105-180, Roma, 1947.

Hae sunt epistolae in quibus de rebus franciscanis agitur et quae hoc in capite commemorantur: p. 124, n. 86: *Lettre à Mgr. l'Évêque de Vannes par Mgr. l' Évêque d'Alger sur Jérusalem et Sainte Anne d'Auray, 1879*; p. 126: *Lettre pastorale sur les œuvres d'apostolat recommandées récemment par la récente Encyclique de N. S. le Pape et avis d' une quête en faveur des lieux saints par Mgr. l'Évêque d'Alger, 1881*; p. 131, n. 132: *Lettera circolare di S. E. il Card. Lavigerie... per annunziare ai RR. PP. Cappuccini della missione di Tunisia la promozione all'Episcopato del loro Prefetto R.mo Padre Salvatore-Maria da Napoli (Traduzione dal francese), 1884*; p. 158: *Lettre aux Missionnaires de son diocèse récemment chargés de garder et de desservir le tombeau de Saint Louis sur les ruines de Carthage*, in *Oeuvre de Sainte-Monique*, 1875. P. JULIANUS EYMARD

75. — BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.CAP. - HILARINUS A MILANO, O.F.M.CAP., *Bibliographia Franciscana principaliora complectens opera annis 1938-1939 edita: IV. - Relationes de Historia Franciscana:*

A. - Relationes de Historia Franciscana Generali, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 585*-608*.

76. — BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.CAP. - HILARINUS A MILANO, O.F.M.CAP. - MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Bibliographia Franciscana principaliora complectens opera annis 1938-1939 edita; IV. - Relationes de Historia Franciscana; B. - Relationes de Historia Franciscana Particulari*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 608*-683*.

77. — BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.CAP. - HILARINUS A MILANO, O.F.M.CAP., *Bibliographia Franciscana principaliora complectens opera annis 1938-1939 edita: V. - Relationes de Historia S. Clarae Ordinis*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 684*-691*.

78. — BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.CAP. - HILARINUS A MILANO, O.F.M.CAP., *Bibliographia Franciscana principaliora complectens opera annis 1938-1939 edita: VI. - Relationes de Tertio Ordine Franciscano*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 692*-731*.

79. — *Bibliographia Franciscana*. Tom. VII. *Principaliora complectens opera annis 1940-1946 edita: Introductio. - I. Subsidia. II. Relationes de S. Francisco. - III. De studiis, doctrinis et scriptoribus franciscanis. - IV. Relationes de Missionibus*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 1*-234*.

80. — I. HERSCHER, O.F.M., *Franciscan bibliography for 1946*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 439-507.

A., bibliothecarius Instituti Franciscani in Collegio S. Bonaventurae, Saint Bonaventure (New York), iam in praecedentibus voluminibus eiusdem periodici *Franc. Studies* nonnullos elenchos bibliographicos franciscanos edidit (cf. *Collect. Franc., Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 16*). Praesens elenchus complectitur plurima scripta de re franciscana vel a sodalibus trium Ordinum S. Francisci an. 1946 edita. Praemisso elencho abbreviationum periodicorum, tota bibliographia sex seriebus absolvitur, quae sunt: libri; iudicia de libris a franciscanis conscripta; opuscula i. e. libri nondum 70 paginas habentes; dissertationes; carmina; articuli. Propter difficultates e bello exortas non pauci libri vel articuli in Europa editi Auctorem eiusque socios fugerunt. Relationes et iudicia de singulis scriptis non proferuntur, sed solum tituli indicantur. Ex praefatione eruimus A. habuisse propositum ultiores huiusmodi elenchos bibliographicos edendi, sed quantum scimus nihil amplius prodiit. P. BONAVENTURA

80[a]. — E. HUTTON, *Some recent Franciscan studies*, in *Church Quart. Rev.*, 1948, t. CXLVI, p. 68-78.

81. — A. URIBE, O.F.M., *Ensayo de bibliografía mariano-franciscana asuncionista de obras franciscanas*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 345-367.

Per ordinem recensentur theologi, concionatores et pii scriptores, qui suis in operibus doctrinam de assumptione B. Virginis in coelum

exposuere. Catalogus autem confectus non est ex directo operum examine, sed notitiis constat excerptis ex repertoriis bibliographicis, et ideo neque tituli librorum exacte afferuntur, neque loci significantur, ubi manuscripta adservantur. Insuper silentio praetereuntur scriptores Capuccini; verumtamen in eodem congressu mariali, quo A. hanc collationem legit, alii relatores fuse locuti sunt de tractatibus assumptionisticis B. Didaci Josephi a Gadibus, O.F.M.Cap., et Hyacinthi M. Martinez Saez a Peñacerrada, O.F.M.Cap. (cf. *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 294-303, 317-343). Ceterum praesens experimentum bibliographicum sua utilitate non caret. P. Melchior

82. — Bonaventura von Mehr, O.F.M.Cap., *Über neuere Beiträge zur Geschichte der vortridentinischen franziskanischen Predigt*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 245-258.

A. diversas dissertationes recenset quae de praetridentina praedicatione franciscana tractant, scilicet: de Joanne de Pecham, O.Min. (*G. Melani*, O.F.M.), S. Bernardino Senensi, O.F.M. (*D. Pacetti*, O. F.M., *B. Bughetti*, O.F.M., *C. Cannarozzi*, O.F.M.), S. Jacobo de Marchia, O.F.M. (*D. Pacetti*, O.F.M.), B. Bernardino de Feltre, O.F.M. (*R. Invernizzi*, *A.M. Berengo Morte*, O.F.M., *C. Piana*, O.F.M.), Roberto Caracciolo de Lecce, O.F.M.Conv. (*S. Bastanzio*, O.F.M.), Antonio Balocco de Vercelli, O.F.M. (*O. Schäfer*, O.F.M.).

P. Julianus Eymard

83. — *Publicaties van de Minderbroeders der Vlaamse Provincie*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 5-16, ?-?, 104-112,; 1948, t. III, p. 13-18, 81-98.

In hoc elencho bibliographico enumerantur omnia et singula, quae a sodalibus Provinciae Flandricae Ordinis Fratrum Minorum scripta recenterque typis edita sunt, sive opera nova, sive libri iterum editi vel in aliam linguam versi, sive articuli in variis periodicis vel ephemeridibus editi. Scripta quae missiones vel missionarios provinciae in Chilia, Sinis, Congo et Terra Sancta spectant, separatim in altera parte elenchi disponuntur. Elenchus an. 1947 editus complectitur 343, an. 1948 vero 299 numeros. Praebentur solum solitae librorum vel articulorum bibliographicae descriptiones, diligentissime factae, relationes autem de singulis vel recensiones criticae omittuntur. Nihilominus haec bibliographia maximae utilitati est omnibus, qui historiae Fratrum Minorum Flandricorum operam navant.

P. Bonaventura

84. — *Publicaties over Neerlandia Franciscana*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 17-25, ?-?, 113-124; 1948, t. III, p. 19-31, 99-125.

Dum in bibliographia supra recensita (n. 83) libri vel articuli ab ipsis Fratribus Minoribus Prov. Flandricae de diversis argumentis editi indicantur. in hoc bibliographico elencho recensentur opera, quae quodam modo ad historiam Ordinis S. Francisci in regionibus neerlandicis illustrandam contribuunt. Singulis titulorum descriptionibus plerumque additur brevis vel etiam longior relatio qua res franciscanae in opere tractatae ostenduntur vel critice examinantur. Supervacaneum

est, de momento huius bibliographiae pro historia et bibliographia franciscana alia verba facere. P. BONAVENTURA

85. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *Bibliografía hispano-capuchina (1936-1940)*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 315-321.

Hic elenchus bibliographicus triplicem sectionem complectitur, nimirum historiam, missiones et miscellanea; desideratur tamen ut in his indicibus bibliographicis conficiendis adhibeatur ordo vel chronologicus vel alphabeticus auctorum. P. MELCHIOR

86. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *Bibliografía hispano-franciscana, 1936-1940 (siglos XIII-XVI)*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 168-171 (*contin.*).

Referuntur tituli librorum, opuscolorum et articulorum, qui aliquo modo rem franciscanam illustrant comparate ad Ordinis franciscalis actionem saec. XIII-XIV. P. MELCHIOR

87. — ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O.F.M.CAP., *Estampas capuchino-barcelonesas. El apóstol anónimo de la Virgen del Pilar*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 206, 217.

Hic agitur de anonymo Capuccino qui praedicatione sua, Barcinone, anno 1786, municipalem curiam induxit ut B. Mariae Virginis, del Pilar vulgo dictae, imago in hac civitate coleretur.

P. JULIANUS EYMARD

88. — CHRISTIAN EUGÈNE, O.F.M., *Bibliographie française sur Saint François*, in *Regards sur la Liberté*, p. 112-127, Paris, (1948).

Haec est bibliographia ex O. ENGLEBERT, *Vie de Saint François d'Assise*, Paris, 1947 (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 127-129) desumpta, quae 34 opera comprehendit. P. JULIANUS EYMARD

89. — CARLO BALIĆ, O.F.M. *Gli scritti di S. Antonio*. (S. Antonio, Dottore della Chiesa. Extr.) Città del Vaticano, Bibl. Vaticana, 1947. In-8°, 5 p.

In primis, A. operum S. ANTONII elenchum memorat scilicet: *Expositio in Psalmos, Concordantiae morales sacrorum bibliorum, Expositio mystica in Sacram Scripturam, Incendium amoris, Quadragesimale et Temporale, Sacrum commercium sancti Francisci cum paupertate*. Concedit ex his omnibus operibus tantum sermones (*Quadragesimale* et *Temporale*) genuinos et authenticos probari posse, et in hoc sensu laborem suum circumscribit. Primum editionis A.M. LOCATELLI, Patavii, 1895, auctoritatem defendit quia, quamvis hic et illic errores sparsim inveniantur, tamen Editor ea methodo utitur quae S. BONAVENTURAE operum editioni praefuit et haberi potest ad nova exsequenda. Postea A. codicem manuscriptum *Thesauri* dictum, quia in S. ANTONII reliquiis diu servatus est, depingit, cum ille a Fratribus Minoribus tanto honore ornatus sit et de eius genuinitate S. BENIN, O.F.M., testimonium praebuit (XV saec.), dicens se in huius manuscripti initio legisse hanc inscriptionem: « Hic desuper scriptum erat littera vetustissima qualiter istud opus fuit compositum per fratrem Antonium Ysmanum, et quod erat ad usum eius qui nunc est

gloriosissimus sanctus ANTONIUS Patavinus ». Ut haec assertio probetur A. conatur, sive paginarum numerum ordinemque inspiciendo, sive foliorum sectionem examinando, sive diversas marginales notas considerando, sive etiam antiquissimam ligaturam depingendo. In fine A. quaerit utrum hoc manuscriptum ipsius ANTONII manu scriptum sit an etiam manu aliorum. A. concludit tres fuisse qui hunc codicem scripserunt, unus *Sermones de Festis*, alter *Sermones dominicales*, tertius *Miscellanea*. S. ANTONIUS hanc triplicem redactionem cognovit. Sed non usque adhuc cognoscitur quantum illam cognoverit et approbaverit. Hoc semper quaerendum est et inveniendum.

P. JULIANUS EYMARD

90. — P. VIGNAUX, *Les travaux du P. Böhner sur Ockham*, in *Rev. M. A. Lat.*, 1947, t. III, p. 99-102.

Quae P. PHILOTHEUS BÖHNER, O.F.M., inde ab an. 1939 ad an. 1946 de GULIELMO DE OCKHAM, O.MIN., scripsit et edidit, A. breviter examinat iustisque laudibus effert. P. BONAVENTURA

91. — L. DI FONZO, O.F.M.CONV., *Breve rassegna Bernardiniana (1943-1946). Bibliografia del V Centenario della morte del Santo: 1444-1944*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 232-242.

Quae ad celebrandum quintum ab obitu S. BERNARDINI SENENSIS elapsum saeculum principaliora in Italia edita sunt scripta, A. breviter vel potius brevissime enumerat, in tres classes illa digerens, nimirum primo studia historico-biographica, deinde dissertationes de S. BERNARDINI scriptis, doctrinis earumque pro nostro tempore actualitate ut aiunt, denique scripta circa opera artis, cultum et reliquias, monumenta et alia huiusmodi quae S. Senensem spectant. Scripta extra Italiam edita ab A. non recensentur, quorum non pauca enumerantur in hac *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 126*-137*. De singulis scriptis A. plerumque solum iudicium generale profert, res particulares non tangens, aliquibus locis verbis ironicis in dissentientes non parcens. P. BONAVENTURA

92. — W. LAMPEN, O.F.M., *Bibliographische aanteekeningen over de martelaren van Alkmaar*, in *Mededeel. Nederl. Hist. Inst. Rome*, 1947, t. V, p. 105-122.

Quae in *Arch. Franc. Hist.*, 1943, t. XXXVI, p. 179-193, latine edidit [*Notae bibliographicae de servis Dei Daniele ab Arendonck et Sociis, O.F.M., martyribus Alcmariensibus (1572)*], A. hic lingua neerlandica iterum edit. Elencho bibliographico praemittitur brevis introductio de illo martyrio eiusque apud posteros scriptores commemoratio. Bibliographia comprehendit 109 numeros, quorum 1-22 pertinent ad saec. XVI, 23-57 ad saec. XVII, 58-68 ad saec. XVIII, 69-78 ad saec. XIX, 79-109 ad saec. XX. P. BONAVENTURA

93. — I. SCHMIDT, O.F.M., *Bibliografia di S. Leonardo da Porto-Maurizio*, in *Arch. Franc., Hist.*, 1947, t. XL, p. 208-275.

Secundae centenariae commemorationis S. LEONARDI A PORTO-MAURIZIO, O.F.M., gratia, A. eiusdem viri sancti quam perfectissimam componere voluit bibliographiam. Ad hunc finem obtinendum multa-

rum bibliothecarum catalogos percensuit, multarum ephemeridum indices perlegit, multas bibliographicas relationes consultavit et omnia quae invenit, sive libros, sive manuscripta, sive S. LEONARDI opera, sive de eodem sancto viro studia ipse in manibus tenere, examinare ac accurate enarrare studuit. Dicit tamen idem A., licet magno conatu ubique quaesierit, fieri posse ut multa praeterierit, et ideo postulat ut sibi indicentur libri quos videre non potuerit. Bibliographia haec in septem partes dividitur: Prima biographiarum elenchum in ordine chronologico continet. Altera S. LEONARDI opera primum completa, deinde singula semper in ordine chronologico describit. Tertia pars epistolarum diversas editiones enumerat. Quarta dat auctores scriptores qui de S. LEONARDO scripserunt, cum eorum librorum et inscriptionibus et locis et temporibus. Quinta de beatificatione et canonizatione diversa documenta nota facit. Sexta de cultu diversa instrumenta monumentaque recenset. Denique ultima pars manuscriptorum catalogum comprehendit. In fine totius elenchi index adiungitur. Cum iam bibliographia quae 437 titulos continet quasi perfecta videatur, pauca addere possum; sed cum quam maximam perfectionem cupiat A., mihi liceat haec minuta addere. Brevissimae biographiae inveniri possunt in: *Biografia universale*, t. XXXI, p. 111, Venezia, 1836; G. MORONI, *Dizionario di erudizione ecclesiastica*, t. XXXVIII, p. 9; RICHARD e GIRAUD, *Dizionario delle scienze ecclesiastiche*, t. VI, p. 193; MIGNE, *Encyclopédie théologique*, t. XLI, col. 253, Paris, 1850; V. D'AVINO, *Enciclopedia dell'Ecclesiastico*, t. II, p. 769, Torino, 1878. De doctrina S. LEONARDI adiungi potest: P. POURRAT, P.S.S. *La spiritualité chrétienne*, t. IV, p. 492-946, Paris, 1928. P. JULIANUS EYMARD

94. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK] et IRVIN UDULUTSCH [OF NORWALK], O.F.M.CAP., *Bibliography of St. Lawrence of Brindisi*, in *Round Table of Franc. Research*, 1948, t. XIII, p. 124-148.

Hortante P. CLEMENTE A MILWAUKEE, nunc Ministro Generali O.F.M.Cap., tunc vero temporis Ministro Provinciali prov. Calvariensis O.F.M.Cap. in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, AA. hanc bibliographiam Laurentianam composuerunt, et in pulchro periodico commentario studentium clericorum eiusdem provinciae nitide ediderunt. Collectionem notitiarum bibliographicarum aggressus est FR. IRVINUS UDULUTSCH A NORWALK, recognovit vero, auxit et prelo praeparavit FR. ARMANDUS DASSEVILLE A NEW YORK. Totus elenchus complectitur duas partes, quarum prima de S. LAURENTII vita, altera vero de eiusdem operibus notitias bibliographicas exhibet. In utraque parte primo tituli librorum, deinde articulorum in periodicis editorum proponuntur. Descriptio bibliographica pro adulescentia et conditione AA. magna cum diligentia curata est, ideoque summa laude digna. Quoniam vero AA. necessaria subsidia scientifica praesto non habuerunt, nec elenchum completum exhibere nec descriptionem iuxta normas pro Bibliographia Capuccina emanatas conficere potuerunt. Bibliographia igitur Laurentiana, omnibus numeris absoluta, quae praeter libros et articulos etiam sermones de Sancto editos recenseat, adhuc desideratur. P. BONAVENTURA

95. — SERAFÍN DE AUSEJO, O.F.M.CAP. *Reseña bibliográfica de las obras impresas del beato Diego José de Cádiz (1743-1801)*. Prólogo

del Excmo. y Rvdmo. Sr. Dr. D. BALBINO SANTOS Y OLIVERA, obispo de Málaga y arzobispo preconizado de Granada. Madrid, Instituto Nacional del Libro Español, 1947. In-8°, LII-329 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 336-338.

96. — GIOVANNI ODOARDI, O.F.M.CONV., *Cronaca Generale (1943-1946)*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. LXVII, p. 293-299.

Breves notitiae dantur de commemorationibus quinti saeculi a morte S. BERNARDINI SENENSIS elapsi, de operibus omnibus eiusdem edendis, de nova editione critica operum S. ANTONII PATAVINI, de commemorationibus Concilii Tridentini ante quattuor saecula incepti, de *Miscellaneis historicis P. Livario Oliger septuagenario ab amicis et discipulis oblatis*, de nonnullis auditionum seriebus Romae institutis, de Hebdomada Franciscana caritatis, 20-27 aug. 1945 Assisii habita, de editione operum omnium IOANNIS DUNS SCOTI, de studiis theologicis pro laicis a prof. P. CHERUBELLI et Ordine Fr. Min. Conventualium Florentiae, Patavii, Neapoli institutis, de commemoratione VICTORINI DE FELTRE ante quinque saecula mortui (1446), de celebrationibus S. ANTONII PATAVINI proclamati Doctoris Ecclesiae Universalis, de *Miscellanea Mercati*, de disputatione theologica de Assumptione B.M.V. in Pont. Univ. Gregoriana 12 dec. 1946 habita, de *Collegio Apostolico* O.F.M. in conventu S. Francisci ad Ripam in Urbe inaugurato die 13 dec. 1946. P. BONAVENTURA

97. — L. DI FONZO, O.F.M.CONV., *Necrologio Scientifico (1939-1946)*: *Necrologio Francescano (1940-1946)*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 307-314; 314-316.

In primo elencho commemorantur 108 viri eruditi, in altero 35 illustres sodales Ordinis S. Francisci.

98. — HILARINUS A MILANO, O.F.M.CAP., *Chronica franciscana anno 1946*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 448-455.

Chronicam suam in quattuor partes dividit. In prima parte, de institutis scientificis agitur, scilicet in primis de diversis ab *Instituto Historico* O.F.M.Cap. in collectione quae inscribitur *Monumenta Historica Ordinis Minorum Capuccinorum* atque in *Bibliographia franciscana* editis voluminibus, item de diversis solemnibus commemorationibus quae in honorem S. ANTONII PATAVINI Ecclesiae Doctoris celebratae sunt, item de saecularibus commemorationibus S. BERNARDINI SENENSIS, O.F.M., S. FIDELIS A SIGMARINGEN, O.F.M.CAP., S. IOSEPHI A LEONESSA, O.F.M.CAP., ANTONII DE GUEVARA, O.F.M., item de solemni inauguratione novae studiorum domus quam in civitate Neapolitana Fratres Minores Conventuales condiderunt; denique de diversis periodicis commentariis franciscanis qui anno 1946 prodierunt, sicut de diversis anniversariis aut collectionibus. In secunda parte enarrantur Facultatum Pontificiarum, Universitatum et Collegiorum annuae conditiones, in tertia quaedam nominationes, et in quarta agitur de religiosis franciscanis qui hoc anno mortui sunt. P. JULIANUS EYMARD

99. — G. RABEAU, *Chronique de philosophie*, in *Rev. Scienc. Rel.*, 1948, t. XXII, p. 100-115.

In primis recensetur liber compositus a J. PAULUS qui inscribitur: *Henri de Gand. Essai sur les tendances de sa métaphysique*, Paris, 1938 (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 205-206). In fine, indicatur auctoritas quam HENRICUS GANDAVENSIS apud JOANNEM DUNS SCOTUM, O.MIN., habuit, item apud GULIELMUM DE OCKHAM, O.MIN. Postea recensetur opus H. SCHWAMM: *Magistri Ioannis de Ripa, O.F.M., doctrina de praescientia divina*, Romae, 1930 (cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 285-287). Huius doctoris franciscani doctrina multum originalis non est; eius praecipuus fons est JOANNES DUNS SCOTUS, O.MIN.; quandam auctoritatem habuit apud FRANCISCUM DE PERUGIA, O.MIN., et PETRUM DE CANDIA, O.MIN. P. JULIANUS EYMARD

100. — J. DE GHELLINCK, S.I., *Les six volumes des « Miscellanea Giovanni Mercati »*, in *Nouv. Rev. Théol.*. 1947, t. LXIX, p. 962-972.

A. primo horum *Miscellaneorum* imaginem ostendit (p. 962-965), postea ea quae in his sex voluminibus continentur, diffuse enumerat; inter quae hic praesertim memorentur, cum de rebus franciscanis tractent: L. MEIER, O.F.M., *Quibusnam codicibus manuscriptis editio Formalitatum Nicolai Lakman, O.Min., hucusque fulciatur* (t. II, p. 431-464); F. HENQUINET, O.F.M., *Le commentaire d'Alexandre de Halès sur les Sentences enfin retrouvé* (t. II, p. 359-362); FRÉDÉGAND CALLEY [D'ANVERS], O.F.M.CAP., *La physionomie spirituelle de Fabio Chigi (Alexandre VII) d'après sa correspondance avec P. Charles d'Arenberg* (t. V, p. 451-476). P. JULIANUS EYMARD

101. — *Mémorial Louis Petit. Mélanges d'histoire et d'archéologie byzantine.* (Archives de l'Orient Chrétien. Tom. I). Bucarest, Institut Français d'Études Byzantines, 1948. In-8°, XXVIII-426 p.

Inter capita quae hoc in opere continentur, praesertim memoratur quod M.J. CONGAR, O.P., de ROGERO MARSTON, O.MIN., scribit. Ad rem franciscanam plus minusve pertinent etiam: J. LONGNON, *L'organisation de l'Église d'Athènes par Innocent III*, et E. DALLEGIO D'ALESSIO, *Un néo-martyr catholique à Constantinople, André de Chio* (1465). De omnibus his articulis recensio fiet in loco suo. P. JULIANUS EYMARD

102. — *Mélanges Auguste Pelzer. Études d'histoire littéraire et doctrinale de la Scolastique médiévale offertes à Monseigneur Auguste Pelzer, Scriptor de la Bibliothèque Vaticane, à l'occasion de son soixante-dixième anniversaire.* (Université de Louvain. Receuil de Travaux d'histoire et de philologie. 3e Série, 26me Fascicule). Louvain, Bibliothèque de l'Université - Éditions de l' Institut Supérieur de Philosophie, 1947. In-8°, XIX-662 p.

Plures habentur inter huius voluminis dissertationes, quae historiam et scholam franciscanam mediaevalem spectant: VICTORIN DOUCET, O.F.M., *La date des condemnations parisiennes dites de 1241. Faut-il corriger le Cartulaire de l'Université?* (p. 183-193); FRANÇOIS HENQUINET, O.F.M., *Trois petits écrits théologiques de Saint Bonaventure à la lumière d'un quatrième, inédit* (p. 195-216); AMEDÉE TEETAERT [DE ZEDELGEM], O.F.M.CAP., *Deux questions inédites de Gérard d'Abbeville en faveur du clergé séculier* (p. 347-387); FR. PELSTER,

S.I., *Thomas von Sutton und das Correctorium « Quare detraxisti »* (p. 441-466); ÉPHREM LONGPRÉ, O.F.M., *L'œuvre scolastique du cardinal Jean de Murro, O.F.M. (+ 1312)* (p. 467-492); C. BALIĆ, O.F.M., *La valeur critique des citations des œuvres de Jean Duns Scot* (p. 531-556); G. MEERSSEMAN, O.P., *La bibliothèque des Frères Prêcheurs de la Minerve à la fin du XVe siècle* (p. 605-631); PALÉMON GLORIEUX, *Jean de Saint-Germain, maître de Paris et copiste de Worcester* (p. 513-529). De singulis his dissertationibus in hac *Bibliogr. Franc.* relationes separatim eduntur. P. BONAVENTURA

103. — *Studia mediaevalia in honorem Admodum Reverendi Patris Raymundi Josephi Martin, O.P., S. Theol. Mag., LXXum natalem diem agentis.* Brugis Flandrorum, Apud Societatem editricem «De Tempel», (1948). In-8°, XVI-540 p.

Inter dissertationes in hoc volumine sollemni editas nullam invenimus quae rem franciscanam particularius spectat. C. BALIĆ, O.F.M., in sua expositione *Les anciens manuscrits de la Bibliothèque métropolitaine de Zagreb* (p. 437-474) non de manuscriptis franciscanis, sed solum de scriptoribus O.P. tractat. In dissertatione G.M. LÖHR, O.P., *Die Dominikaner an der Trierer Universität* (p. 499-521) inter « primordiales in studio Treverensi theologicae facultatis inceptores » commemoratur etiam quidam SIGEBERTUS DE SEGEN, O.MIN., de quo cf. K. EUBEL, O.F.M.CONV., *Geschichte der Kölnischen Minoriten-Ordensprovinz* (Veröffentl. d. Histor. Ver. f. d. Niederrh. I), p. 54, n. 4; p. 288, n. 1 (Köln, 1906). P. BONAVENTURA

104. — *Miscellanea moralia in honorem eximii Domini Arthur Janssen Universitatis Catholicae in oppido Lovaniensi professoris.* 2 voll. (Bibliotheca Ephemeridum Theologicarum Lovaniensium. Series I. Vol. 2-3). Leuven-Louvain, É. Nauwelaerts - Gembloux, Éditions J. Duculot, (1948). In-8°, XXVII-672 p. (v. II: a p. 329-672).

Anno 1948 eximius D. ARTHURUS JANSSEN annum trigesimum quintum ex quo professoris theologiae moralis et ethices in Universitate Catholica Lovaniensi praesidisque Collegii Justi Lipsii munera suscepit, necnon annum vigesimum quintum complevit ex quo commentarium periodicum *Ephemerides Theologicae Lovanienses* nuncupatum a secretis moderari coepit. Ad haec et alia minora anniversaria sollemnia meritissimi viri digne celebranda, professores socii, amici alumnique eruditi haec *Miscellanea moralia* collegerunt et, moderantibus L. JANSSENS, eiusdem Universitatis professore, et P. AMEDEO TEETAERT A ZEDELGEM, O.F.M.CAP., tunc huius periodici commentarii *Collectanea Franciscana* directore, splendide typis ediderunt. Argumenta in singulis dissertationibus docte tractata optime resonant multiplici operositati ab erudito viro in diversis disciplinis secundum nostri temporis exigentias tam egregie quam indefesse explicatae. Hoc loco solum illas dissertationes enumerare possumus, quae res franciscanas tangunt. Quae sunt: L. CEYSSENS, O.F.M., *Van de veroordeling der 65 lakse proposities in 1679 naar de veroordeling van de 31 rigoristische proposities in 1690* (a condemnatione 65 propositionum an. 1679 ad condemnationem 31 propositionum an. 1690, p. 77-109); R. AUBERT, *Le rôle de la volonté dans l'acte de foi d'après les théologiens de la fin du XIIIe siècle* (p. 281-307); M. KUPPENS, *Les origines de la doctrine catholi-*

que du droit à la colonisation (p. 405-448); V. SEMPELS, *Bijdrage tot de geschiedenis van het ontstaan van de Kruisweg in onze gewesten* (de historia originis Viae Crucis in regionibus neerlandicis, p. 601-620). Relationem particularem de his dissertationibus faciemus infra in huius bibliographiae partibus, ad quas argumenta in singulis tractata spectant. P. BONAVENTURA

105. — *Miscellanea Pietro Fumasoni-Biondi. Studi missionari raccolti in occasione del giubileo sacerdotale di S. E. il Cardinale.* T. I. Roma, Ediz. di Storia e Letteratura, 1947. In-8°, XV-191 p.

Tres articulos continet hoc opus. Primum inscribitur: C. COSTANTINI, *Ricerche d'Archivio sull' instruzione « De clero indigeno »*, p. 1-78. Secundus: P. PIRRI, S.I., *Lo stato della Chiesa ortodossa e le sue tendenze verso Roma in una memoria di Padre Giulio Mancinelli, S.I. (1537-1618)*, p. 79-104. Tertius: G. DINDINGER, O.M.I., *Missionsschrifttum von und über Kard. Lavigerie*, p. 105-180. In primo de rebus franciscanis non agitur; in ceteris autem breviter, ut dicetur in suo loco. P. JULIANUS EYMARD

106. — *Miscellanea Contardi Ferrini. Conferenze e Studi nel fausto evento della sua Beatificazione.* (Biblioth. Pont. Athen. Antoniani. Vol. I). Romae, Via Merulana 124, 1947. In-8°, XI-176 p.

Hoc in opere quod legere non potuimus, colliguntur orationes et studia quae Pontificium Athenaeum Antonianum in B. CONTARDI FERRINI, T.O.S., honorem nuper habuit. In primis V. E. ORLANDO, qui B. CONTARDO collega fuit, eius memoriam feliciter renovat, cum de magna sua cum illo necessitudine loquatur. Postea C. BALIĆ, O.F.M., de eiusdem virtutibus animaque omnino franciscali disserit. S. RICCOBONO opus scientificum CONTARDI illustrat. Postremo summa pietas diligenter examinatur illius qui fuit S. FRANCISCI verus discipulus filiusque. Cf. *Misc. Franc.*, 1949, t. XLIX, p. 169; *Acta Ord. Min.*, 1949, t. LXVIII, p. 44. P. JULIANUS EYMARD

107. — *Miscellanea bibliografica in memoria di Don Tommaso Accurti.* A cura di LAMBERTO DONATI. (Storia e Letteratura, 15). Roma, Edizioni di « Storia e Letteratura », 1947. In-8°, XI-220 p.

Ad celebrandum diem quo D. THOMAS ACCURTI, praeclarus librorum antiquorum quos *incunabula* vocant in Italia investigator et meritissimus bibliographus, praesertim etiam scriptorum trium Ordinum S. Francisci (cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 592), octoginta annos complevit (11 nov. 1942), amici eruditi hanc praeparaverant sollemnem plurium dissertationum editionem, quae quidem nisi post celebrati mortem (20 jan. 1946) typis prodire non potuit. Inter 17 studia in hoc volumine imprimis de historia artis typographicae et bibliographicae edita, quattuor inveniuntur quae bibliographiam franciscanam spectant: GIUSEPPE GALLI, *Due ignote edizioni quattrocentine della « Corona della Beatissima Vergine Maria » di frà Bernardino de' Busti* (p. 103-124); ADA MORICCA CAPUTO, *Di alcuni opuscoli rari nella Biblioteca Casanatense* (p. 159-164); LIVARIO OLIGER, O.F.M., *Intorno alla bibliografia francescana* (p. 167-184); NELLA SANTOVITO VICHI, *Una correzione al Reichling ed alcune notizie sulla stampa di Cagli*

(p. 215-220). Quod ad primum attinet, G. GALLI complet primo notitias bibliographicas de editionibus operum BERNARDINI DE' BUSTI, O.F.M.OBS., iam editas apud *Gesamtkatalog der Wiegendrucke* (= *GW*), L. HAIN, W.A. COPINGER et P. SEVESI, O.F.M., *Santa Maria della Misericordia in Melegnano*, p. 64 ss., Melegnano, 1932. Supplet deinde bibliographorum notitias de editionibus operis *Tesoro spirituale* vel *Corona della Beatissima Vergine Maria* nuncupati et collectionem carminum continentis, cui addita est in quattuor editionibus altera carminum series *Specchio di salute* inscripta (*GW*, n. 5009-5812), adducendo duas editiones, hactenus nondum notas, eiusdem opusculi *Tesoro spirituale*, quae etiam *Specchio di salute* continent et ante alias editiones, scil. an. 1488-89, Mediolani prodierunt. Harum editionum altera, sine notis typographicis, 139-99 mm, 44 folia complectens, typis IOANNIS ANTONII DA HONATE exscripta, solum in *Bibliotheca Ambrosiana, Incun. 477*, adhuc invenitur, altera, prius 42, nunc 37 folia, ultimis deperditis, complectens, eiusdem typographi typis impressa, antea Mediolani in *Bibl. Melziana*, nunc autem Florentiae apud Comm. TOMMASO DE MARINIS adservatur. Hae editiones inter se differunt, ut facile patet iam ex diverso ordine carminum. Quod ad auctorem carminum attinet, plura ab ipsomet BERNARDINO DE' BUSTI composita sunt, nonnulla autem deprompta sunt ab aliis auctoribus, quorum nomina ab A. non adducuntur. In fine dissertationis A. utriusque editionis descriptionem minutam exhibet.

Inter opuscula ab A. MORICCA CAPUTO descripta habetur *Brevis instructio congregationis gloriosorum patriarcharum Joachim et Joseph in honorem gloriosissimi corporis Domini nostri Jesu Christi*, in-4°, s.n.t., sed iuxta A. Neapoli circa an. 1500 edita, nunc in *Bibl. Casanat., Misc. rara 45*, adservata. Fundator congregationis in titulo opusculi nominatae et auctor praefationis fuit quidam « minimus omnium minorum de observantia pauper frater Franciscus »; in opusculo nominantur ecclesia S. Mariae della Nova (O.F.M.Obs.) et ecclesia S. Ioachim, a IOANNA CASTRIOTA 1514 fundata et iisdem Fratribus Minoribus de Observantia commissa.

L. OLIGER, O.F.M., texuit historiam bibliographiae franciscanae generalis, tractans breviter, omissis bibliographiis particularibus, de bibliographis universi Ordinis franciscalis scriptores describentibus, speciatim vero de bibliographia a L. WADDING, O.F.M., edita et a J.H. SBARALEA, O.F.M.CONV., T. ACCURTI, A. CHIAPPINI, O.F.M., aucta et castigata. Notitiae de hac bibliographia habentur in *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 591-593; 1949, t. XIX, p. 224 ss.

Contra D. REICHLING, qui editionem *Summulae confessionis* S. JACOBI DE MARCHIA, O.F.M.OBS., descriptam in *Appendices ad Hainii-Copingeri Repertorium Bibliographicum*, fasc. II, n. 619 (Monachii, 1906), circa an. 1485 Romae prodiisse suspicatus erat, N. SANTOVITO VICHI affirmat illam editionem typis excusam esse an. 1475-76 in oppido Cagli a typographis ROBERTO DA FANO et BERNARDINO DA BERGAMO, qui ambo admodum probabiliter Ordinis franciscalis sodales essent. Notitiae particulares de hac typographia franciscana desiderantur.

Denique praetermittere nolumus, quod LAMBERTUS DONATI in sua discussione *Note empiriche sul libro illustrato* (p. 61-92) brevem exhibet notitiam (p. 86) de quadam xylographia, Florentiae excusa et a PAUL HEITZ, *Italienische Einblattdrucke in den Sammlungen Bremen...*

III, n. 54 (Strassburg, Heitz, 1934) descripta, in qua S. FRANCISCUS ASSISIENSIS stigmata recipiens depingitur. P. BONAVENTURA

108. — *Les premiers Bollandistes en Bourgogne et à Paris*, in *Anal. Boll.*, 1947, t. LXV, p. 71-93.

Adsunt hic publice edita diversa documenta de itinere quod Bollandistae anno 1662 in Burgundia et Parisiis inceperunt. His in documentis aliquoties agitur etiam de franciscanis. Ita p. 73, in epistola, 25 iulii 1662, G. HENSKENS, S.I., ad J. BOLLAND, S.I., agitur de A. CAIMO, S.I., qui se credit B. BERNARDINI CAIMO, O.F.M. (1500), propinquum seu consanguineum.

In alia eiusdem ad eundem epistola, 1 septembris 1662 (p. 91) de ARTHURI MONASTERIENSIS, O.F.M., morte fit mentio. Denique, p. 94, in *Diario Itineris Romani*, a D. PAPEBROCH, S.I., scripta. Divione 2-11 augusti 1662, legitur: «Vecti sumus ad S. Reginae aediculam, quam PP. Observantes habent, iuxta quam novum ipsi sibi monasterium construunt, nec longe aedificatur hospitale capax peregrinorum».

P. JULIANUS EYMARD

109. — M. ARNOULD. *Historiographie de la Belgique, des origines à 1830.* (Collection nationale, n. 80). Bruxelles, Office de Publicité, 1947. In-8°, 77 p.

E. *Franciscana*, 1048, t. III, p. 19, scimus inter historiographos Belgii in hoc opusculo recenseri etiam *Jacobus de Guise, O.Min.* (p. 18, 21, 24, 28, 29; de eo cf. J.H. SBARALEA, O.F.M.CONV., *Supplementum et castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci*, pars II, p. 10-11, Romae, 1921) et JOANNES VAN BRUSTEM, O.F.M.CONV., (p. 24, 30; de eo cf. J.H. SBARALEA, *op. cit.*, p. 45). P. BONAVENTURA

110. — ALBANUS HEYSSE, O.F.M., *Regesta Belgo-Neerlandica uit het Bullarium Franciscanum Nova Series, II tomus (1455-1471)*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 99-103; 1948, t. III, p. 1-12.

Quae in secundo volumine novae seriei *Bullarii Franciscani* (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 585-587) edita documenta pontificia ad historiam Ordinis franciscalis in ditionibus neerlandicis pertinent, A. hic in breviora regesta, lingua latina redacta, congessit. Enumerantur 63 documenta, annis 1455-1471, regnantibus Summis Pontificibus Calixto III, Pio II, Paulo II, emanata, quorum duodequinquaginta in dicto volumine *Bullarii* integre edita sunt, cetera vero quindecim iam ibidem solum in regesta redacta inveniuntur. In fine additur index personarum et locorum, quae lingua flandrica redduntur. Animadvertimus, quod Kleef (germanice: Kleve) revera non fuit dioecesis.

P. BONAVENTURA

111. — ALBANUS HEYSSE, O.F.M., *Regesta Belgo-Neerlandica. Regesta pontificia circa provincias nostras belgo-neerlandicas, excerpta e Bullario franciscano et ex aliis documentis et periodicis*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 65-75 (contin.).

A., postquam regesta documentorum pontificiorum historiam trium Ordinum S. Francisci in regionibus neerlandicis spectantium e secundo volumie novae seriei *Bullarii Franciscani* excerpsit et edidit

(cf. *supra*, n. 110), nunc editionem regestorum omnium documentorum pontificiorum aggreditur quae in ceteris voluminibus dicti *Bullarii* aliisque locis inveniuntur. Praemisso brevi conspectu de historia *Bullarii Franciscani*, in hac prima parte eduntur regesta documentorum a Summis Pontificibus inde ab an. 1220 ad an. 1264 emanata.

P. BONAVENTURA

112. — J. RUIZ DE LARRINAGA, O.F.M., *El P. Fray Nicolás de Jesús Belando, historiador franciscano descalzo, y sus obras impresas e inéditas*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, t. VIII, p. 395-405.

Opus praecipuum huius scriptoris est *Historia civil de España*, 3 voll., Madrid, 1740-1744, quod tamen a tribunali Inquisitionis Hispanicae eodem an. 1744 proscriptum est; A. describit eiusdem operis indolem et naturam, atque hanc nactus occasionem perhibet catalogum omnium scriptorum NICOLAI A JESU BELANDO, O.F.M.DISC. Inter manuscripta deperdita recensebatur quoque *Apuntaciones para entender* [sic] *las vidas de San Luis Obispo* (*O.F.M.*) y *de San Pasqual Baylón* (*O.F.M.*).

P. MELCHIOR

113. — F.F. LOPES, O.F.M., *Para a história da Ordem franciscana em Portugal. Fontes narrativas e textos legais*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1945, t. V, p. 172-203, 528-561; 1946, t. VI, p. 35-52; 1947, t. VII, p. 31-68; 1948, t. VIII, p. 105-128, 207-237, 357-394.

Ad historiam Ordinis franciscalis in Lusitania conscribendam necesse est in primis fontes tum editos tum manuscriptos prae manibus habere; ideoque A. opportunum esse iudicavit eos simul collectos exhibere, quos tum in bibliothecis tum in tabulariis praesertim Lusitaniae invenit. Opus quidem, ipso fatente auctore, imperfectum, sed valde utile ad investigationes historicas et bibliographicas de hoc negotio prosequendas. A. agit singulatim de provinciis trium Ordinum S. Francisci necnon de aliquibus coenobiis sui iuris, v. gr. collegiis missionum, tum in metropoli tum in coloniis transmarinis exsistentibus. Praemissa brevi notitia historica fundationis, recensentur fontes hoc ordine dispositi, nimirum: a) chronica; b) relationes; c) scripta polemica; d) leges et statuta peculiaria. Non omnia A. inspexit et examinavit, sed sedulo lectores monet de quonam fonte notitias hauserit.

Fontes ad historiam Ordinis Fr. Min. Capuccinorum spectantes leguntur in t. VIII, p. 369-371. Non possumus omnia quae ibi desiderantur huc afferre. Cf. MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*. Pars II, t. II, p. 350 sq., Romae, 1948. A. ignoravit hos fontes praecipuos, in quibus omnia elementa essentialia reperiuntur descripta, scil. EDOUARD D'ALENÇON, O.F.M.CAP., *Essai de bibliographie capucino-congolaise*, in *Neerlandia Franc.*, 1914, t. I, p. 33-42, 251-265; 1919, t. II, p. 101-126; HILDEBRAND, O.F.M.CAP., *Les Capucins au Portugal*, in *Études Franc.*, 1938, t. L, p. 146-171; IDEM, *L'ancienne Procure des missions congolaise à Lisbonne* (*1647-1834*), Anvers, 1938. *Cod. 1432 Bibl. Nationalis* Ulissipponensis iam editus est et in linguam gallicam versus: *La pratique missionnaire des PP. Capucins italiens dans les royaumes de Congo, Angola et contrées adjacentes* (*1747*), Louvain, 1931. Arbitramur codicem cuius titulus exscribitur p. 371: *Prodigios, favores, maravillas que sua Magestade obrou conforme á fama publica por intercessao e mereci-*

mento do servo de Deos veneravel Fr. Francisco Burrico Missionario Apostolico, e Religiozo professo da Ordem do Seraphico Sam Francisco na reforma Capuchina (ms., 22 ff.), notitias continere de fratre laico Francisco a Licodia, qui post 34 annos operositatis an. 1682 piissime obiit (cf. Clemente da Terzorio, O.F.M.Cap., *Le Missioni dei Min. Cappuccini. Sunto storico*, t. X, p. 515 sq., Roma, 1938). A. recenset hoc aliud opus manuscriptum adservatum Evorae, *Bibl. civitatis, ms. CXVI/2-1: Vite de' Frati Minori Capuccini del Ordine del Serafico Padre San Francesco, morti nelle missioni d' Ethiopia dall'anno 1645 fino all'anno 1677.*

P. Melchior

114. — J. Gessler et J.F. Niermeyer. *Florilegium Chronicorum Neerlandicorum. Een keuze uit de Latijnse kronieken van Noord- en Zuid-Nederland van de tiende tot de vijftiende eeuw.*. 's Gravenhage, M. Nijhoff, 1948. In-8°, XI-288 p.

Quidam Frater Minor conventus Gandavensis an. 1308 res in Flandria tunc temporis gestas descripsit. Haec descriptio est magni momenti, quia praeter fontes gallicos est unicum testimonium, quod e parte Flandrorum bellum libertatis recuperandae causa cum Gallis gestum depingit. Manuscripta relatio, in bibliotheca civitatis Hamburgensis adservata, inter an. 1823-59 deperiit, sed iuxta exemplum saec. XVIII transcriptum et editiones antea factas a J. Lappenberg an. 1859 in *MGH Scriptores*, t. XVI, p. 555-597, postea a F. Funck-Brentano in *Collection de textes pour servir à l'étude et l'enseignement de l' histoire*, n. 18, an. 1896, edita est. Nunc in praesente volumine, p. 204-215, denuo editur inscripta *Het relaas van de Brugse metten en de Guldensporenslag door en Gentse Minderbroeder* (*1308*) i. e. relatio de matutinis Brugensibus (17 mai. 1301) et proelio aureorum calcarium (1302) per Fratrem Minorem Gandavensem (1308).

P. Bonaventura

115. — Beatus Theunissen, O.F.M., *Lexicographia missionaria linguae sinensis annis 1550-1800*, in *Collectanea Commissionis Synodalis*, 1943, t. XIV, p. 220-242.

116. — Giovanni Maria Montano, O.F.M. *Etiopia Francescana nei documenti dei secoli XVII et XVIII.* Tomo II: *1691-1703.* (Biblioteca Bio-bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente Francescano. Serie terza: Documenti). Quaracchi, Collegio di San Bonaventura, 1948. In-8°, CXXXIX-613 p.

De hoc opere tractabimus infra, in relationibus de missionibus franciscanis in Africa.

117. — Arsenio da Casorate, O.F.M.Cap. *Cestello francescano. Antologia per il Ginnasio inferiore.* Roma, Il Massaia, 1947. In-8°, 304 p.

Hoc in opere A. res a quodam puero gestas narrat qui frater minor capuccinus fieri vult. Illum A. ostendit a puero de vocatione sua cogitantem, inde in franciscanum gymnasium intrantem; illum sequitur quando litteris animum excolit, quando religiosum vestimentum induit, quando denique studiis vacans, laborans et orans ad sacerdotium

se praeparat. Aliquoties A. ipse res gestas narrat, aliquoties ipse puer iuvenis diarium suum evolvit, aliquoties eiusdem patruus ipse capuccinus epistolas eidem scribit, saepe narratio intermittitur ut diversorum auctorum scriptorumque selecti loci referantur qui a professore explanari possint et alumno sint exempla imitanda. Quare A. triplicem finem prosequitur: 1° in franciscanis gymnasiis litterarum studio humanitatique favere et ad hoc celebres scriptores afferuntur, ut A. MANZONI aut etiam G. D'ANNUNZIO; ita alumnorum iudicium acuetur; 2° christianae fidei intelligentiam quae Sanctissimo Missae sacrificio addicuntur (p. 65-69), aut ad mysticum Christi corpus (p. 99); 3° franciscanam institutionem annuere, et ad hoc saepe agitur de S. FRANCISCO (p. 36, 37-41, 103-108, 165-167) aut de franciscana vita religiosa (p. 71, 128, 170). Hoc igitur opus omnino perlaudandum est, cum simul et pietati et labori sit utile quae immo amoena reddit. Optandum est tamen ut in proximis editionibus illustrationes addantur sicut quaedam de diversis auctoribus allatis explanationes.

P. JULIANUS EYMARD

118. — ARSENIO DA CASORATE, O.F.M.CAP. *Cestello Francescano. Antologia italiana per il Ginnasio inferiore.* Vol. II. Roma, « Il Massaia », 1948. In-8°, 331 p.

Secundus hic tomus priori haud similis est. Non invenitur hic iuvenis quidam, ad seraphicum claustrum vocatus, cuius vita et res gestae enarrantur, sed tantum selecti textus, ita tamen collecti, ut et fastidiosa similitudo vitetur et amoena varietas afferatur. His in locis diversae partes distingui possunt: primum praeclarae narrationes iuventuti ad discendum utiles quae comprehendunt evangelicas descriptiones inter quas A. FOGAZZARO *Inno a Maria* et A. MANZONI *Il nome di Maria* memorantur (p. 9-40), franciscanas narrationes sive ex *Fioretti*, sive ex S. BERNARDINO DE SENIS, O.F.M., sive ex aliis scriptoribus excerptas (p. 45-87), dissertationes de franciscanis locis et de eorum historia (p. 97-10, 218-234, 268-278), missionarias narrationes (p. 117-156); deinde iucundae accedunt fabulae, amoena poemata, non tantum ex italicis litteris desumpta, sed ex gallicis (A. DAUDET), russicis (L. TOLSTOI) et etiam ex Provinciis (F. MISTRAL) (p. 183-215), deinde scripta quae in se quandam eruditionem continent sive de zoologia (p. 113-117, 174-182, 280-283, 319-324), sive de Italiae artibus operosis (p. 239-267), sive de HOMERI atque VERGILII poematibus (p. 287-318). Haec anthologia omnino laudari potest, cum alumnus simul et delectetur et doceatur. Desideratur tamen ut de diversis narrationibus indicentur liber et editio et pagina unde excerpuntur, item ut de diversis scriptoribus quorum narrationes hoc in libro typis mandatae sunt, brevis nota biographica praebeatur et quoddam criticum iudicium fiat, ita ut discipuli quodammodo iam elegantiam litterariam diiudicare facilius discant.

P. JULIANUS EYMARD

119. — *Antología lírica franciscana.* Barcelona, Torrel de Reus, 1947. In-8°, 218 p.

Hoc in opere continentur fragmenta poetica a pluribus quam centum scriptoribus exarata linguis quae in Catalaunia, Valentia et Maiorca usurpantur. Praemittitur versio *Cantici Fratris Solis* ab ANTONIO M.

A BARCELONA, O.F.M.CAP., facta. Poetae omnes, quorum fragmenta exscribuntur, vixerunt saec. XIX-XX. Cf. *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 165.
P. MELCHIOR

120. — V. LAMPRATI, O.F.M. *Menologio francescano di tutta la regione Emiliana.* Bologna, 1947. In-8°, 220 p.

Cum hunc librum videre non potuerimus, ex recensione a L. DI FONZO facta (cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 414-417), notitiam cepimus hoc opus non compositum esse ut studiosis iuxta hodiernae criticae scientificas expostulationes serviret, sed potius ut illud legentes pietatis incrementum acciperent. Idem censor A. reprehendit quod non satis accurate indicaverit ad quamnam familiam Primi Ordinis S. FRANCISCI singuli Sancti vel Beati vel Venerabiles Servi Dei pertinerent, necnon quod temporum ordo non satis observatus sit.
P. JULIANUS EYMARD

121. — *Guide de la France chrétienne et missionnaire.* Publiée sous la direction de P. LESOURD. Paris, Centre international de documentation et statistique, 1948. In-8°, 1850 p.

122. — *The National Catholic Almanac.* Compiled by the Franciscan Clerics of Holy Name College Washington, D.C. Paterson, N.J., St. Anthony's Guild, 1947, 1948. In-8°, 816, 832 pp.

In his duobus voluminibus amplae notitiae de Ecclesiae Catholicae conditionibus, praesertim in America continentur. Ex multis rebus utilibus indicamus speciatim vitam Summi Pontificis PII XII; descriptionem administrationis et institutorum Ecclesiae; martyrologium Americanum; notitias de Ordinibus et Congregationibus virorum ac mulierum in Statibus Foederatis Americae. Quod ad Franciscanos singulatim attinet in editione pro anno 1948, p. 118, brevis biographia JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M., primi episcopi Mexici habetur in centenariam commemorationem eius mortis quae accidit anno 1548. In summa in his editionibus ecclesiasticae materiae tractatae, sat accuratae et syntheticae ad practicam cognitionem quaerentibus praebentur.
P. CASSIANUS

123. — *The Capuchin Annual.* Dublin, Church Street, 1946-47, 1948. In-4°, 590, 628 pp.

Prima huius Annualis libri editio facta est anno 1929 et exinde quotannis iam magis inclaruit. Nunc vero commendatione non indiget quia late cognitum et diffusum est. Meritum praecipuum huius operis in hoc consistit quod veram summarium de vita Catholica et de animi cultura in Hibernia praebet. Hoc modo P. SENANUS A CASTLEGREGORY, O.F.M.CAP., fundator et director huius Annualis, et eius adiutor P. GERALDUS A BELFAST, O.F.M.CAP., utile atque nobile obsequium tum Ecclesiae tum suae patriae praestiterunt. In his editionibus pluribus et eximiis figuris ornatis eleganterque a typographo curatis, articulos sequentes speciatim notavimus: Exc.mus S.P. MULLIGAN, Archiepiscopus Delhiensis et Simlensis, *India and its Mission*, in editione pro anno 1946-47, p. 291-297; J.A. BRENNAN, *The Franciscan Spirit*, in editione pro anno 1948, p. 65-74.
P. CASSIANUS

II. - RELATIONES DE S. FRANCISCO

124. — OTTO KARRER. *Saint Francis of Assisi. The Legends and Lauds*. Edited, selected and annotated by O.K. Translated by N. WYDENBRUCK. London, Sheed and Ward, 1947. In-8°, XVI-302 p.

Cum hanc editionem anglicam operis an. 1945 prima vice germanice editi (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 28, n. 280), videre non potuerimus, lectorem remittimus ad amplam relationem de editione germanica edita a P. MICHAELE BIHL, O.F.M., in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 296-297.

125. — S. BONAVENTURA, O.MIN. - *Het Leven van Sint Franciscus door de H. Bonaventura* (vert. P. MAXIMILIANUS VAN MOERDIJK, O.F.M.CAP.), in *Franc. Leven*, 1946, t. XXIX, p. 2-11, 45-51, 105-112, 133-141, 177-184, 221-229; 1947, t. XXX, p. 15-23, 51-60, 65-72, 97-102, 129-138, 161-169; 1948, t. XXXI, p. 1-9, 36-40, 65-68, 97-101, 129-133.

Iam saec. XV *Legenda Maior* S. BONAVENTURAE in sermonem neerlandicum conversa est, ut attestantur tres codices manuscripti, adservati Lugduni Batavarum, *Bibl. Univers., Maatschappij der Nederl. Letterkunde, hs. 264, 265, 266* (cf. *supra*, n. 20b). Eandem *Legendam* nunc P. MAXIMILIANUS VAN MOERDIJK, O.F.M.CAP., iterum in linguam neerlandicam pulchre convertit iuxta criticam editionem *Analecta Franciscana*, t. X, p. 555-652 (Ad Claras Aquas, Florentiae, 1926-1941). additis etiam in calce adnotationibus quae ibidem adiunctae sunt.

P. BONAVENTURA

126. — THOMAS DE CELANO, O.MIN. *Vie de Saint François*. Gembloux, Duculot, 1947. In-8°, XII-348 p.

127. — DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M. *Middeleeuwse Handschriften op godsdienstig gebied in het bezit van de Bibliotheek der Gemeente Rotterdam*. Rotterdam, Uitgave van de Stichting Vrienden der Gemeente-Bibliotheek, 1948. In-8°, X-203 p.

Cf. *supra*, n. 20.

128. — G.I. Lieftinck. *Codices in finibus Belgarum ante annum 1550 conscripti qui in Bibliotheca Universitatis asservantur.* T. I: *Codices 168-360 societatis cui nomen Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde.* (Bibliotheca Universitatis Leidensis. Codices manuscripti. Tom. V, fasc. 1). Lugduni Batavorum, E.J. Brill, 1948. In-8°, XXII-236 p.

129. — Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *Middelnederlandse Franciscaanse Godsdienstige Geschriften,* in *Franc. Leven,* 1948, t. XXXI, p. 167-176.

Cf. *supra,* n. 20a et 20b.

130. — Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *De auteur van het berijmde Mnl. Franciscus' Leven,* in *Ons Geest. Erf,* 1947, t. XXI, p. 304-311.

Cum J. Van Mierlo, S.I., in operibus *Geschiedenis van de Letterkunde der Nederlanden,* t. I, p. 188-189 ('s Hertogenbosch-Brussel, 1939), et *Jacob van Maerlant. Zijn leven, zijn werken, zijn beteekenis,* p. 8 (Kon. Vlam. Acad. voor Taal- en Letterk., ser. III, fasc. 25. Turnhout, J. Van Mierlo-Proost, 1946. In-8°, 151 p.), incertus remanserit de *Vita S. Francisci* Jacobo de Maerlant attribuenda, A. novis argumentis probare conatur, hunc revera fuisse *Legendae Maioris* S. Bonaventurae in sermonem neerlandicum qui vocatur medius interpretem et versificatorem. Quae ab A. afferuntur argumenta, omnem dubitationem tollere nobis videntur. P. Bonaventura

131. — Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *De slot-n in zwakbetoonde lettergrepen van het Sint Franciscus-Leven van Maerlant,* in *Miscellanea J. Gessler,* p. 855-973, Antwerpen, 1948.

Disquisitio mere philologica de littera *n* in fine syllabarum tenuium in Jacobi de Maerlant *Vita Sancti Francisci,* saec. XIII in lingua neerlandica versibus composita. P. Bonaventura

132. — Vittorio Fattorusso. *Fioretti di San Francesco, con le considerazioni sulle Stimmate, il Cantico del sole e numerose illustrazioni.* Firenze, G. Fattorusso, 1948. In-12°, XV-270 p. cum ill.

133. — *Les Fioretti. Vie et Miracles de St François d'Assise, de ses compagnons et de Sainte Claire.* Traduction nouvelle d'après l'incunable de Milan par le R. P. Godefroy de Paris, O.F.M.Cap. (Coll. Histoire - Philosophie - Religion, dirigée par P. Messiaen). Paris, « La Renaissance du Livre », Éditions Marcel Daubin, 1947. In-8°, XLIX-314 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.,* 1950, t. XX, p. 130-131.

134. — P. Messiaen, *Une nouvelle traduction des Fioretti,* in *Amis S. Franç.,* 1948, n. 47, sine num. pag.

Hic agitur de *Fioretti* in linguam gallicam conversis a P. GODEFRIDO A PARIS, O.F.M.CAP.; cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 130-131.

135. — A. VERHOFSTEDE. *De volmaakte Blijdschap.* Brussel, De Standaard, 1946.

Hanc notitiam imperfectam sumpsimus e *Franciscana*, 1948, t. III, p. 31, ubi edocemur hunc librum continere *Flores S. Francisci* in sermonem neerlandicum antiquum conversos, quos A. VERHOFSTEDE collegit et, singulis litteris propria arte excisis, pulcherrima charta expressos editione raritate notabili evulgavit. P. BONAVENTURA

136. — MIHÁLY KÖSZEGHY. *Virágszalák. Szent Ferenc és társai életéből* (i.e.: Flosculi, e vita S. Francisci eiusque sociorum) *Fioretti.* Budapest, A Magyar Barát Kiadása, 1943. In-16°, 216 p.

137. — CUTHBERT [VON BRIGHTON], O.F.M.CAP. - JUSTINIAN WIDLÖCHER [VON STILL], O.F.M.CAP. *Der heilige Franz von Assisi. Eine Lebensgeschichte.* Neue Ausgabe. Colmar, Alsatia, 1948. In-8°, 394 p.

Nova editio noti operis recensiti in *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 436-439, et an. 1944 denuo editi (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 30, n. 315). Cum liber ad nos transmissus non sit, de indole huius novae editionis nihil dicere possumus nec determinare, utrum in ea animadversionum in recensione supra citata allatarum ratio habita sit necne. P. BONAVENTURA

138. — CUTHBERT VAN BRIGHTON, O.F.M.CAP. *Het Leven van Sint Franciscus van Assisi.* Geautoriseerde vertaling uit het Engelsch door Pater HERIBERTUS [VAN BREDA], O.F.M.CAP. Turnhout, N. V. Etlabissementen Brepols, 1942. In-4°, 391 p. cum ill.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 286.

139. — JOHANNES JÖRGENSEN. *De H. Franciscus van Assisi.* Naar het Deens door P. STANISLAS VAN DE VELDE, O.F.M. Vijfde herziene uitgave. Tielt, Drukkerij-Uitgeverij Lannoo, 1947. In-8°, 261 p.

S. Patriarchae Assisiensis vita a J. JÖRGENSEN conscripta novis in diversis linguis editionibus prodire pergit. Postquam in *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 389-390, editiones italicae an. 1935 et 1937, et germanica an. 1935 examinatae sunt, praeter editionem anglicam an. 1938 typis iterum mandatam, in lucem prodierunt novae editiones hispanica (Buenos Aires, 1940), lusitana (Petrópolis, 1944) et italica (Torino-Roma, 1946) (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), n. 344, 347, 346). In Hollandia an. 1939 eadem biographia, a D. LOGEMAN VAN DER WILLIGEN in sermonem patrium conversa, iterum edita est (Hilversum, 1939; cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 14, n. 31), cum, tribus annis post, editio neerlandica curata a P. STANISLAO VAN DE

VELDE, O.F.M., quarta iam vice lucem publicam viderit (Den Haag, 1942; cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 32, n. 345), quam nunc, quinta vice an. 1947 typis mandatam, lectoribus libenter commendamus.

Haec quinta editio a quarta aliquantum differt. Est enim editio popularis, in qua adnotationes et dissertatio de fontibus — quae separatim edita est (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 26, n. 257) — penitus omissae sunt, sicut etiam illustrationes quibus quarta editio exornata erat, ita ut liber quam minimi pretii emi possit. Interpres in introductione asserit se opus ipsus auctoris quam fidelissime convertisse, praeter caput tertium libri tertii, ubi circa indulgentiam Portiunculae, ipso auctore impellente, pristina eiusdem sententia negativa retractata esset. Itaque quae censor in *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 389-390, animadvertit, nunc etiam valent. Quod ad sermonis neerlandici elegantiam attinet, quam censor quartae editionis in *Franc. Leven*, 1944, t. XXVII, p. 47-48, ex omni parte perfectam declarare non potuit, haec nova editio, adiuvantibus P. EDUARDO FRAUSSEN, O.F.M., et P. VEDASTO VERSTEGEN, O.F.M., melior evasit. P. BONAVENTURA

140. — A. MASSERON, *Quelques souvenirs personnels sur Joergensen*, in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 44, p. 10-17.

Auctor J. JÖRGENSEN Ravennae primum anno 1922 cognovit, deinde anno 1926 in Brittannia Minori, et anno 1929 in eadem provincia. Diversa facta narrantur quibus J. JÖRGENSEN simplicitas et pietas ostenduntur. P. JULIANUS EYMARD

141. — G. DE LAGARDE, *Jörgensen historien*, in *Amis S. Franç.*, 1947, avril-mai, p. 7-9.

J. JÖRGENSEN, cuius conversio bonae fidei fortitudinisque est opus, non est tantum rerum gestarum narrator, sed animarum investigator quae, sicut fontes vivi, suis in libris, semper emanant; sic de S. FRANCISCO scripsit, non ut frigidus narrator, sed ut discipulus, immo ut filius qui patris sui animam mentemque suscitare et voluit et potuit, praesertim quia dilexit. P. JULIANUS EYMARD

142. — RAOUL DE SCEAUX, O.F.M.CAP., *Vies inédites de Saint François et de Sainte Claire*, in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 45, p. 5-10.

Agitur de duobus manuscriptis qui servantur Parisiis in *Bibliothèque Nationale, fonds français, mss. 9762* (*vita S. Francisci*) et *2905* (*vita S. Clarae*). Utriusque excerpta duo dantur, quorum prius enarrat quomodo S. FRANCISCUS sacra stigmata receperit, posterius autem enarrat quomodo S. FRANCISCUS S. CLARAM visitaverit. Alia deinde manuscripta eiusdem bibliothecae describuntur, scil. *fonds français, mss. 439, 2093, 2094, 9760, 13505* ; *fonds latin, mss. 912;* omnes hi codices S. BONAVENTURAE *Legendam* (A. non dicit utrum sit *maior* an *minor*) plus minusve continent. P. JULIANUS EYMARD

143. — OMER ENGLEBERT. *Vie de Saint François d'Assise.* (Les Grands Spirituels). Paris, Éd. Albin Michel, 1947. In-8°, 461 p., cum ill.

Hoc opus recensitum est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 127-129.

144. — O. ENGLEBERT, *Les sources d'une biographie de Saint François*, in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 44, juin-août, p. 4-10.

Praefatio editur ex opere eiusdem A. quod inscribitur *Vie de Saint François d'Assise* (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 127-129).

145. — O. ENGLEBERT, *De Saint Bonaventure à Paul Sabatier*, in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 43, avril-mai, p. 1-7.

Excerptum ex libro quem A. de S. FRANCISCO scripsit (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 127-129).

146. — LEOPOLD DE CHÉRANCÉ, O.F.M.CAP. *Saint François d'Assise.* Première Édition canadienne autorisée pour diffusion exclusivement en Amérique. Montréal, L'Écho de Saint-François, 1947. In-8°, 420 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 129-130.

147. — GRATIEN DE PARIS, O.F.M.CAP. *Historia de la fundación y evolución de la Orden de Frailes Menores en el siglo XIII.* Traducción del R. P. VICTORIANO M. DE LARRÁINZAR, O.F.M.CAP. (Colección Thau). Buenos Aires, Dedebec, Ediciones Desclée, De Brouwer, 1947. In-8°, 623 p.

De hoc insigni et egregio opere mox fiet recensio.

148. — EUGENIUS A GUENGAT, O.F.M.CAP. *Buhez skeudennet Sant Fransez a Asiz, 1182-1226.* Rosko, Ar Vuhez Kristen, 1947. In-8°, 160 p.

Vita S. FRANCISCI ASSISIENSIS lingua Brittanniae Minoris descripta.

149. — GIUSEPPE BASTIANINI. *Das Lied der Armut des Bruders Franziskus.* Olten, Verlag Otto Walter, (1947). In-8°, 440 p.

A., Perusinus, ante bellum proxime elapsum nationis suae Italicae apud plures exteras nationes legatus, deinde, rebus publicis commutatis, exsul factus, fortunam adversam, spirituali cum S. FRANCISCO ASSISIENSI congressu et consuetudine consolatus atque firmatus, fortiter alacriterque tolerari posse expertus est. Itaque ut gratissimum suum in S. FRANCISCUM animum significaret, hanc novam eiusdem vitam italice conscripsit et, a P. ERWINO FREI A SILENEN, O.F.M.CAP., in sermonem germanicum conversam, typis nitide expressam, in publicam lucem edidit.

Inter recentiores S. FRANCISCI biographias haec nova descriptio particularem tenet locum. A. non librum mere scientificum compone-

re intendit ideoque omnem documentorum historicorum citationem et discussionem omisit, sed totum opus in sedula de S. FRANCISCO fontium aliorumque scriptorum perquisitionem niti ubique apparet. In introductione A. praenotat, quod quicumque temporis S. FRANCISCI hominum, rerum locorumque adiuncta cognoscere cupit, facta historica a rebus in legendis enarratis separare non debet, cum testimonia admirationis et amoris populi erga S. FRANCISCUM propriam habeant vim et auctoritatem non minorem quam facta fide historiae comprobata. His duobus elementis, scil. documentis historicis et testimoniis legendariis, A. tertium coniungit emolumentum quod personale appellare liceat, utpote ex propria A. indole poetica, insita Umbriae regionis gentisque Italicae ingenii cognitione, cultiore eruditione et insolita perspicacitate psychologica proveniens. Ita A. finem sibi propositum obtinet: etiamsi non omnes et singulae res descriptae ac nonnullorum casuum propositae interpretationes omnium obtineant consensum absolutum, tamen totum opus totum lectoris ad finem usque retinet studium, quia S. FRANCISCUS non solum ut proprii temporis, sed nostrae etiam aetatis correptor et reformator, auxiliator et consolator modo efficacissimo singularique arte proponitur.

A. de hoc pulchro gratitudinis suae in S. FRANCISCUM testimonio ex corde gratulantes, optamus, ut opus suum mox etiam in alias linguas convertatur eadem arte ac sermonis elegantia, qua interpres germanicus excelluit; cui id solum suadere nobis liceat, ut in futuris editionibus germanicis casus genitivus nominum propriorum, imprimis ipsius S. FRANCISCI, non cum, sed sine articulo *des* reddatur, quia locutio *des Franziskus*, quae in opere plurime occurrit, in auribus Germanorum habet sonum quendam alienum et minus dulcem et amicum quam illud *Franzens*, quod etiam ipse interpres aliquoties exhibet.

P. BONAVENTURA

150. — GIROLAMO DAL GAL, O.F.M.CONV. *S. Francesco d'Assisi*. Padova, Messaggero di S. Antonio, 1947. In-8°, XVI-412 p.

In introductione A. dicit primum se, inspirante S. FRANCISCO, scribere velle, deinde se testimoniis certis nitentem res gestas narrare, denique eiusdem viri sancti animam mentem pro vero depingere. Quoad secundum, suum scopum non tam evidenter attingit, et saepe historicas controversias temerarie solvit. Quoad tertium, dicere possumus iterum his in paginis Seraphicum Patrem vivere; hic sentiuntur et gaudium et abnegatio et caritas franciscana. P. JULIANUS EYMARD

151. — F.S. ATTAL, *S. Francesco d'Assisi*. Padova, Ed. Messaggero di S. Antonio, 1947. In-8°, 515 p.

Haec S. FRANCISCI vita iam an. 1930 edita fuit. In hac nova editione invenitur eadem pietas, idem stilus concitatus, ita ut iterum illam legentes eandem animi laetitiam et oblectationem capere possint. Omnia tamen non sunt perfecta et nimis multa sunt desideranda, quae corrigi et perfici facile potuerunt; cf. criticas annotationes in *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 393-395. P. JULIANUS EYMARD

152. — V.E. BRAVETTA. *Il Cantico del Sole di San Francesco d'Assisi.* (I Libri della Scoperta. Biografie di capolavori - 2). Roma, Anonima Veritas Editrice, 1947. In-8°, 143 p. cum multis tab.

Ad vulgi intelligentiam accommodatum, opus hoc narrat in primis quomodo S. FRANCISCUS sacra stigmata susceperit, iuventutem conversionemque eiusdem viri sancti commemorat, quomodo ad perfectionem paulatim ascenderit describit, denique Magni Regis praeconem depingit. Tunc A. *Canticum Solis* explanat, ostendens Seraphicum Patrem videre et solem et lunam, ventum et aquam, ignem et terram ut fratres qui eundem Deum Patrem canunt ac homines. Sequitur descriptio temporum in quibus hoc canticum compositum est, id est bellorum atque odiorum. Duae ultimae strophae de venia et de morte more poetico vividoque explicantur. Hoc opus magna cum delectatione legitur. Tantum nobis minus placet aliquoties et Card. HUGOLINUM et episcopum Assisiensem GUIDONEM et fratrem ELIAM, O.MIN., non satis bene depingi. Maior pars tabularum, quibus liber optime exornatus est, debetur celebri pictori BENOZZO GOZZOLI, qui an. 1450-1452 in ecclesia S. Francisci civitatis Montefalconis historiam S. FRANCISCI pluribus imaginibus pulchre illustravit.

P. JULIANUS EYMARD

153. — GIACOMO FIORI, O.F.M. *Il Santo dei Fioretti.* (Coll. « I Libri della Gioventù », 7), Firenze, A. Salani, 1948. In-16°, 178 p. cum ill.

Librorum pro parvulis scriptorum collectio in honorem illius, qui iuventutis flos vocatur, unum saltem opus typis mandare debebat. A. hoc pium opus perfecit, magna pietate, exquisita doctrina, et profunda iuventutis cognitione. P. JULIANUS EYMARD

154. — LUIGI ORSINI, O.F.M. *Vita di S. Francesco d'Assisi.* Con illustrazioni di MARINA BATTIGELLI. (Collana « Le vite dei grandi italiani narrate ai giovanetti d'Italia »). Firenze, Sansoni, (1947). In-8° mai., 69 p.

Hoc opus conscriptum est ut iuvenes Italici verae virtutis veri amatores fiant. Bellum omnia delevit, praesertim moralem conscientiam. Italiae patronus, S. FRANCISCUS, religiosos, pios, fortes iuvenes efficere et potest et debet. P. JULIANUS EYMARD

155. — R. BASTIAN, O.M.I. *Le petit Pauvre d'Assise.* Tournai, Casterman, 1947. In-8°, 100 p.

Hoc opus pro iuvenibus exploratoribus scriptum est. Iuventutis dux et exemplar S. FRANCISCUS ostenditur, ita ut accendatur cor amore Seraphici Patris, dum mens intellectusque illuminentur et viam percurrendam melius cognoscant. P. JULIANUS EYMARD

156. — LEO WOLPERT. *Der arme Reiche.* Würzburg, Echter-Verlag, 1947. In-8°, 126 p.

Haec nova descriptio vitae S. FRANCISCI, a librorum populariter scriptorum noto in Germania auctore composita, populo imprimis de-

stinatur. S. FRANCISCUS, summa paupertate factus dives, tamquam dux per nostrae aetatis aerumnas efficaciter proponitur. A. non librum scientificum, sed potius paraeneticum conscribere intendit, qui eadem scribendi ratione praestat qua ceteri A. libri gratiam populi sibi conciliaverunt.
P. BONAVENTURA

157. — ANTONIO M. DE BARCELONA, O.F.M.CAP. *Vida de Sant Francesc d'Assís.* Barcelona, Edit. Franciscana, 1947. In-8°, 277 p.

Haec est nova editio operis quod prima vice anno 1927 typis mandatum est. Non est scientificum opus, sed ad vulgus destinatum, in quo S. FRANCISCUS sub legentium oculos vere praesens subiicitur.
P. JULIANUS EYMARD

158. — J. PALÁU. *San Francisco de Asís.* Barcelona, Seix y Barral Hermanos, 1947. In-8°, 109 p.

Brevis S. FRANCISCI ASSISIENSIS biographia in sex capita divisa, in qua A. disserit de eius indole, zelo pro construendis ecclesiis, amore erga paupertatem, de societate ab eo condita, de vocatione ad missiones et de eiusdem beato transitu.
P. MELCHIOR

159. — MARIA DA LUZ ZOBRAL. *Florecillas de S. Francisco contadas a los niños.* Trad. del portugués por P. GUTIÉRREZ GILI. 2 ed. Barcelona, Luis Gili, s. a. In-8°, 88 p.

A pro parvulis narrat diversas a S. FRANCISCO res gestas, ut sermonem ad aves, perfectae laetitiae orationem, lupi a Gubbio conversionem, etc.
P. JULIANUS EYMARD

160. — EUSEBIUS ARUNDEL, O.F.M. *Stories about Saint Francis retold from 'The Little Flowers'.* Book Two: *The Little Brothers.* Book Three: *Marvellous Happenings.* Illustrated by ROBB BEEBE. Paterson, N.J., Saint Anthony Guild Press, 1948. In-8°, 80, 79 p. cum ill.

Mens A. in his opusculis est divulgare cognitionem et amorem S. FRANCISCI in pueros et puellas. Innixae in opella aurea *I Fioretti* hic narrantur historiunculae de vita Seraphici Patris et primorum eius sociorum. A. tractat ex. gr. de Fratre BERNARDO A QUINTAVALLE, de Fratre SILVESTRO, de Fratre ANGELO et latronibus; scripsit etiam de lupo Eugubino, de S. CLARA et de S. ANTONIO PATAVINO. Genus scribendi breve et clarum atque ad puerorum mentem accommodatum est.
P. CASSIANUS

161. — THEODORE MAYNARD. *Richest of the poor: the life of St. Francis of Assisi.* New York, Doubleday and Co., 1948. In-8°, 255 p.

162. — HAROLD GOAD. *Greyfriars. The story of St. Francis and his followers.* Illustrated by old engravings. London, John Westhouse, 1947. In-8°, 238 p.

Cf. criticam recensionem in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 297-299.

163. — C.C. MARTINDALE, S.J. *Heiligen trekken door de eeuwen. 15 hoofdstukken over de heiligheid.* Brussel, Sheed en Ward, 1947. In-8°, 141 p.

Inter has acroases per radiophonicas undas de pluribus sanctis enuntiatas una habetur secundum *Franciscana*, 1948, t. III, p. 26, de S. FRANCISCO ASSISIENSI, humili Christi pauperculo (p. 57-64), quam quidem videre non potuimus. P. BONAVENTURA

164. — WALTER NIGG. *Grote Heiligen.* Nederlandse vertaling van MARIANNE PHILIPPS. Amsterdam, Uitg. Ploegsma, 1948. In-8°, 367 p.

A., Novatorum in Daellikon (Helvetia) minister et in universitate Turicina privatim docens, in hoc opere, an. 1946 lingua germanica edito (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 32, n. 361), octo « Magnorum Sanctorum » naturam et vitam descripsit, nimirum septem catholicorum (S. FRANCISCI ASSISIENSIS, JOANNAE ARCENSIS, NICOLAI DE FLÜE, THERESIAE DE AVILA, JOANNIS DE CRUCE, FRANCISCI DE SALES, JOANNIS-BAPTISTAE VIANNEY, THERESIAE DE JESU INFANTE) necnon GERHARDI TERSTEEGEN, religionis Novatorum piissimi placidissimique sodalis (1697-1769). Imagines Sanctorum ab A. efficacissime expressae magnam lectorum catholicorum admirationem excitant, quia, etsi ab acatholico auctore depictae, singulariter respondent catholicorum de Sanctis sententiae et venerationi. Attamen non desunt errores, qui, pro toto opere, iam notati sunt a L. WAEBER in *Zeitschr. f. Schweiz. Kirchengesch.*, 1947, t. XLI, p. 170-173, pro parte autem quae praesertim ad S. FRANCISCUM attinet, a P. QUIRINO AB ALPHEN, O.F.M.CAP., in *Franc. Leven*, 1949, t. XXXII, p. 61-62. Itaque lectorem ad has recensiones delegamus. P. BONAVENTURA

165. — RENÉ FÜLÖP-MILLER. *Les Saints qui bouleversèrent le Monde: Antoine, Augustin, François, Ignace, Thérèse.* Traduit de l'anglais par LOUISE SERVICEN. Paris, Éditions Albin Michel, (1948). In-8°, 501 p.

166. — IDEM. *The saints that moved the world: Anthony, Augustine, Francis, Ignatius, and Therese of Avila.* Transl. by ALEXANDER GODE and ERIKA FÜLÖP-MILLER. New-York, Th. Y. Crowell Co., 1945. In-8°, VI-446 p.

167. — IDEM. *I Santi che mossero il mondo.* (Ex anglico sermone vertit L. PAPARELLA). Milano-Verona, A. Mondadori, 1947. In-8°, 441 p. et 23 ill.

A., pluribus libris antea editis, ex. gr. de Societate Jesu, de papatu, iam satis notus, e viginti quinque milibus Sanctorum quos Ecclesia honorat — ut ipse in introductione dicit — quinque praecipuos elegit, quibus sive renuntiatio (S. ANTONIUS MAGNUS), sive intelligentia (S. AUGUSTINUS), sive amor (S. FRANCISCUS ASSISIENSIS), sive voluntas (S. IGNATIUS DE LOYOLA), sive extasis (S. THERESIA DE AVILA) permiserunt ut imitationem Christi exsequerentur et duces essent in via perfectionis humanae. Contra omnigenam materialismum A., non catholicus, propugnat praestantiam et dignitatem spiritus humani cuius praestantissimos testes declarat sanctos Ecclesiae homines mulieresque. Quos in hoc opere describendos suscepit, vivis coloribus depingit et

praesertim psychologice, immo psychoanalytice, ut dicitur, explicare conatur. Huiusmodi descriptio, rationalismo obnoxia, veram Sanctorum indolem et naturam deformat. Etiam hoc opus, quod speciem expositionis scientificae praesefert — adiuncti sunt elenchus bibliographicus et index nominum et rerum —, non paucis erroribus theologicis, philosophicis, historicis vitiatur.

Pro indole huius *Bibliographiae Franciscanae* nonnulla particularia de descriptione vitae S. FRANCISCI dicemus, quae in editione gallica habetur a p. 175 ad p. 302, cum ceteras editiones videre non potuerimus. Si elenchus bibliographicus ab A. de S. FRANCISCO propositus inspicitur, facile intelligitur, cur haec descriptio non accuratior et perfectior evasit. Sic dicitur S. FRANCISCI mater in Gallia, ex nobili familia nata esse (p. 183), licet P. SABATIER dicat: « L'origine française de Pica ne se trouve appuyée, jusqu'ici du moins par aucun commencemet de preuve » (cf. *Études inédites sur Saint François*, p. 115, Paris, 1932). Non parvuli aequales eum FRANCISCUM vocaverunt (p. 183), sed ipse pater (cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1926, t. XIX, p. 471-529). Non dicit A. S. FRANCISCUM cuidam pauperi pecuniam dedisse, quia iste pecuniam petierat in nomine Domini (p. 187-188). THOMAS A CELANO tantum dicit (cf. *Vita I*, 3): « Pulchritudo agrorum, vinearum amoenitas, et quicquid visu pulchrum est, in nullo eum (FRANCISCUM) potuit delectari ». A. (p. 190-191) eidem viro sancto tribuit quandam visionem in qua universum mundum vidisset, erga Deum amore flagrantem. Spoleti S. FRANCISCO Dominus dicit non tantum, ut notat A. (p. 193): « Tu t'es mépris sur la vision d'Assise. Regagne ta ville natale, là ton devoir te sera signifié », sed, ut notant et THOMAS A CELANO (*Vita II*, 6) et S. BONAVENTURA (*Legenda maior*, I, 3), melius esse Dominum quam servum quaerere. Quando cum amicis cenavit, non dicit, ut contendit A., se paupertatem dominam eligere (p. 195), sed tantum, ut dicit THOMAS A CELANO (*Vita I*, 7): «Nobiliorem et pulchriorem sponsam quam umquam videritis ducam». Multos alios errores referre possim; hic ultimus sufficiens erit. Scribit A. (p. 294): « Chaque matin, Soeur Claire et les frères qui le soignaient pendant sa maladie, venaient le voir dans sa cabane »; quod de S. CLARA certo verum non est, cum ad eam unam tantum epistolam moriturus FRANCISCUS scripserit (cf. *Opuscula S. Francisci*, p. 76, Quaracchi, 1904, et illa eum tantum mortuum viderit (cf. THOMAS A CELANO, *Vita I*, 116).

Inter omnes errores praesertim notandum est A. Romanae Sanctae Sedis partem munusque in lucem non edere, sed haud paulisper minuere. In primis (p. 177-180) praecursores S. FRANCISCI sunt, non S. BERNARDUS, sed ELISABETH A SCHÖNAU, HILDEGARDIS A RUPERTSBERG et IOACHIM A FLORE; postea, INNOCENTIUS III omnipotens est terrae dominus qui ad firmandam potestatem suam spiritualibus viribus utitur et S. FRANCISCUM mandat (p. 231-238); idem Summus Pontifex moritur, ab omnibus derelictus sed a S. FRANCISCO ultima auxilia accipiens (p. 267-268); Cardinalis HUGOLINI et Fratris ELIAE pars in peius explicatur (p. 282-283, 285-288). His in omnibus, A. huius S. FRANCISCI sententiae semper oblitus est, scilicet: « Semper subditi ac subiecti pedibus eiusdem Summi Pontificis Romanae Ecclesiae ».

Quamvis his in omnibus et multis aliis erraverit, aliquoties tamen de S. FRANCISCO recte scripsit A.; sic quando cibum foedissimum

quem mendicavit, manducat S. FRANCISCUS (p. 207-208); quando agitur de auctoritate quam apud artifices S. FRANCISCUS habuit (p. 257-259), aut de institutione Tertii Ordinis (p. 265-267). Attamen monere oportet ut hic liber cautissime legatur. P. JULIANUS EYMARD

168. — VITO DA CLUSONE, O.F.M.CAP., *La « Forma mentis » di S. Francesco d'Assisi nel giudizio degli scrittori*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 286-298.

Hic agitur de K. MÜLLER Die (*Anfänge des Minoritenordens und der Bussbruderschaften*, Freiburg i.B., 1885), de H. THODE (*Franz von Assisi und die Anfänge der Kunst der Renaissance in Italien*, Berlin, 1885), de K. VON HASE (*Franz von Assisi*, Leipzig, 1856), de E. RENAN, *Nouvelles Études d'histoire religieuse*, Paris, 1884), de O. ZÖCKLER (articulus in *Realencycl. f. prot. Theol. u. Kirche*, t.VI, p.197-222). et de P. SABATIER (*La vie de S. François d'Assise*, Paris, 1931). A. reapse de uno P. SABATIER tractat; primum huius scriptoris operum historicus valor examinatur; eiusdem sententia deinde exponitur: S. FRANCISCUM adversus Ecclesiam belli clamorem excitavisse, quia haec in proprio gremio scientiam theologicam admisisset quae superbiae germen foveret. Ad haec A. respondet dicens, prima S. FRANCISCUM non scientiae inimicum et ecclesiasticae auctoritati semper subditum fuisse; immo illum eruditum fuisse probare vult A.: postquam THOMAE DE SPALATO, STEPHANI DE BOURBON, PHILIPPI MEDAE, MARIAE PIAE BORGHESI testimonia confutavit, hanc THOMAE DE CELANO sententiam commemorat (*Vita II*, ed. EDUARDUS D'ALENÇON, cap. LXXIII, p. 248, Roma, 1906): «Licet autem evangelista FRANCISCUS per materialia et rudia rudibus praedicaret, utpote plus opus esse virtute quam verbis, tamen inter spirituales magisque capaces vivifica et profunda parturiebat eloquia ». Commemorat etiam A. opiniones L. LE MONNIER (*Histoire de Saint François d'Assise*, t. II, p. 85, Paris, 1891), G. JÖRGENSEN (*San Francesco d'Assisi*, p. 8, Roma, 1909), G. SCHNÜRER, *Francesco d'Assisi*, p. 154, Firenze, 1907), F. TARDUCCI (*Vita di San Francesco d'Assisi*, p. 193, Roma, 1923). Quando Seraphicus Pater se ignorantem esse dicebat, hoc tantum dicere intendebat se, licet multa cognosceret, de his tamen non glorificare et veram suam gloriam alibi quaerere. Et ut suo articulo finem ponat, A. hanc S. FRANCISCI orationem memorat: « Salve Regina sapientia, Deus te servet cum tua sorore pura simplicitate ».
P. JULIANUS EYMARD

169. — G. ABATE, O.F.M.CONV., *Storia e leggenda intorno alla nascita di San Francesco d'Assisi*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 515-549.

A. opinionem C. SUYSKENS, S.J., bollandistae de S. FRANCISCI nativitate acutissime perpendit; iste S. FRANCISCUM in stabulo natum esse negat propter has rationes: 1°, de hac nativitate pauca habentur documenta: 2°, de hac nativitate BARTHOLOMAEUS DE PISIS tacet: 3°, Assisiensis domus inscriptio *Piccolino Francesco* non infantem, sed minorem FRANCISCUM significat et humilitatem, non nativitatem designat: qua inscriptione quasi omnes delusi sunt: 4°, parum verisimile est parturientem petere ut longe a domo sua auferatur ut parturiat: 5°, peregrini prophetia valde incerta videtur.

Ad primum A. respondet hoc modo: 1°, affertur haec THOMAE A CELANO sententia: « Haec loquens (FRANCISCUS), nativitatis suae humilia primordia recolebat » (*Vita I*, XIX, 53). 2°, Bruxellensis *Bibliothecae Regalis* manuscriptum quod J. VAN DEN GHEYN, S.J., invenit et quod probabilius XIV saeculo scriptum est, nativitatem in stabulo narrat. 3°, documenta ab A. in Assisiensi Archivo inventa asserunt, saec. XIII stabulum in oratorium commutatum esse.

BARTHOLOMAEI DE PISIS, O.MIN., silentium sic explicatur: Primo, BARTHOLOMAEUS DE PISIS hanc nativitatem ignorare potuit, cum ista minimi momenti sit, cum ipse Assisii non vixisset et tantum XIV saeculo scripsisset. Deinde, si eam novisset, eam non necessario narrasset, quia non omnia narrare intendebat. Denique, etiam si eam novisset eamque abscondere voluisset, hoc tamen non probaret eam non historicam esse, quia ordo quem ipse sequebatur, hoc silentium postulabat.

Domus Assisiensis inscriptio *Piccolino Francesco* est sine valore historico. E contra, omnes inscriptiones quae in decursu saeculorum huic domui datae sunt, S. FRANCISCI infantiam designant.

Verisimile est S. FRANCISCI matrem ut in stabulo parturiret petiisse, si haec considerantur: 1°, stabulum in ipsa domo fuisse; 2°, piissimam matrem, cum multum patiretur, B.M. Virgini similem esse voluisse; 3°, matris nomen esse Joannam, cum id asserant diversa manuscripta; Picam esse tantum cognomen quod hoc miro parturientis desiderio explicaretur.

Denique de peregrino documenta antiqua tacent; loquuntur tantum de parturientis desiderio.

His argumentis, quae multis documentis nituntur, A. C. SUYSKENS, S.J., sententiam confutari opinatur. P. JULIANUS EYMARD

170. — HERMANN HESSE, *Dall' infanzia di S. Francesco d'Assisi*, in *Ecclesia* (Roma), 1948, t. VII, p. 264-266.

Ex celebris scriptoris, an. 1946 praemio *Nobel* insigniti, opere *Fabulierbuch* (Berlin, 1938), RUDOLPHUS PAOLI in italicum sermonem convertit hoc fragmentum, quo S. FRANCISCI pueri desiderium dignitatis equestris describitur minus ad fidem historiae quam ad mentem poetae fabulantis. P. BONAVENTURA

171. — A. MASSERON, *L'enfance et la jeunesse de saint François*, in *Amis S. Franç.*, 1946-1947, n. 41, p. 4-8; 1947, n. 45, p. 1-5.

A. notat nos pauca de S. FRANCISCI iuventute cognoscere; THOMAS DE CELANO qui multa documenta nobis afferre potuisset, tantum nobis iuvenem peccatorem Assisiensem depinxit, quin ostenderet iuvenis virtutes qui sanctum iam annuntiassent. A., etsi nullam certitudinem hac in materia haberi posse sciat, quaerit tamen quae personae eidem prodesse potuerint. Invenit 1) eius matrem, 2) eius patrem qui, cum esset mercator itinerans, in suis itineribus aetatis splendores cognoscere debuit et sic filium suum ad animi magnitudinem invitare potuit, 3) ALEXANDRUM FULGINATENSEM sacerdotem, qui in schola apud S. Georgium illum instituit. Non subito, sed paulatim hae auctoritates felicem vim habuerunt et iuvenem praedestinatum ad sanctitatem, adiuvante gratia, duxerunt. P. JULIANUS EYMARD

172. — Franz L. Schleyer. *Die Stigmatisation mit den Blutmalen*. Hannover, Schmorl & von Seefeld Nachf., 1948. In-8°, 154 p.

Notitiam de hoc opere sumpsimus ex *Franc. Leven*, 1949, t. XXXII, p. 158-159, ubi dicitur A. tractavisse de stigmatizatione ex persona medici. In prima parte A. singularum personarum, quas stigmatibus insignitas esse historia refert, fusiorem elenchum composuit, in altera parte stigmatizationis ceterorumque huiusmodi casuum notae conspiciuntur et disseruntur, denique in tertia parte exponitur, quidnam secundum sententias a medicis et theologis hucusque propositas de hac re tenendum sit. Miramur cum censore *loc. cit.*, quod S. Franciscus Assisiensis penitus omittitur ab A. qui excusat defectum commentariorum, cum descriptio a S. Bonaventura proposita sat amplam praebuerit materiam. P. Bonaventura

173. — G.E. Mohan, O.F.M., *Petrus Thomae on the Stigmata of St. Francis*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 285-294.

Tria tantum Quodlibeta mediaevalia de S. Francisci sacris stigmatibus tractant: R. Marston, O.Min., Anonymi Fratris Minoris textus, Petrus Thomae, O.Min. (cf. P. Glorieux, *La littérature quodlibétique*, t. II, p. 229, 269, 295, Paris, 1935). Duo prima ab E. Longpré, O.F.M., edita sunt (*Fr. Rogerii Marston et anonymi Doctoris O.F.M. quaestiones ineditae de Sacris S. Francisci stigmatibus*, in *Antonianum*, 1932, t. VII, p. 239-244; cf. *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 657). Tertium ineditum remanebat. A., post brevem introductionem in qua huius quodlibeti compendium exhibet et suae methodi rationem explanat, illud edit. Hoc quodlibetum Vindobonae, *Staatsbibl.*, *cod. lat. 1494*, f. 102r-103v, invenitur (cf. Martí de Barcelona, O.F.M.Cap., *Fra Pere Tomàs (XIV), Doctor strenuus et invincibilis*, in *Est. Franc.*, 1927, t. XXXIX, p. 100). Qui textus in tres partes dividitur: I. *Declarationes* in quibus de imaginationis vi et virtute doctrina S. Augustini, Averrois et Sacrarum Scripturarum assertiones explanantur. - II. *Conclusiones* quibus probatur sacra stigmata sola imaginatione fieri non posse. - III. *Obiectiones* quae ex Avicenna praesertim desumuntur, exponuntur et refelluntur. Liceat mihi dicere has obiectiones saec. XIV apud P. Pomponatium inveniri (cf. P. Pomponazzi, *Les enchantements*, trad. H. Busson, p. 146, 149. Paris, 1930).

P. Julianus Eymard

174. — *Le stigmatisé de l'Alverne*, in *Rev. Sac. T. O.*, 1947, t. XVIII, p. 131-135.

Pia meditatio de similitudine quae intercedit inter sacrosancta stigmata Jesu Christi et stigmata S. Francisci, quae ambo sunt signa amoris divini, argumenta firmioris fidei, causae gaudii divini.

P. Julianus Eymard

175. — Q[uirinus van Alphen], O.F.M.Cap., *Een bekoring van de H. Vader Franciscus*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 69-71.

Brevis nota editur de modo, quo tentationem S. Patris Francisci, in *II Celano, cap. V, n. 9*, descriptam, ex arbitrio interpretatus est

SALOMON REINACH in suo articulo *La bossue d'Assise et la conversion de Saint François*, in *Rev. historique*, 1920, t. XLV, p. 193-211.

P. BONAVENTURA

176. — SISTER CLARE, T.O.S.F., *The friendship of St. Francis and St. Clare*, in *Franc. Annals*, 1947, t. XLIX, p. 293-294.

A. amicitiam quam S. FRANCISCUS cum S. CLARA gerebat, commemorat, volens apud tertiarios mutuam et franciscanam amicitiam renovare. Ad hunc scopum, paginam refert a G.K. CHESTERTON scriptam, in qua anglicus auctor dicit hanc amicitiam mysterium esse super caritatem tantum conditum, et significationem suam praesertim habuisse, cum Seraphicus Pater et pia eius in Christo filia simul cibum sumerent ita ut animae in caelo raptim evaderent.

P. JULIANUS EYMARD

177. — L. DI STOLFI, O.F.M. *San Francesco d'Assisi e Roma.* (Quaderni di Roma Cristiana, II). Roma, Istituto di Studi Romani, 1947. In-8°, 27 p.

Hoc in opusculo A. varias describit relationes quibus S. FRANCISCUS et Roma spiritu et factis connectuntur. P. JULIANUS EYMARD

178. — L. HUETTER, *San Francesco e i molinari romani*, in *Oss. Rom.*, 1947, 3 ottobre, p. 2.

Depingitur capella quam Romani in honorem S. FRANCISCI condiderunt (1595). P. JULIANUS EYMARD

179. — *L' incontro d' El-Mansurah*, in *Oss. Rom.*, 1947, 4 maggio, p. 3.

Narratur quomodo S. FRANCISCUS obviam Soldano ierit, ut mahumetani a se converterentur. Explanatur quare Soldanus S. FRANCISCUM bene receperit et quare tamen S. FRANCISCUS apud eundem nihil profecerit. Ostenditur Seraphici Patris iter a fratre ELIA et a fratre CAESARIO praeparatum esse, eundem sanctum adfuisse, cum Damiette locus Fratribus Minoribus assignaretur, et denique determinantur tempus et locus quo S. FRANCISCUS et EL-KAMEL se viderunt, id est inter 5 novembris et 31 decembris an. 1218 in loco vulgariter dicto El-Mansurah. P. JULIANUS EYMARD

180. — P. LEPROHON, *San Francesco del deserto*, in *Amis S. Franç.*, 1948, n. 50, p. 7-10.

A. describit insulam « del deserto » dictam ubi prope Venetias S. FRANCISCUS ex Palaestina rediens aliquos menses permansit. Hac occasione, eiusdem in hoc loco vita ab A. depingitur.

P. JULIANUS EYMARD

181. — GIOVANNI ODOARDI, O.F.M.CONV., *Il convento delle Celle*, in *Ecclesia* (Roma), 1947, t. VI, p. 532-537.

Conventus O.F.M.Cap. « delle Celle » prope Cortonam, ubi S. FRANCISCUS an. 1211, 1215 et 1226 morabatur, breviter describitur et pulchris imaginibus optime illustratur. P. BONAVENTURA

182. — M.C. MATURA, O.F.M., *Saint François et l'Ordre bénédictin*, in *Studium*, 1947, t. II, p. 171-175.

De relationibus S. FRANCISCI cum Ordine S. Benedicti hoc A. notat: 1) Paulo post suam conversionem Seraphicus Pater in Monasterio S. Verecundi, prope Eugubium, recipitur. 2) Monasterii benedictini in Monte Subasio Pater Abbas S. FRANCISCO Portiunculam locavit. 3) Monasterii S. Ioannis, Perusiae, Pater Abbas orationem S. FRANCISCI efficacem esse sensit. 4) Romae, S. FRANCISCUS maximum auxilium apud Cardinalem IOANNEM A S. PAULO invenit, qui benedictinus antea fuerat. J. JULIANUS EYMARD

183. — ELMAR WAGNER, O.F.M., *Charisma und Recht*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 9-14.

Tragicum illud discrimen interpositum inter simplicem S. FRANCISCI voluntatem sanctum Jesu Christi Evangelium simpliciter observandi et necessitatem iuris normis formulisque temperandi crescentem in dies communitatem suorum sequacium, pugna igitur inter «charisma et ius», ab A. docte et concise delineatur et, reiectis sententiis de hoc discrimine ab A. HARNACK et P. SABATIER propositis, exitus huic pugnae ab Ecclesiae auctoritate datus ut unica via ad institutum S. FRANCISCI per temporum vicissitudines conservandum demonstratur.
P. BONAVENTURA

184. — VALENTINUS MOREL [VAN WESTENDE], O.F.M.CAP., *Franciscus van Assisi, een religieus genie*, in *Streven*, 1945, t. XII, p. 65-77.

185. — Q[UIRINUS VAN ALPHEN], O.F.M.CAP., *De Schrijver Franciscus*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 22-24.

Opuscula S. FRANCISCI ASSISIENSIS neerlandice a P. ENGELBERTO A DELFT, O.F.M.CAP., et gallice a P. BAYART edita (cf. *Coll. Franc.*, 1945, t. XV, p. 227, et *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 25) critice recensentur. P. BONAVENTURA

186. — VITTORE BRANCA, *Il Cantico di Frate Sole*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 3-87.

In initio huius dissertationis manuscriptorum, in quibus *Canticum Solis* continetur, elenchus datur; de unoquoque manuscripto copiosa bibliographia inseritur.

Postea de eodem *Cantico* traditio evolvitur; in primis reiciuntur, utpote nimis recentes, *Liber Conformitatis*, *Franceschina*, *Legenda Trium Sociorum*. Cetera documenta in tres classes dividuntur: 1) Illa quae *Canticum* cum aliis scriptis aut orationibus S. FRANCISCI continent: 2) *Legenda Perusina* quae primum versiculum et strophas de venia et de morte transmittit: 3) *Speculum perfectionis* in diversis et multis documentis. Et sic quaestio ponitur: Haec documenta si exeunte saec. XIII scripta sunt, id est quinquaginta circiter annis post Se-

raphici Patris mortem, quis eorum valorem historicum confirmare potest? A. respondit: 1) Quando anno 1246 CRESCENTIUS A IESI omnia de S. FRANCISCO documenta inquiri iussit, tum multa reperta sunt, quibus neque THOMAS A CELANO, neque S. BONAVENTURA usi sunt et qui thesaurum franciscanum componebant. 2) Ipse THOMAS A CELANO huic *Cantico* pluries alludit (*I Vita*, XXIX, 80; cf. *ibid.*, 58, 109, 115; *II Vita*, 213, 217). 3) Idem dici potest de S. BONAVENTURA (*Legenda maior*, VIII, 6; IX, 1; XIV, 2). 4) Unde non mirum est, *Cantici* textum diligentissime servatum esse, quod confirmat diversarum versionum collatio. Quae collatio concludere permittit: *Cantici Solis* textus in *Legendam Perusinam* et in *Speculum perfectionis* a veteribus documentis transiisse, quorum praecipuum exemplar est *cod. Assisiensis 338.*

Quaeritur ergo nunc nota qua genuinum *Cantici* textum stabilire poterimus. A. primum relationes, quae inter documenta *Opusculorum* adsunt, examinat et concludit inter ipsa nullam certam relationem exsistere posse. Postea relationes, quae inter manuscripta *Speculorum perfectionis* adsunt, indagat et concludit istorum manuscriptorum textum ab *Opusculis* procedere et probabilius e *cod. Assisiensi 338.* Ad firmandam hanc conclusionem, versicula de morte et de venia singillatim in diversis documentis perpenduntur; sed e contra diversi fontes independentes inveniuntur. Unde sequitur: 1) Quando agitur de primis versiculis, textus stabiliri debet conferendo inter se diversa opuscula, praesertim iuxta *cod. Assisiensem 338.* 2) Quando agitur de versiculis de venia et de morte, textus stabiliri debet conferendo ex una parte *Opuscula*, ex altera *Testimonia Antiqua*, ut *Legenda Perusina.* 3) Quando agitur de ultimis versiculis, eadem servanda est regula ac de primis.

Deinde A. quaerit, quis fuerit huius *Cantici* verborum numerus. Diversorum manuscriptorum textus, tum illorum quae ab *Opusculis* pendent, tum ab illis quae pendent a *Testimoniis Antiquis* examinantur. Ex utraque parte concluditur psalmorum modo *Canticum* compositum ac cantatum esse. P. JULIANUS EYMARD

187. — AGNELLUS ASWERUS, O.F.M. *Bete mit Bruder Franz! Die Gebete des hl. Franziskus von Assisi. Für die Gemeinschaft gestaltet.* Hagen i.W., Westfälische Verlagsanstalt Thiebes & Co., (1948). In-12°, 126 p.

In prima parte huius libelli quindecim preces et hymni S. FRANCISCI, in secunda parte eiusdem quindecim psalmi, et in tertia parte novem exhibentur devotiones franciscanae in communitate recitandae, quae omnes imprimis id spectant, ut ii qui eisdem utuntur non solum orationi incumbant supplicationis, sed iuxta mentem et exemplum S. FRANCISCI Deo praesertim adorationes, laudes gratiarumque actiones adhibeant. P. BONAVENTURA

188. — MOÏSE [DE CETON, O.F.M.CAP.], *L'Ave Maria de Saint François*, in *Prop. Trois Ave*, 1947, t. XLVI, p. 118-121, 149-151, 167-169.

Orationem quam in honorem B. Mariae Virginis S. FRANCISCUS composuit A. commemorat, et quomodo Salutationi Evangelicae concordet, ostendit. P. JULIANUS EYMARD

189. — *Die grossen Ordensregeln.* Unter Mitarbeit von LAURENTIUS CASUTT, FRANZ FAESSLER, WINFRIED HÜMPFNER, LEODEGAR HUNKELER, MARIO SCHOENENBERGER, ROBERT STALDER und ADOLAR ZUMKELLER herausgegeben von HANS-URS VON BALTHASAR. (Menschen der Kirche in Zeugnis und Urkunde. Bd. VIII). Einsiedeln-Zürich-Köln, Verlagsanstalt Benziger & Co. AG., 1948. In-8°, 350 p.

Ut essentia vitae regularis in genere et peculiaris principaliorum institutorum religiosorum indoles planius intelligatur nostra praesertim aetate, quae huic formae vitae christianae minus favere videtur, Editor eiusque socii in hoc opere, arte typographica pulcherrime edito, principaliorum religionum regulas, in linguam germanicam conversas, proponere studuerunt. In introductione ipse Editor intimam vim et naturam status religiosi in genere describit eiusque momentum in vita Ecclesiae Christi nervose inculcat (p. 7-26). Idem deinde S. BASILII MAGNI *Regulas fusius tractatas* proponit, quas praemissa brevi introductione, non integras, sed contractas, in meliorem ordinem redactas, selectis capitibus *Regularum breviorum* illustratas, iuxta VALENTINI GRÖNE interpretationem germanicam recognitam edit (p. 27-98). Sequuntur *Regulae* S. AUGUSTINI, quas P. WINFRIDUS HÜMPFNER, O.E.S.A., in sermonem germanicum convertit, cum introductione eiusdem de historia *Regulae* S. AUGUSTINI, et P. ADOLARII ZUMKELLER, O.E.S.A., de eiusdem *Regulae* spiritu et indole (p. 99-133). S. BENEDICTI *Regulam*, praefato D. LEODEGARIO HUNKELER, O.S.B., convertit et edidit D. FRANCISCUS FAESSLER, O.S.B. (p. 135-216). P. LAURENTIUS CASUTT [A FALERA], O.F.M.CAP., secundam et tertiam *Regulam* (1221, 1223) Primi Ordinis S. FRANCISCI ASSISIENSIS interpretatus est (p. 217-266). Denique eduntur *Formula Instituti* S. IGNATII DE LOYOLA eiusque *Constitutiones* et principaliores *Declarationes*, quas MARIUS SCHOENENBERGER, S.I., et ROBERTUS STALDER, S.I., brevi introductione de earundem historia et indole praemissa, ex forma hispanica ultima a S. IGNATIO relicta in sermonem germanicum primi converterunt (p. 267-350).

Haec collectio Regularum principaliorum institutorum religiosorum sine dubio ad statum religiosum eiusque formas principales melius faciliusque intelligendum atque etiam propagandum, saltem in regionibus linguam germanicam callentibus, multum confert. In bibliothecis eorum, qui historiae Ecclesiae et imprimis Ordinum religiosorum eorumque spiritualitatis docendae vel discendae incumbunt, hoc opus utilissimum deesse non debet. Nihilominus hac editione germanica quinque regularum principaliorum non supprimitur, sed potius augetur desiderium, ut similis Regularum collectio critice edatur in qua textus originales Regularum vel Constitutionum non solum istarum quinque primariarum religionum, sed saltem etiam maiorum in istis quinque regulis nitentium institutorum, ut Cisterciensium, Carthusianorum, Trappistarum, Praemonstratensium, Crucigerorum, Praedicatorum, Carmelitarum, Servorum Mariae, Fatrum hospitalitatis, Redemptoristarum etc., comprehendantur.

Ut. pro indole huius *Bibliographiae Franciscanae*, ad editionem *Regularum S. Francisci* respiciamus, ipse interpres asserit se textum originalem fidelius secutum esse quam ultimus interpres germanicus P. O. BONMANN, O.F.M., in *Die Schriften des hl. Franziskus von Assisi* (Freiburg i.Br., 1940; cf. *Collect. Franc.*, 1941, t. XI, p. 267-268), quod. accurato examine servato, confirmare possumus. Interpretatio

germanica tertiae *Regulae* a P. LAURENTIO proposita in minoribus differt etiam a versione an. 1928 pro provinciis linguae germanicae O. F.M.Cap. edita, quia verbis ac litteris textus originalis magis inhaeret, ita tamen, ut fusum locutionis germanicae genus non adfligatur. Liceat autem nobis opinionem proferre, quod *Regula* maiore adhuc observantia textus latini converti possit, sermonis germanici elegantia nullatenus deminuta. Adnotamus interpretem nomen S. FRANCISCI semper reddidisse forma latina *Franciscus*, dum nomina derivata, ut *Franziskaner*, *franziskanisch*, scripserit ratione germanica; propter haec melior nobis videtur esse forma germanica *Franziskus*.

In introductione interpres breviter tractat de origine singularum *Regularum*, praecipua earundem capita adumbrat propriamque vitae franciscanae indolem et spiritum describit. Conferendo *Regulam* an. 1221 cum *Regula bullata* an. 1223, A. aperte et sollerter explicat, quanam ratione haec ab illa differat, quaenam consilia et proposita, Seraphico Patriarchae admodum cara, in *Regula* an. 1221 descripta, in *Regula bullata* non amplius appareant, quomodo *vita Fratrum Minorum*, in utraque *Regula* adumbrata, nitatur et perficiatur vita et forma ipsius S. FRANCISCI. Gratum certe opus fecit interpres, quod praeter *Regulam bullatam* etiam praecedentem convertit, ut illa melius intelligatur et propria Seraphici Istitutoris mens facilius ac perfectius comprehendatur praesertim ab illis, qui extra ordines religiosos viventes, singulorum ordinum proprium spiritum et indolem cognoscere velint. P. BONAVENTURA

190. — *Le Regole dei grandi Ordini*, in *Oss. Rom.*, 1948, 20 agosto, p. 3.

Agitur de opere *Die grossen Ordensregeln*, de quo *supra*, n. 189.

191. — ARMANDO QUAGLIA, O.F.M. *Origine e sviluppo della Regola Francescana*. Napoli, Monastero S. Chiara, 1948. In-8°, VIII-155 p.

Hoc opus fusius examinabitur in proximo fasciculi nostri commentarii periodici *Collect. Franc.*, 1950, t. XX.

192. — D. SCARAMUZZI, O.F.M., *Un nuovo contributo all'origine e lo sviluppo della Regola francescana*, in *Oss. Rom.*, 1948, 15-16 novembre, p. 2.

Agitur de libro quem A. QUAGLIA, O.F.M., de Regula franciscana scripsit. Theoriae in hoc libro expositae obiicitur auctoritas THOMAE DE CELANO, S. BONAVENTURAE, et praesertim HONORII III. Improbatur methodus huius operis quod non satis documentis et rebus gestis nititur. P. JULIANUS EYMARD

193. — *Rule and Testament of the Seraphic Father St. Francis and Constitutions of the Capuchin Friars Minor of St. Francis. Translated from the Original Latin*. Detroit, Prov. of St. Joseph of the Capuchin Order, (1945). In-8°, 90 p.

194. — LEONARDO ANASTASI, O.F.M. *Catechismo della Regola Francescana*. Esposizione dottrinale ed insegnamenti spirituali del Se-

rafico Padre. S. Maria degli Angeli, Tipografia Porziuncola, 1947. In-16°, 304 p.

195. — ISIDORUS TRIENEKENS, O.F.M. *Expositio canonico-moralis Regulae Fratrum Minorum seu eiusdem vota et praecepta breviter exposita*. Editio quarta recognita. Mechliniae, Typographia S. Francisci, 1948. In-12°, VI-248 p.

Expositio haec brevitate perspicuitateque eminet. In prima parte de votis in genere et de singulis votis in specie tractat. In altera parte agitur de Regulae praeceptis. Additur de Syndico Apostolico appendix. Index alphabeticus legentem adiuvat. P. JULIANUS EYMARD

196. — A. IGLESIAS, O.F.M. *Liber vitae seu regulae S. Francisci expositio*, auctore P. KILIANO KAZENBERGER, O.F.M. Romae, Pontificium Athenaeum Antonianum, 1948. In-8°, 286 p.

Haec est nova editio operis quod prima vice anno 1926 typis mandatum est (cf. *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 406).

197. — AGOSTINO GEMELLI, O.F.M. *Il Francescanesimo*. Sesta edizione riveduta e aumentata. Milano, Soc. Ed. « Vita e Pensiero », 1947. In-8°, XXIII-547 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 105-108; 1936, t. VI, p. 159; 1941, t. XI, p. 496-499, 675.

198. — HILARINO FELDER, O.F.M.CAP. *Los Ideales de San Francisco de Asís*. (Colección Thau). Buenos Aires, Dedebec - Ediciones Desclée, De Brouwer, (1948). In-8°, 454 p.

198[a]. — HILARIN FELDER, O.F.M.CAP. *Idéaly Sv. Františka Serafínského*. Tretí vydání. Praha, Kapucínsky sekretariát Tretího rádu sv. Františka, 1948. In-8°, 375 p.

Clarissimi A. opus celebre de perfectissima cogitandi agendique ratione quam S. FRANCISCUS ASSISIENSIS sibi proposuit totisque viribus exsecutus est, Seraphici Patriarchae sectatoribus amicisque novis editionibus novam utilitatem adferre pergit. Ad varias editiones antea in hoc periodico commentario recensitas (cf. *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 402-403; 1937, t. VII, p. 72-73; *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 31, n. 341, ubi pro anno 1946 legi debet 1944) an. 1948 accesserunt editiones novae hispanica et bohemica. Dum lectorem circa operis substantiam ad recensiones modo citatas remittimus, cum omnes in varias linguas hucusque curatae editiones omnino cum prima editione germanica an. 1923 conveniant, liceat cum censore quartae editionis germanicae (cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 73) optare ut in editionibus futuris incrementa, quae varii studiosi de S. FRANCISCO scientifico labore ultimis tribus decenniis attulerunt, saltem pro parte bibliographica magis respiciantur.

Quod ad novam editionem hispanicam attinet, textus omnino respondet versioni hispanicae quam P. POLYCARPUS AB ARÁIZOZ, O.F.M.CAP., an. 1926 Pampelonae duobus voluminibus edidit, quaeque fidelissime sequitur secundam editionem germanicam. In introductio-

ne, pro vetere in linguam Castiliae versione scriptorum S. FRANCISCI eiusque biographorum adducitur nova translatio, a PP. J.R. DE LEGÍSIMA, O.F.M., et L. GÓMEZ CANEDO, O.F.M., an. 1944 edita, quae tamen postea praetermittitur. Quod ad vestem typographicam attinet, haec nova editio hispanica inter varias in diversis linguis editionibus primum locum tenet, cum n optima charta typis nitidissimis summa cum diligentia expressa sit.

Novam editionem bohemicam eiusdem operis typis praeparavit P. GAUDENTIUS KAŠÍK A ZHOR, O.F.M.CAP. Haec editio a prima bohemica, an. 1926 Olomutii edita, aliquantum differt. Novus enim editor textum bohemum revidit et notas de fontibus, ab auctore operi praemissas, necnon adnotationes, antea singulis paginis subiunctas, omnes in finem libri relegavit. Sicut in prima editione, etiam in hac nova indices rerum et personarum omittuntur. Itaque utilitas libri aucta non est. Eminet tamen etiam haec editio pulcherrima veste typographica. P. BONAVENTURA

199. — HILARIN FELDER [OF LUCERNE], O.F.M.CAP. *The Knight-Errant of Assisi*. Translated by BERCHMANS BITTLE [OF MIWAUKEE], O.F.M.CAP. Milwaukee, The Bruce Publishing Company, 1948. In-8°, XII-152 pp.

Ex.mus A., cuius nomen longe lateque inter franciscanarum rerum studiosos est diffusum, hoc egregium opus de S. FRANCISCO iam decem abhinc annis germanico idiomate sub titulo *Der Christusritter aus Assisi* (Paderborn, F. Schöningh, 1940) typis mandavit. Hic agitur tantum de versione anglica quia pro recensione editionis originalis remittimus lectores ad *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 557-559.

Interpres, qui etiam aliud eiusdem A. opus inscriptum *The Ideals of Saint Francis* (New York, 1925) in linguam anglicam reddiderat, pensum suum bene absolvit. Ut titulus indicat, liber de S. FRANCISCO equite Christi tractat, et interpres voces aptissimas de equitatu lingua anglica adhibet ad sensum atque spiritum originalis editionis nobis tradendum. Hoc volumen sane est pretiosum literaturae franciscanae augmentum, et ab omnibus qui vitam S. FRANCISCI profundius cognoscere et penetrare desiderant legi debet. Quapropter libri laudes libenter praedicamus et vota A. atque interpretis nostra etiam facimus, ut per diffusa huius operis exemplaria quamplures, post vestigia Seraphici Patris hic descripta, ad ardentiorem amorem et famulatum Christo praestandum incitentur et inducantur. P. CASSIANUS

200. — FIDENTIUS VAN DEN BORNE, O.F.M., *Het Methodisch onderzoek naar de geest van Franciscus. Naar aanleiding van een recente studie*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 73-85.

Recens illa dissertatio, ex qua A. causam sumpsit disserendi de spiritu S. FRANCISCI methodice inquirendo, est opusculum P. OPTATI A VEGHEL, O.F.M.CAP., inscriptum *De Geest van Franciscus. Proeve van synthese.* (Gekruiste Handen. Reeks tot verspreiding en verdieping van de Franciscaansche vroomheid. N. 4, Roermond-Maaseik, J.J. Romen - Zonen, 1946. In-12°, 80 p.). P. OPTATUS, cum variae opiniones a MARIANO MÜLLER, O.F.M., LEONE VEUTHEY, O.F.M.CONV., V.M. BRETON, O.F.M., circa singularem et propriam formam spiri-

tualitatis S. FRANCISCI propositae sibi placere non potuissent, quia nimis effigie, posteriorum scriptorum animis et cogitationibus concepta, inniterentur, singularem summae perfectionis S. FRANCISCI speciem adumbrare conatus est potissimum e primariis et antiquissimis fontibus, imprimis e scriptis ipsius Seraphici Patriarchae. Hoc P. OPTATI propositum A. satis laudat, quia dissertatio revera ostenderet auctorem in scriptis S. FRANCISCI plurimum volutatum et singulas difficillimae quaestionis partes cautissime pertractantem. Nihilominus, quod methodum disquisitionis attinet, A. a P. OPTATO aliquantum dissentit. Postulat enim primo, ut singulorum fontium auctoritas accuratius perpendatur, secundo ut singularum rerum in fontibus enarratarum veritas quam exactissime determinetur, tertio ut circa rem summam minus *omnes* quam potius *fundamentales* fontes i.e., iuxta sententiam M. BEAUFRETON, scripta S. FRANCISCI et THOMAE DE CELANO, velut fundamentum disquisitionis adhibeantur. A. asserit P. OPTATUM his postulatis non satis respondisse.

Quod ad synthesim spiritualitatis S. FRANCISCI attinet, P. OPTATUS summae perfectionis imaginem animo et cogitatione S. FRANCISCI conceptam his verbis ocmposuit: « Intime Deum et praesertim Deum-Hominem, Christum pauperem crucifixum, utpote omnia sua experiendo, S. FRANCISCUS adducitur: ut Deum et potissimum Christum laetus cernat ac reperiat ubique et in omnibus: in rerum natura, in S. Evangelio, in hominibus, imprimis in pauperibus et laborantibus, in sacerdotibus et in Maria; ut particulariter respiciat res supranaturales, gratiam, orationem vitamque contemplativam, caritatem, sacrificium, passionem, paupertatem, humilitatem et mortificationem, dum pro rata parte parvum locum exiguumque momentum tribuat naturae, corpori, studiis litterarum et praedicationis exercitio ». Haec summaria spiritus S. FRANCISCI descriptio A. non ex omni parte placet, cum ex parte discreparet cum eis quae in aliis locis dissertationis dicta essent, praesertim vero cum duo elementa admodum constructiva praetermissa essent, quae animum cogitationemque S. FRANCISCI formavissent, scilicet indoles eius equestris et ingenium poëticum.

Quae P. OPTATUS de summae perfectionis imagine, in ipso Ordine franciscali postea plus minus tradita et in effectum perducta, breviter dixit, iuxta A. aliquomodo sententiam sapiunt propositam a P. SABATIER, qua S. FRANCISCUS velut actor in tragoedia cum ministris provincialibus pugnans atque succumbens depingitur. Ab hac sententia recedere omnino oportet iuxta A., cum Ecclesia propositum S. FRANCISCI nequaquam in viam non exoptatam avertisset, sed potius illud conservasset. Hanc veritatem, recentioribus studiis satis confirmatam, efficaciter ad ultimas consequentias deducendam esse; ita demum vitae S. FRANCISCI descriptionem omni ex parte respondere ipsis rebus factisque historiae obiectivae.

Critica haec discussio dissertationis P. OPTATI, cui A. inter libros neerlandicos de S. FRANCISCO, magna ex parte ex aliis linguis conversos, propter proprium auctoris studium recte singularem tribuit locum, ad solvendam quaestionem de spiritu S. FRANCISCI gratum constituit incrementum.

P. BONAVENTURA

201. — P. EMMERICH [VAN IZEGEM], O.F.M.CAP., *De Geest van Franciscus*, in *Priesterblad*, 1946-1947, t. XXVIII, p. 271-274.

A. adnotationes criticas proponit circa opusculum P. OPTATI A VEGHEL, O.F.M.CAP., de quo iam *supra*, n. 200 actum est. Primo A. circa fontes in hoc opusculo adhibitis animadvertit, quod primi S. FRANCISCI biographi, imprimis S. BONAVENTURA, nimis neglecti nec gradus auctoritatis singulorum fontium satis aestimati essent. Deinde iudicat sententiam P. OPTATI, iuxta quam summa totius cogitationis et vitae Seraphici Patris contineretur in imitatione quam perfectssima pauperis et humilis Christi crucifixi, non satis rationem habere imitationis habitus interioris Christi erga Deum-Patrem summaeque S. FRANCISCI cogitationis studiique circa Deum-Trinum et praesertim Deum-Patrem, quod rectissime iam P. MARIANUS MÜLLER, O.F.M., inculcavisset et ex ipsius Seraphici Patris scriptis manifesto appareret. Denique A. adfirmat B.V. Mariam in cogitatione et vita S. FRANCISCI locum multo maiorem occupavisse quam eidem P. OPTATUS attribuit, et alia quoque argumenta, ut litterarum studia, praedicationem, relationem intercedentem inter primam et secundam Regulam, insufficienter esse tractata. Concludit A. opusculum P. OPTATI nimis celeriter conscriptum esse. P. BONAVENTURA

202. — GRATIEN [DE PARIS], O.F.M.CAP. *Franciscus van Assisi. Zijn persoonlijkheid en zijn spiritualiteit.* Naar de Fransche uitgave bewerkt door P. FRANCISCUS VAN BREDA, O.F.M.CAP. (Reeks «Gekruiste Handen», n. 3). Roermond-Maaseik, J.J. Romen & Zonen, 1947. In-8°, 160 p.

Nova editio noti operis P. GRATIANI in sermonem neerlandicum conversi et an. 1931 editi, de quo cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 439-441.

203. — GRATIEN DE PARIS, O.F.M.CAP., *Avec Saint François d'Assise sur les pas de Jésus*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1947, t. XVIII, p. 5-11, 35-42, 63-66, 91-97, 122-126, 151-156; 1948, t. XIX, p. 7-12, 61-68, 89-96, 122-129, 145-152.

Planctus A., die 1 aug. 1943 mortuus (cf. *Collect. Franc.*, 1944, t. XIV, p. 402), post mortem suam multa scripta reliquit quae nunc typis mandantur. Iam anno 1943 pluria opuscula edita sunt (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 43-44, n. 567-572). Praesentes articuli, pro sacerdotibus scripti, sunt meditationes de vita S. FRANCISCI. Primum dantur textus *Legendae maioris* S. BONAVENTURAE; deinde de his textibus breves meditationes, postea practica exercitia exhibentur; denique quaestiones ponuntur quae in sacerdotum tertiariorum comitibus solvenda sunt. Sic examinantur S. FRANCISCI conversio (cap. I-II), Fratrum Minorum Ordinis origo (cap. III) et progressus (cap. IV), S. FRANCISCI poenitentia (cap. V), humilitas (cap. VI), pietas (cap. VIII), charitas (cap. IX), oratio (cap. X), etc. His in meditationibus idem franciscanus sensus invenitur quem omnes mirantur in huius A. piis opusculis; in iis tertiarii sacerdotes pium et perutilem adiutorium invenient. P. JULIANUS EYMARD

204. — M. HENSEN, O.P., *Franciscaanse Spiritualiteit*, in *Tijdschrift voor Geestelijk Leven*, 1948, t. IV, pars 1, p. 118-122.

Relatio exhibetur de operibus: GRATIEN DE PARIS, O.F.M.CAP., *Franciscus van Assisi. Zijn persoonlijkheid en zijn spiritualiteit* (cf. *supra*, n. 202), OPTATUS VAN VEGHEL, O.F.M.CAP., *De Geest van Franciscus. Proeve van synthese* (cf. *supra*, n. 200).

205. — LEONE BRACALONI, O.F.M., *La spiritualità francescana; Quello che è e quello che non è*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 145-163.

In primis, secundum A., alii aliter spiritualitatem franciscanam intelligunt, ita ut his in rebus adsint tenebrae multae. Vult A. more scholastico ostendere, primo quid non sit S. FRANCISCI spiritus, postea quidnam sit.

S. FRANCISCI igitur spiritus secundum A. non est: a) *timoris*, cum Deus cognoscatur praesertim ut Pater, Filius ut Redemptor, homo ut redemptus iustificatusque, ita ut fides et caritas potius quam iustitia ultrix et poenarum sanctio ubique praedicentur; b) *scientiae*, non tantum quia sine oratione animabus maximum est periculum, sed quia in hoc Domini praecepto: « Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua », S. FRANCISCUS ante omnia cor praefert; c) *methodi asceticae*, cum ad Deum simpliciter ascendat, diversos discursus in oratione non distinguens, sed ut filius Patri colloquens, et caritate impulsus sese semper abnegans.

S. FRANCISCI spiritus est: a) *amoris*, cum debeamus ad fiduciae thronum ascendere, semper viventes cum Christo qui semper interpellat pro nobis; b) *contemplationis*, Christum considerans primogenitum omnis creaturae, propter quem omnia facta sunt; c) *simplicitatis* tam in oratione quae est tantum cordis elevatio, quam in abnegatione quae procedit non ab activitate naturali, sed a Christo Domino crucifixo.

P. JULIANUS EYMARD

205. — VALENTIN M. BRETON, O.F.M. *La spiritualité franciscaine. Synthèse-Antithèse.* Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-12°, 88 p.

Editio nova operis iam recensiti in *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 526.

207. — V.M. BRETON, O.F.M. *Médiation de Jésus-Christ. Méditations. La place du Christ dans la piété franciscaine.* Paris, Les Éditions Franciscaines, [1947]. In-16°, 134 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 290.

208. — JAMES A. BRENNAN, *The Franciscan Spirit*, in *The Capuchin Annual*, 1948, t. XVIII, p. 65-74.

S. FRANCISCI eiusque Instituti proprium propositum ac indoles spiritualis, interpretatione romantica ut dicitur plurium recentiorum S. FRANCISCI cultorum examinata, diversorum temporum condicionibus et necessitatibus consideratis, scite et concinne describitur. Summa perfectae vitae franciscanae continetur iuxta A. hac triplici forma:

contemplatio Dei,imitatio Christi, salus animarum. Qui de spiritualitate franciscana scribere vel loqui intendit, hanc brevem, sed sententiosam expositionem non omittat. P. BONAVENTURA

209. — WILLIBRORD DE PARIS, O.F.M., *La spiritualité de S. François*, in *Rosier S. Franç.*, 1948, t. XLIX, p. 7-9, 63-65, 111-113, 135-138, 223-225; item in *Ann. Franc.*, 1948, t. LXXX, p. 7-9, 63-65, 111-113, 135-138, 223-225.

In initio horum articulorum A. scribit S. FRANCISCI spiritualitatem nil aliud esse nisi modus eidem peculiaris quo intelligitur et perficitur fides christiana. Qui peculiaris modus sic explanatur: in primis, Christi crucifixi meditatio; ex ea nascitur Christi amor: cum propter me mortuus sit, mihi ergo propter eum moriendum est; illum imitari debeo et sanctum Evangelium adimplere; sed inter praecepta consiliaque Evangelii, ea mihi eligenda sunt quae iter brevius faciunt, et ideo perfecta paupertas mihi eligenda est: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes et sequere me.* Unde procedit gaudium, cum, propter Christi amorem, omnia derelinquantur et nihil sit timendum. Summa ergo spiritualitatis S. FRANCISCI est: Christi crucifixi contemplatio, omnium bonorum derelictio, perfectae laetitiae possessio, vel etiam: Amor, Paupertas, Gaudium, tria haec, maior autem horum caritas. P. JULIANUS EYMARD

210. — EFREM BETTONI, O.F.M. *Visione francescana della vita.* Prefazione di Mons. A. MAZZOTTI, O.F.M., Arcivescovo di Sassari. Brescia, Morcelliana, 1948. In-16°, VI-199 p.

De hoc libro infra diffusius disseretur.

211. — ANGELO CRESI, O.F.M., *Il valore ascetico-mistico della perfetta letizia francescana*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 1-17.

A. quid sit perfecta laetitia, explicat iuxta *Fioretti*, cap. IX, *Come andando per cammino Santo Francesco e frate Leone, gli espose quelle cose che sono perfetta letizia.* Hoc in capitulo, quattuor distinguuntur: 1° Perfectae laetitiae causa materialis: dolorum tormentorumque complexus; 2° Perfectae laetitiae causa formalis: patientia caritate plena; 3° Perfectae laetitiae causa efficiens: divina gratia humanaque voluntas; 4° Perfectae laetitiae causa finalis: Christi amor. Antequam huius laetitiae valorem asceticum perpendit, eiusdem historicum valorem ostendit, cum S. FRANCISCUS toto vitae suae tempore hanc laetitiam docuerit et exercuerit. Quadruplex laetitia distinguitur: 1° Mala laetitia quae a vana gloria procedit; 2° Naturalis laetitia quae a sola humana activitate emanat; 3° Spiritualis laetitia quae fructus est gratiae et Spiritus Sancti; 4° Perfecta laetitia quae est illa spiritualis, sed insuper dolores tormentaque supponit. Haec perfecta laetitia illa ipsa est de qua loquitur Christus: « Haec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur » (IOAN., XV, 2), de qua etiam S. PAULUS loquitur: « Gaudete in Domino semper, iterum dico: gaudete » (*Philip.*, IV, 4), « Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto » (*Rom.*, I, 47). Et hoc ostendit partem ipsius Dei; sed supponitur humana activitas, quia homo ex laetitia naturali ascendere debet ad laetitiam spiritualem et

ex spirituali ad perfectam; quod fieri nequit sine suimetipsius abnegatione, sicut dicit S. BONAVENTURA: « Purgatio ad pacem ducit » (*Breviloquium*, V, 5). Huius abnegationis diversi gradus iuxta eiusdem Seraphici Doctoris doctrinam explicantur, inter quos enumerantur et sextus: appetitio martyrii, et septimus, ubi status est et requies, dum homo sentit se protegi sub umbra alarum divinarum, ut non uratur ardore concupiscentiae nec timore poenae. In fine, A. quaerit utrum S. FRANCISCUS hanc perfectam laetitiam cognoverit, et per longum et latum hoc diffuse ostendit. P. JULIANUS EYMARD

212. — VITO DA BUSSUM, O.F.M.CAP., *L'amore serafico di San Francesco*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 265-273.

S. FRANCISCI vita divino amore semper omnino plena est; hoc ostendit ardente desiderio flagrans, ut alter Christus fiat; hoc probat Patrem omnipotentem colens veneransque non ut servus, sed ut dilectissmus filius. Omnium eius virtutum, etiam paupertatis fons unicus caritas est; propterea omnes, tum in eius Ordine, cum in plebe, seraphicum eum vocant. Hoc non impeditur eo quod omnes sancti divino propelluntur amore, quia apud S. FRANCISCUM divina caritas singularem indolem induit, omnes amoris formas speciesque ostendens, et complacentiae et benevolentiae et beneficentiae, quia etiam idem Deum vere directeque diligit, ut amicum, ut sponsum, ut patrem, et sine mensura usque ad mortem, et ut ita dicam, mortem autem crucis.
P. JULIANUS EYMARD

213. — JÉRÔME DE PARIS, O.F.M.CAP., *De la crêche au Calvaire*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1948, t. XIX, p. 2-7.

A. quaerit quomodo fieri possit ut S. FRANCISCUS eiusque familia spiritualis eandem habeant devotionem erga Christi nativitatem eiusdemque mortem quae sunt mysteria tamen diversa, prius gaudio plenum, posterius dolore. Respondet S. FRANCISCUM in Bethlehem praesepio praesertim passionis initium vidisse; semper memor fuit Seraphicus Pater Divinum Infantem in hunc mundum venisse propter nos homines et propter nostram salutem, eundemque simul esse et ex Virgine natum et sub Pontio Pilato crucifixum, passum et sepultum.
P. JULIANUS EYMARD

214. — Mme LAFORESTRIE-SAVARD, *À la manière de Saint François, Ma conception du mot « prier »*, in *Écho S. Franç.*, 1948, t. XXXVIII, p. 242-243.

A. more poetico S. FRANCISCI suamque orationem describit quae est praesertim intima unio cum Deo. P. JULIANUS EYMARD

215. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *De Eucharistische geest bij Sint Franciscus van Assisi*, in *Ons Geest. Leven*, 1948, t. XXIV, p. 273-285.

216. — CAESARIUS VAN TOURS, O.F.M.CAP. *De Serafijnsche Volmaaktheid*. In het Nederlands bewerkt door FRANCISCUS VAN BREDA, O.F.M.CAP. Turnhout, Brepols, 1947. In-12°, 287 p.

Hanc notitiam bibliographicam sumpsimus e *Franc. Standaard*, 1947-48, t. XXXIX, p. 255. Quia autem titulus nimis differt a titulo editionis an. 1945 iam indicatae in hac *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 42, n. 535, nec ullam editionem an. 1947 videre potuimus, in dubio versamur, num haec revera sit diversa ab editione pro an. 1945 indicata. P. BONAVENTURA

217. — FIDENTIUS VAN DEN BORNE, O.F.M., *Een boekje over de « Serafijnse Volmaaktheid »*, in *Praeco Regis*, 1948, t. II, p. 45-48.

218. — QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP. *Mijn God en mijn Al! Geestelijk testament van de H. Vader Franciscus van Assisi.* s.n.t. (1947). In-8°, 58 p.

Ut S. FRANCISCI sequaces, praesertim Tertio eius Ordini adscripti, seraphici patris spiritum facilius cognoscant, promptiusque exemplum imitentur, pro singulis anni ecclesiastici hebdomadibus A. exhibet quoddam argumentum, quod velut caput vel principalis testamenti spiritualis sententia ex ipsius S. FRANCISCI ore proveniens lectoribus efficaciter proponitur. P. BONAVENTURA

219. — QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP. *Spiegel van volmaaktheid. Overwegingen over de deugden van den H. Franciscus van Assisi.* 's-Hertogenbosch, G. Mosmans Zoon, 1948. In-12°, 64 p.

220. — *Saint François d'Assise et le mois du Rosaire*, in *Bull. Par. Lim.*, 1948, t. XXXVII, p. 453-455.

Agitur tantum de vita et virtutibus S. FRANCISCI, de Tertii Ordinis actione et de auctoritate a Tertiariis, per Rosarii mensem, acquirenda. P. JULIANUS EYMARD

221. — *Nowenna do Sw. Franciszka Serafickiego.* Kraków, 1948. In-24°, 22 p.

Novendialis supplicatio in honorem S. FRANCISCI SERAPHICI a Fratribus Minoribus Conventualibus Cracoviensibus typis praeparata.

222. — AGOSTINO GEMELLI, O.F.M. *Le Message de Saint François d'Assise au monde.* Traduit de l'italien par PH. MAZOYER. Deuxième édition revue et corrigée par MAURICE VAUSSARD. Paris, P. Lethielleux, 1948. In-8°, XVIII-483 p.

Cum ipsum librum videre nondum potuerimus, lectorem remittimus ad primae editionis recensionem in *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 253.

223. — EFREM BETTONI, O.F.M., *L'attualità del Francescanesimo*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 18-29.

Hic non quaeritur, utrum hodie adsit revera actio franciscana, cum sufficiat oculos aperire. Nec quaeritur, quomodo haec actio ma-

nifesta sit; non enim hic res franciscanae in quodam rationario ad numeros revocandae sunt. Sed quaeritur quomodo philosophia quae ad S. FRANCISCI mentem instituitur, in hodierno mundo aliquam auctoritatem acquirere et possit et debeat.

Quando agitur de humana dignitate, de qua omnes ubique scribunt, quidam errorum doctores illam voluerunt salvare quin Domini praecepta et promulgentur et exerceantur; sed tantum abest ut sic mundus paradisus fiat, ut e contra et purgatorii et etiam inferni incolae videamur, ita ut ad Evangelium iterum sit appellandum. Atqui ad Evangelium recursus est res proprie franciscana, cum, apud S. FRANCISCUM, quasi novam vitam et ingenuitatem invenit hauritque. Unde recte concluditur franciscanismum hodie munus speciale habere.

Quando agitur de philosophia, primum E. KANT nobis inimicissimus non iam est sicut et olim fuit; si sua synthesi « a priori » intendit ut humanus intellectus idearum et auctor et creator sit, omnino reiiciendus est; sed si tantum intendit ut a materia ideae independentes sint, tunc multa ex eo mutuari possint et praesertim notandum est, quod philosophia franciscana, seu apud S. BONAVENTURAM, seu apud IOANNEM DUNS SCOTUM, semper id intendit, ut salvetur idearum a materia independentia. Hodie tamen philosophia non de humanae cognitionis valore inquirit, sed potius de ipsa hominis exsistentia, de ipsius origine et fine, et hoc est totum argumentum S. BONAVENTURAE in eius tractatu qui inscribitur *Reductio artium ad Theologiam.*

Quando agitur denique de quaestionibus socialibus, simul et caritas et quaedam audacia necessariae sunt: caritas qua pax apud bonae voluntatis homines semper servatur, audacia qua emendantur omnia quae sunt emendanda; ad hoc duplex officium multum valet mens franciscana.

Ultima quaestio de qua multum hodie agitur, est illa de relationibus inter ordinem naturalem et supernaturalem. A. de hac quaestione mentem S. BONAVENTURAE necnon IOANNIS DUNS SCOTI explanat.

P. JULIANUS EYMARD

224. — ACHILLE GALLARINI. *S. Francesco d'Assisi e la ricostruzione etico-sociale.* Torino, L.I.C.E. - R. Berruti & C., (1947). In-12°, 79 p.

A., celebris sociologi JOSEPHI TONIOLO biographus fervidusque sequax, summum momentum S. FRANCISCI eiusque Tertii Ordinis pro societate christiana nostris temporibus restauranda clare nitideque ostendit. Tractans primo de spirito formativo franciscano, exponit, quomodo S. FRANCISCUS intellexerit veram suimetipsius libertatem abnegatione sui ipsius acquiriri posse et sic magnam in plebem auctoritatem acquisierit, sicut olim Christus (p. 13-17). Quae abnegatio in officii exsecutione constat et ex orationibus, poenitentiis, sui hodierna recognitione magnum adiutorium accipit (p. 17-25). Sic hodie universus mundus restaurari potest (p. 25-30), per libros ephemeridesque (p. 30-33), per opera socialia (p. 33-51). Sic S. FRANCISCI mens pacem afferre potest (p. 51-57), quia caritatem (p. 58-62) et evangelicam paupertatem ubique diffundit (p. 63-67). In fine (p. 68-77) A. magnum sociale momentum Regulae S. FRANCISCI pro plagis nostrae aetatis sanandis inculcat.

P. JULIANUS EYMARD

225. — N. CANALI (Card.), *La società cristiana nello spirito di S. Francesco*, in *Oss. Rom.*, 1948, 4-5 ottobre, p. 1.

His tribus condicionibus christiana civitas secundum S. FRANCISCI construi potest: 1° Summorum Pontificum Romanorum auctoritati obedire quae Seraphici Patris opus confirmavit stabilivitque, dum inceptum haereticorum eiusdem temporis post paucos annos frustratum est; 2° poenitentiam praedicare non ut pauperes humilientur, sed ut divites ad pauperes adducantur et omnes in caritate se diligant; 3° vivere ex fide non tantum in orationibus, sed et in omnibus vitae circumstantiis, ita ut quodcumque faciamus, id secundum Evangelium faciamus. P. JULIANUS EYMARD

226. — WOLSTAN OF LONDON, O.F.M.CAP., *Franciscan Action*, in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 323-327.

A. in primis dicit S. FRANCISCI verum sodalem vehementissime se semper exercere in religione christiana tuenda propagandaque, cum in ipso caritas semper auctoritatem maximam habeat imperiumque semper teneat. Ad assertionem hanc probandam, A. post S. FRANCISCUM exempla affert in Anglia J. DUNS SCOTUM, O.MIN., in Italia S. BONAVENTURAM, O.MIN. et S. LAURENTIUM A BRINDISI, O.F.M.CAP., in Gallia JOSEPHUM A PARISIIS, O.F.M.CAP. et FR. OZANAM, T.O.S., in Hispania R. LULLUM, T.O.S. P. JULIANUS EYMARD

227. — P. LEPROHON, *Saint François d'Assise et l'esprit de liberté*, in *Amis S. Franç.*, 1946-1947, n. 41, p. 8-11.

Sanctorum libertatem A. sic describit: Mentis quietudo quae diuturna voluntatis exercitatione, adiuvante gratia acquiritur et auctoritatem immensam apud omnes homines praestat. In hoc sensu explanatur sententia quam coram Assisiensibus consulibus S. FRANCISCUS protulit: « Se per Dei gratiam iam factum liberum et amplius non teneri eo quod esset solius Altissimi Dei servus » (cf. *Legenda Trium Sociorum*, p. 30, Pisauri, 1881). P. JULIANUS EYMARD

228. — R. GASCON, *S. François libérateur de son temps*, in *Regards sur la liberté* (*Lumières d'Assise*, n. 5), p. 30-51 (Paris, 1948).

A. observat S. FRANCISCI a multis infidelibus etiam doctis suspectum esse ut libertatis defensorem et propugnatorem. Quaeritur utrum haec non sit ambiguitas. Ut ipsa explanetur, interrogandi sunt qui in eodem tempore cum S. FRANCISCO vivebant, quia videndum est quidnam eorum libertati obstiterit. In civitatibus libertati adversabantur primum primores optimatesque qui, quamvis urbanitas humanitasque progrederentur, asperitatis tamen atrocitatisque aliquid semper habebant; obstabant praesertim libertati plebs populusque qui, ut libertatem ab aliis arriperent, alios in servitutem redigebant. In Ecclesia, divitiae imprimis haeresesque de paupertate libertatem in discrimen vertebant. S. FRANCISCUS periculum reppulit, quia civitatibus veram caritatem, Ecclesiae veram paupertatem, non vi et metu, sed verbo et opere, paulatim imposuit. P. JULIANUS EYMARD

229. — REDENTO DA ROCCABASCERANA, O.F.M.CAP., *Leggendo il Vangelo, S. Fracesco vuol mandare tutti in Paradiso*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 319-324.

A. hanc S. FRANCISCI sententiam nostrorum temporum difficultatibus operibusque applicat, et praesertim ostendit, quomodo S. FRANCISCUS nostram libertatem defendit. P. JULIANUS EYMARD

230. — GYÖRGY BALANYI, S.P. *Assisi Szent Ferenc, a demokrácia höse* (i.e.: S. Franciscus Assisiensis, democratiae heros). Budapest, Magyar Barát, 1947. In-16°, 106 p.

231. — I.B. SPROLL (Ep.), *De Sancto Francisco et praesenti Germaniae miseria. Litterae pastorales Exc.mi ac Rev.mi Dom. Ioannis Bapt. Sproll Episcopi Rottenburgensis*, in *Tert. Ord.*, 1947, t. IX, p. 102-106.

In his litteris encyclicis, a P. BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.CAP., e germanico in latinum sermonem conversis, A. dicit se alium hominem non videre qui propius ad nostri temporis in Germania miseriam accedat quam pauperem et minimum fratrem FRANCISCUM. Tres adsunt notae quae illum ut Germaniae adiutorem salvatoremque ostendunt: 1° eius caritas in Deum omnia ferens, omnia comprehendens; 2° eius imitatio Christi omnia determinans, omnia informans; 3° eius amor paupertatis et humilitatis, ipsum totumque eius consilium regens.
P. JULIANUS EYMARD

232. — [MAXIMILIAN KALLER (Ep.)], *Pax vobis. Entwurf zu einem Fastenhirtenbrief des verstorbenen Hochwst. Herrn Bischofs Dr. M. Kaller an die Heimatvertriebenen in der « Zerstreuung »*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 50-54.

MAXIMILIANUS KALLER, episcopus Varmiensis (Ermland), e Borussia Orientali cum suis dioecesanis bello proxime elapso expulsus et omnium catholicorum e partibus Germaniae Orientalis expulsorum et per Germaniam Occidentalem profugorum episcopus, hanc praeparavit epistulam encyclicam, quam vero, morte praeventus (†1947) promulgare nondum potuit. In eadem omnibus curae suae spirituali concreditis S. FRANCISCUM ASSISIENSEM proponit velut exemplum in paupertatem forti hilarique animo tolerando, in labores fideliter honesteque exsequendo, in eleemosynas modeste mendicando, in firmam fidem Providentiae Divinae habendo. P. BONAVENTURA

233. — *Franziskus ruft. Gedanken zum Wiederaufbau im Geiste des hl. Franziskus.* Herausgegeben von P. Dr. EPHREM RICKING, O.F.M. Paderborn, Ferdinand Schöningh, 1947. In-8°, 48 p. cum ill.

Ex *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 188, notitiam cepimus quod hoc opusculum, a sodalibus provinciae Saxoniae S. Crucis editum per modum periodici, continet articulos de spiritu et devotione S. FRANCISCI, de S. ANTONIO PATAVINO Doctore Ecclesiae, de S. PASCHALI BAYLON, de Tertio Ordine Franciscano, de PP. CHILIANO KIRCHHOFF et ELPIDIO MARKÖTTER, eiusdem provinciae sodalibus sub regimine na-

tionalium socialistarum ut vocantur in custodia detentis et interfectis, denique de missione provinciae in Tsinanfu in Sinis. P. BONAVENTURA

234. — DIETMAR WESTEMEYER, O.F.M. *Franz von Assisi und unsere Zeit*. Münster (Westf.), Regensbergsche Verlags-Buchhandlung, 1946. In-12°, 32 p.

A. concivibus adflictis S. FRANCISCUM ut exemplum proponit (cf. *Acta. Ord. Min.*, 1948, t. LVII, p. 188).

235. — KAJETAN ESSER, O.F.M., *Franziskus und die Überwindung der Armut*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 70-73.

Optime A. exponit quomodo communi hominum opinioni, secundum quam paupertas sit aliqua res vel condicio spernenda et omnino evitanda, opponitur singularis summae paupertatis forma S. FRANCISCI ASSISIENSIS animo concepta eiusque vivo exemplo quam perfectissime expressa, qua homines, praesertim etiam nostri temporis, incitantur, ut « paupertatem superent » i.e. verum terrenarum bonorum valorem perpendentes, perfectam sibi libertatem vindicent ad summam veri Christiani dignitatem recuperandam summumque bonum i.e. Deum facilius possidendum. P. BONAVENTURA

236. — ECKHARD STEINLEIN, O.F.M., *Bruder Franziskus*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 65-68.

Breviter describuntur summae res quae ad vim et naturam S. FRANCISCI maxime pertinent: ardens desiderium summum vitae humanae finem adsequendi, iucundissima paupertas, caritas beata, quibus vires continentur ad mundum christianum restaurandum.
P. BONAVENTURA

237. — J.J. BERNARD, *Saint François, s'il revenait*, in *Amis S. Franç.*, 1948, n. 47, p. 1-3.

A. dicit S. FRANCISCUM temporibus vixisse quae essent similia nostris temporibus; eosdem dolores, eandem cognoscit miseriam; sed semetipsum omnibus spoliavit, et sic verae libertatis verique gaudii exemplum dare potuit. Diceret igitur hodie sicut olim dicere solitus erat: Beati qui flent quia consolabuntur. P. JULIANUS EYMARD

238. — DON PINUZZO, *San Francesco e la gente sua poverella. Pellegrinaggio Francescano con P. Gemelli*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 93-96.

Proponitur compendium libri A. GEMELLI, O.F.M., inscripti *San Francesco e la sua « Gente Poverella »* (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 228-231). P. JULIANUS EYMARD

239. — *Frate Francesco e le crisi di tutti i tempi*, in *Oss. Rom.*, 1947, 4 ottobre, p. 1.

Quocumque tempore eleemosyna munus sociale implet, cum omnes petere debeant, sive caritatis gaudia si divites sunt, sive bona

temporalia si pauperes. Sed S. FRANCISCUS huic muneri novum valorem dedit, cum ipse voluntarius pauper factus sit et mendicantium Ordinem condiderit, qui simul daret et divitibus divitiarum contemptum, et pauperibus paupertatis amorem, omnibus in utroque statu mentis libertatem. Sic, in medio aevo, quando inter minores et maiores necnon inter diversas civitates bella agros et urbes depopulabant, S. FRANCISCUS exemplo et verbo caritatem praedicabat quin suas heroicas virtutes omnibus imponeret, sed se suamque paupertatem cuicumque hominum speciei accommodaret. Ita confutatur J. MICHELET qui illum fanaticum dicebat. P. JULIANUS EYMARD

240. — L. LAURENT, *S. François et l'Église*, in *Regards sur l'Église* (*Lumières d'Assise*, n. 2-3), p. 122-142 (Paris, 1946).

His temporibus non pauci catholici, optima voluntate impulsi, saepius Ecclesiam acri, etsi non irreverente iudicio percensent, ea nimirum mente ut ipsa corrigatur emendeturque et ad horum temporum necessitates se accomodet. S. FRANCISCUS, qui ipse quoque in multarum rerum commutationis tempore vivebat, ipsis exemplar atque tutela esse potest. S. FRANCISCUS non est, ut aliquoties dicitur, novissimorum errorum praecursor, sed subditissimus Ecclesiae filius. Quando a mundo recedit, ad episcopi pedes se proicit; quando novam religiosam familiam condit, ad Summi Pontificis pedes se submittit; eius sequaces Ecclesiae hierarchiam omni cura et observantia prosequuntur. Simul vero se reformatorem ostendit, praesertim quia Ecclesiam a divitiarum servitute internisque dissidiis liberavit. P. JULIANUS EYMARD

241. — T. CRANNY, *Francis, the Church and You*, in *Franc. Herald and Forum*, 1948, t. XXVII, p. 10-12.

A. somnium commemorat in quo INNOCENTIUS III Pontifex vidit Ecclesiam labentem et a S. FRANCISCO suffultam; postea narrat quomodo Seraphici Patris filii, sive in concilio Florentino (1438-1445), sive cum S. LAURENTIO A BRINDISI, O.F.M.CAP., ad unitatem Ecclesiae instaurandam laboraverunt. Denique — et hic est huius articuli praecipuus scopus —, A. de PAUL JAMES FRANCIS, O.F.M., scribit, qui *The Society of Atonement* instituit ut Anglicani Ecclesae catholicae reconcilientur. Societas haec in Graymor, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, annis 1909-1910 condita est; P. PAUL JAMES FRANCIS anno 1940 mortuus est. P. JULIANUS EYMARD

242. — REMI D'ANGERS, O.F.M.CAP., *Positions. Rebâtis ma maison. François répare les églises*, in *Rosier S. Franç.*, 1948, t. XLIX, p. 165-167.

S. FRANCISCUS non tantum ad sui temporis homines loquitur, sed etiam ad nos: Ecclesias aedificando, nos docet, ut nosmetipsos abnegando, fidei lampadem accendamus, et regnum Christi caritate nostra extendatur. P. JULIANUS EYMARD

243. — A. DE BOVIS, *De l'obéissance à l'Église*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 20-47.

A. distinguit obedientiam quae est ministerium et quandam prudentiam et libertatem requirit (sic. S. FRANCISCUS quando a Summis Pontificibus Portiunculae Indulgentiam iterum atque iterum petiit), et libertatem quae est utilitatis et iudicii proprii derelictio et quae requirit caritatem; in quo casu, A. non de S. FRANCISCO loquitur, sed de S. ALPHONSO RODRIGUEZ, S.I. P. JULIANUS EYMARD

244. — P. CHARLES, S.I., *L' esprit catholique*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1947, t. LXIX, p. 225-244.

Quidnam sit spiritus catholicus, A. sic explanat: sentire cum Ecclesia ita ut, intra orthodoxiae limites, uniuscuiusque libertas servetur et aestimetur. Huius assertionis veritatem A. ostendit iuxta Ecclesiae historiam et sic quoque, etsi transeunter, iuxta S. FRANCISCI vitam. Designat ex una parte S. FRANCISCUM auctoritatem immensam nostris etiam temporibus habere, cum et J. JÖRGENSEN eius in nomine convertatur et MASAHURO ANASAKI, professor historiae religionum in Japonia, associationem franciscano-buddhistam condat, ex altera parte eundem, si nostris temporibus vixisset, a nobis, sicut a contemporaneis, et contemni et vituperari, cum res ab eo gestae moribus nostris omnino contrariae essent. Hoc procedit ex eo quod Ecclesiae S. FRANCISCUM contra inimicos eius protexit, sed eius vitae genus nemini imposuit nec proprietatem divitiasque condemnavit. S. Damiani ecclesia, in qua Christus S. FRANCISCO locutus est, pauper est, simplex et nuda; hoc bonum est, sed non omnes ecclesiae illam imitari debent, et ecclesiastica auctoritas ditiores ecclesias permittit, cum Christus non tantum propter nos egenus factus sit, sed, etsi in omnibus inventus ut homo, tamen semper recte se dicat aequalem Deo eius divinitas sicut et eius humanitas in ecclesiis proclamari debet.

Quod verum est. S. FRANCISCUS vir catholicus est: 1° quia eius ideale universale est et ideo omnibus hominibus cuiusque regionis, cuiusque temporis, immo cuiusque religionis convenit; 2° quia hoc ideale S. FRANCISCUS ecclesiasticae auctoritati humiliter submittit quae id efficaciter protegit. Sed addendum est quod S. FRANCISCUS medium invenit quo ideale hoc omnibus, Ecclesia dirigente, accomodatum est, scilicet Tertium Ordinem. De quo A. nihil dicit, sed tamen dicendum erat. P. JULIANUS EYMARD

245. — AGUSTÍN BÁEZ, O.F.M. - J.M. NUÑEZ PONTE. *San Francisco de Asís, patrono universal de la Acción Católica.* Buenos Aires, Edic. Pax et Bonum, s.a. In-8°, 302 p.

Ex *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 273-274, scimus hoc non unum opus esse a duobus auctoribus conscriptum, sed duo opera, quorum unum a p. 1 usque ad p. 181 se extendit, alterum a p. 185 usque ad p. 297. Ambo premium acceperunt a congressu ibero-americano franciscano qui anno 1945 in civitate Lima habitus est. Ambo praesertim ostendunt quomodo S. FRANCISCUS suo tempore omnia in Christo restauraverit, quomodo LEO XIII per Tertium Ordinem omnia in Christo restaurare voluerit et quomodo nunc omnia per S. FRANCISCI mentem restaurari possint. P. JULIANUS EYMARD

246. — JACQUES DE BLOIS, [O.F.M.CAP.], *Positions: un saint toujours moderne*, in *Rosier S. Franç.*, 1947, t. XLVIII, p. 229-230.

Extractum e libro qui inscribitur: *L'âme de l'Action Catholique* (cf. *infra*, n. 249).

247. — DAMASUS [VAN HARMELEN], O.F.M.CAP., *Is Franciscus patroon van de K.A. voor de gehele wereld?*, in *Priesterblad*, 1948, t. XXIX, p. 344-345.

Quaeritur an S. FRANCISCUS ASSISIENSIS sit patronus Actionis Catholicae per totum mundum. Brevis responsio affirmativa verbis PII XI adductis confirmatur. P. BONAVENTURA

248. — *Saint François d'Assise, patron officiel de l'Action Catholique*, in *Bull. Par. Lim.*, 1948, t. XXXVII, p. 441-442.

Refertur et breviter explanatur Summi Pontificis PII XI allocutio, die 19 martii 1927 habita. P. JULIANUS EYMARD

249. — JACQUES DE BLOIS, O.F.M.CAP. *L'âme de l'Action Catholique*. Paris, Librairie S. François, 1947. In-8°, 87 p.

In tres partes dividitur opus hoc: 1) Oratio aut Actio; 2) Oratio et Actio, 3) In Actione Oratio. In prima parte ostenditur orationem et actionem conciliari posse; in secunda, quomodo conciliari possint, in ultima, quomodo caritatis vinculum et in oratione et in actione omnia perficit. S FRANCISCUS hoc egregie fecit, cum et in oratione ad actionem intendebat, et in actione orabat.

P. JULIANUS EYMARD

250. — HUBERT [DE MONTRÉAL], O.F.M.CAP., *L'Action Catholique et son patron*, in *Bull. Par. Lim.*, 1947, t. XXXVI, p. 193-195.

Ab A. sic Actio Catholica definitur: apostolatus laicorum, dirigentibus episcopis. Ante S. FRANCISCUM talis apostolatus iam exsistebat, sed singularis; cum S. FRANCISCO fit universalis catholicusque ope Tertii Ordinis. Propter quam rationem PIUS XI Seraphicum Patrem Actionis Catholicae patronum declaravit. P. JULIANUS EYMARD

251. — FLORIANUS HERMANS, O.F.M., *De Franciscaanse Geest in onze Sociale Priesterarbeid*, in *Sacerdos*, 1947-48, t. XV, p. 10-17.

252. — MARZIALE LEKEUX, O.F.M. *Il secolo XX invoca San Francesco*. Milano, « Vita e Pensiero », 1948. In-16°, 96 p.

Hoc opus est italica translatio libri gallici inscripti *Litanies du XX^e siècle au Petit Pauvre d'Assise* (Bruges, 1937), cuius recensio habetur in *Collect. Franc.*, 1948, t. X, p. 136.

253. — H. BROCHET. *Saint François parmi nous*. Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 104 p.

254. — E.M. James, *Saint Francis*, in *Franc. Annals*, 1948, t. LXX, p. 175-179, 199-204, 228-231.

Articulus quinque partes continet: in prima, quae *The Lepper's Kiss* inscribitur, A. de S. Francisci indole, iuventute, conversione disserit; in secunda (*The Crucifix of San Damiano*), de eius vocatione scribitur; in tertia (*The Evangelical command*), trium Seraphici Patris Ordinum origo depingitur; deinde (*The Stigmata*) recolitur S. Francisci stigmatizatio, et denique (*The death of St. Francis*) eiusdem pia mors narratur. His in paginis A. scopus non est res gestas accuratissime narrare, sed ad usum tertiariorum de S. Francisci vita meditari.

P. Julianus Eymard

255. — Ehrenfried Brems von Ziegelhof, O.F.M.Cap., *Der Herold des grossen Königs*. Altötting, Drittordensverlag, 1948. In-12°, 36 p.

Nova editio opusculi *Christus König und sein grosser Herold* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 709, n. 3757).

256. — B. Barban, O.F.M. *L'ideale francescano nel mondo*. Roma, Commissariato generale dei Frati Minori per il Terz'Ordine, 1947. In-8°, 175 p.

Hoc in opusculo A. primum de vita S. Francisci disserit, postea de eiusdem Ordinibus et de eius mente et apostolatu. Caput secundum de Tertio Ordine speciatim scribitur, cuius origo, spiritus et evolutio ostenditur. Nunc, secundum ipsorum Summorum Pontificum verba, praecipuum remedium contra nostra mala permanet, et vehementer optatur, ut omnes hoc intelligant et persequantur. P. Julianus Eymard

257. — Joachim Bar, O.F.M.Conv. - Zefiryn Wlodarczyk, O.F.M.Conv. *Sw. Franciszek z Asyzu i jego trzeci zakon (dokumenty ostatnich papiezy)*. Wroclaw-Kraków, Pl. W.W. Swietych 5, 1948. In-8°, 95 p.

In hoc opusculo de S. *Francisco Assisiensi et Tertio eius Ordine* eduntur documenta pontificia, in linguam polonam conversa, inde a Leone XIII ad Pium XI de Tertio Ordine Franciscano emanata. Singulis documentis praemittitur brevis introductio de uniuscuiusque fine, origine et argumento. P. Bonaventura

258. — Vito da Clusone, O.F.M.Cap., *Cristianesimo e rivoluzione*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 180-184.

A. hanc N. Berdjaev sententiam commentat: « Quod religio christiana non facit, hoc, ut fiat, ethnica perturbatio contendit ». In fine in S. Francisco non ita factum esse ostendit, quia idem sanctus vir, paupertatis suae gratia, hoc ut fieret non permisit.

P. Julianus Eymard

259. — P. Claudel, *Saint François athlète du Christ*, in *Ami S. Franç.*, 1947, n. 45, septembre-octobre, p. 23 (extractus ex *Vie intellectuelle*, 1947, avril, p. 52).

Ironice A. modernis athletis S. FRANCISCUM opponit, et eiusdem virtutes exaltat sicut eius mirabilem in nostris aetatibus auctoritatem.

P. JULIANUS EYMARD

260. — F. IMLE, *Franciscan art of education*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 227-236.

S. FRANCISCUS in scholis magister non fuit; ab eo non est petenda ars methodusque docendi; tamen hac in re ceteris maiorem quandam partem habet. Prima virtus quam a magistro postulat Seraphicas Pater est amor sine quo omnes aliae virtutes nihil sunt et quae iuventutem corde et opere omnino apprehendit. Hic amor franciscanus gaudium laetitiamque producit quae est secunda nota educationis franciscanae. Inde postea libertas, non in hoc sensu quod disciplinam magister non postulat et imponit, sed quod alumnorum accuratissime cognoscit indolem cuius semper rationem habet. Sed etiam auctoritas partem suam habere debet, minus quidem extrinsecus quam potius ab intus, cum dilectus magister exemplo suo omnes ad Deum trahit. Sic S. FRANCISCUS non minitando aut praecepta imponendo auctoritatem habuit, sed amando et semetipsum semper sacrificando ut sacrificio suo omnes vivere possint. Sic educatio franciscana definiri potest: amor, gaudium, libertas, auctoritas dilecta et venerata.

P. JULIANUS EYMARD

261. — EUTHYMIUS [VAN OISTERWIJK], O.F.M.CAP. *De Roep van Sint Frans*. s.n.t. (Brugge, Franciscaanse Standaard, 1948). In-8°, 51 p. cum plur. ill.

« Vocatio S. Francisci » inscribitur hoc opusculum, in quo A. gesta S. FRANCISCI adolescentis sermone conciso enarrat et varias vocationis S. FRANCISCI capita nostri temporis adolescentibus alacriter repraesentat, ut et ipsi in propriae vitae genere deligendo ad magnanimam Christi imitationem concitentur. Opusculum non scientificum, sed mere paraeneticum.

P. BONAVENTURA

262. — MARCELLUS MANZO A MONTEMAGGIORE, O.F.M.CAP. *San Francesco ti chiama*. New York City, 1947. In-12°, 24 p.

Hic libellus, prima vice anno 1942 editus, ad vocationem seraphicam est pia et fervida exhortatio.

P. JULIANUS EYMARD

263. — L.P. LEBLANC, O.F.M., *Saint François et la moralité*, in *Écho S. Franç.*, 1948, t. XXXVIII, p. 305-310.

Hic est sermo quem A. in tertiariorum congressu (Montréal, 1948) habuit. Exponitur 1° S. FRANCISCUM esse virtutum exemplar, 2° S. FRANCISCUM in Tertio Ordine securius intelligi amarique posse.

P. JULIANUS EYMARD

264. — S. LENER, S.I., *L' enigma penale*, in *Civ. Catt.*, 1947, an. XCVIII, vol. 1, p. 227-234.

Agitur de S. FRANCISCO qui fuit F. CARNELUTTI exemplar ut delinquentes corrigantur.

P. JULIANUS EYMARD

265. — I. ROMERO RAIZÁBAL. *Senderos de luz. (Estampas franciscanas).* Prólogo del R. P. F. LEÓN VILLUENDAS, O.F.M., y epílogo del R. P. F. MELCHOR DE BENISA, O.F.M.CAP. Madrid, Edit. « Atlas », 1947. In-8°, 228 p.

Hoc est S. FRANCISCI encomium cuius virtutes mediaevales per totum opus diffuse exaltantur. Cf. *Biblioth. Hisp.*, 1948, t. VI, p. 93, n. 31317. P. MELCHIOR

266. — REMI D'ANGERS, O.F.M.CAP., *S. François à l'Académie*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1947, t. XVIII, p. 57-59.

A. orationem quam P. CLAUDEL de L. GILLET eiusque opere *L' Histoire artistique des Ordres Mendiants* in Academia Gallica tenuit, explicat. Ostendit S. FRANCISCI duplicem vocationem, priorem personalem quae fuit subita, alteram catholicam quae spiritum franciscanum in universum mundum spargit; priorem posterioremque fortiter unitas esse et nunc praesertim maximam vim exercere.

P. JULIANUS EYMARD

267. — *S. François sous la Coupole*, in *Rosier S. Franç.*, 1947, t. XLVIII, 1947, t. XLVIII, p. 121-122.

Textus excerptus ex oratione P. CLAUDEL, de qua cf. *supra*, n. 266.

268. — ANDRÉ DEMEDTS, *Sint Franciscus en onze Tijd. De heilige Franciscus gezien door en leek*, in *Priesterblad*, 1946-47, t. XXVIII, p. 141-145.

Notitiae breves excerptae e collatione ab A. DEMEDTS, ad laicorum ordinem pertinente, habita coram sacerdotibus et seminaristis de S. FRANCISCI vi et momento pro restauranda societate christiana illius et nostrae aetatis, exemplo praesertim paupertatis, humilitatis et obedientiae. P. BONAVENTURA

269. — BONIFACE MC CONVILLE, O.F.M. *New York and St. Francis.* Washington, The Academy Press, 1948. In-16°, 24 p.

270. — E. BRUNA, O.F.M., *Anglicaanse Franciscanen. The Society of St. Francis*, in *Het Schild*, 1948, t. XXV, p. 184-186.

Brevis texitur historia *Societatis S. Francisci*, anno 1921 ortae, cuius sodales, ad sicdictam Altam-Ecclesiam Anglicanam pertinentes, in quinque domibus (Dorchester, Beaminster, East-London, Cambridge, Sherborne) vitam regularem iuxta mentem S. FRANCISCI ASSISIENSIS profitentur et imprimis iuventuti derelictae et asociali curandae incumbunt. P. BONAVENTURA

271. — B. SCHULTZE, S.I., *La concezione del mondo e il cristianesimo nell' insegnamento storico delle scuole sovietiche*, in *Civ. Catt.*, 1947, an. XCVIII, vol. 1, p. 290-302.

Hic agitur de S. FRANCISCO qui in paupertate Ordinis sui fundamenta posuit et propter hoc maximam auctoritatem in mundo habuit;

sed iuxta doctrinam in scholis sovieticis traditam paupertas haec paulo permansit, Fratres Minores paulatim amplissima monasteria acquisierunt et pietatis in locum successerunt crudelia tormenta. Sapienti sat!

P. JULIANUS EYMARD

272. — ISIDORO D'ALATRI, O.F.M.CAP., *Voci d' Assisi*, in *Oss. Rom.*, 1947, 5 novembre, p. 4.

A. dicit Assisiensium civitatem sine S. FRANCISCO nihil esse. Ille iuvenis qui omnia reliquit et Christum secutus est, non tantum illam parvulam urbem celebrem fecit, sed etiam in ea et per eam in universo mundo pacem gaudium, laetitiam semper effundit.

P. JULIANUS EYMARD

273. — C.O.V. PRIOR, *The Beauty of Assisi*, in *Franc. Annals*, 1947, t. XLIX, p. 275-278.

A. de agri Assisiensis pulchritudine primum loquitur, postea de Assisii sanctitate quae paupertate, solitudine, gaudio, prae omnibus pulcherrima evadit. P. JULIANUS EYMARD

274. — N. CANALI (Card.), *Perchè ad Assisi*, in *Oss. Rom.*, 1947, 6 ottobre, p. 1.

Summarium orationis Assisii in die S. FRANCISCO sacro habitae, de hominum desiderio pacis aeternae, quod peregrini Assisii implere possunt, cum ibidem sanctum illum virum venerentur, qui, omnibus relictis, Christum fidelissime sequendo non sibi tantum pacem invenit, sed aliis etiam exemplo precibusque etiamnunc potest dare.

P. JULIANUS EYMARD

275. — *Le celebrazioni francescane ad Assisi*, in *Oss. Rom.*, 1947, 5 ottobre, p. 2.

276. — *Con eccezionale fervore le moltitudini acclamano al padrone d' Italia in Assisi. Le cerimonie presiedute dall' Em. Card. Canali*, in *Oss. Rom.*, 1947, 6 ottobre, p. 2.

Narrantur festivitates quae Assisii, praeside Em. Card. N. CANALI, in S. FRANCISCI honorem celebratae sunt. P. JULIANUS EYMARD

277. — *Francesco vive. Spirituale convegno del mondo nella perenne gloria di Assisi*, in *Oss. Rom.*, 1948, 7 ottobre, p. 2.

Assisiensium civitas in his miseriae et doloris temporibus omnibus miseris et dolentibus refugium atque solatium praedicatur.

P. JULIANUS EYMARD

278. — REMI D'ANGERS, O.F.M.CAP., *Positions. Impressions d' Assise*, in *Rosier S. Franç.*, 1947, t. XLVIII, p. 205-207.

A. narrat piam peregrinationem quam provinciae Parisiensis O.F.M.Cap. Tertiarii franciscani saeculares Assisium confecerunt. Idem articulus habetur in *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 205-207.

P. JULIANUS EYMARD

279. — *La dominica di S. Francesco al Laterano*, in *Oss. Rom.*, 1948, 13 ottobre, p. 2.

280. — HILARION THANS, O.F.M., *Een avond met Franciscus*, in *Bode van den H. Franciscus*, 1946-47, t. LXVII, p 258-268.

281. — HILARION THANS, O.F.M., *Tweede avond met Franciscus*, in *Bode van den H. Franciscus*, 1947-48, t. LXVIII, p. 1-13.

282. — O. TESCARI, *Silenzio*, in *Oss. Rom.*, 1947, 15 giugno, p. 3.

More poetico de silentio S. FRANCISCI et S. BRUNONIS brevis collatio exhibetur. P. JULIANUS EYMARD

283. — PIETRO DE LETURIA, S.I., *Aspetti francescani in S. Ignazio di Loyola*, in *Ecclesia* (Roma), 1947, t. VI, p. 351-355.

Breviter illustrantur relationes quas cum S. FRANCISCO eiusque Ordinibus habuit S. IGNATIUS DE LOYOLA, Societatis Jesu institutor. Cum idem vir sanctus adhuc puer in oppido Azpeitia commoraretur (1491-1507?), eiusdem consobrina MARIA DE EMPARAN Y LOYOLA an. 1496-97 a PETRO DE HOZ, O.F.M.OBS., sodali conventus in Bermeo (Viscaya), inter Tertiarias Regulares S. FRANCISCI recepta est, quarum conventus Immaculatae Conceptionis in Azpeitia opera eiusdem consobrinae conditus erat, quae postea, an. scilicet 1504, professionem religiosam emisit in ecclesia S. Petri de Elormendi coram celebri MARTINO DE SEGURA, O.F.M.OBS., cuius sermonem panegyricum sine dubio etiam IGNATIUS audivit.

In aula reginae GERMANAE DE FOIX in Arévalo in Castella (1507-1516) apud IGNATIUM multum valuit eiusdem amita MARIA DE GUEVARA, Tertiaria franciscana et postea in conventu ibidem a JOANNE VELÁZQUEZ DE CUELLAR fundato Ordinis S. CLARAE monialis professa; in eadem curia IGNATIUS certe cognovit Fratrem Minorem AMBROSIUM MONTESINO, eiusdem aulae celebrem modorum musicorum compositorem necnon *Vitae Christi* LUDOLPHI DE SAXONIA, O. CARTH, in linguam hispanicam interpretem, quod opus multum contribuit ad IGNATII conversionem an. 1521.

Postea IGNATIUS deversabatur apud ducem de Nájera, regis Navarrae vicarium (1517-1521), qui Fratribus Minoribus de Observantia ipsique FR. XIMÉNEZ DE CISNEROS magno usu coniunctus erat. Post conversionem, IGNATIUS initium paenitentiarum suarum cepit a peregrinatione facta ad sanctuarium B. M. V. in conventu O.F.M.Obs. in Aránzazu. Iam in ipsa conversione vita S. FRANCISCI in opere *Flos Sanctorum* descripta magnam vim in eum habuerat. Deinde notam omnino franciscanam prae se ferunt IGNATII amor erga humanitatem Christi Salvatoris, cultus Dominae Paupertatis, studium missionis in Terra Sancta, devotio erga SS. Nomen Jesu, contemplatio Dei habitantis et operantis in creaturis. Spiritualitas igitur franciscana in vita et incepto S. IGNATII magnam partem habuit. P. BONAVENTURA

284. — A. FERRUA, S.I., *Angeli del Paganesimo*, in *Civ. Catt.*, 1947, an. XCVIII, vol. 4, p. 51-58.

Breviter et per casum de S. FRANCISCO agitur qui S. FRANCISCI XAVERII patronus fuit, quia in huius sancti regione Seraphicus Pater maxime venerabatur, qui e contra primus inter omnes sanctos hoc nomen obtinuit, quin sit necessarium inquirere utrum ante illum aliud receperit. P. JULIANUS EYMARD

285. — BENJAMIN [DE MIDDES], O.F.M.CAP., *Deux âmes sœurs*, in *Message S. Franç.*, 1947, t. XXVI, p. 216-219, 233-237.

S. FRANCISCUS et S. THERESIA A JESU INFANTE, O.C.D., conferuntur. Apud utrumque inveniuntur eadem simplicitas quae in sinceritate et humilitate se manifestat, eadem fides quae a Deo omnia exspectat, eadem praesertim caritas quae ad omnia relinquenda omnesque animas salvandas utrumque fervide impellit.

P. JULIANUS EYMARD

286. — Mrs. WILLIAM O'BRIEN, *Saint Francis and Saint Conrad*, in *The Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 9, p. 11.

Auctrix narrat quomodo ipsa ipsiusque maritus S. FRANCISCUM cognoverint primum per eiusdem viri sancti vitam descriptam a J. JÖRGENSEN, postea per P. SABATIER opuscula. Ipsis in hac vita maxime placuit praesertim simplicitas paupertasque; quae simplicitas iterum nostris temporibus apud CONRADUM A PARZHAM, O.F.M.CAP., invenitur.

P. JULIANUS EYMARD

287. — C. DELEAUX, *S. Francesco d'Assisi et Carlo de Foucauld*, in *Vita Cristiana*, 1947, t. XVI, p. 486-497.

S. FRANCISCUS et CAROLUS DE FOUCAULD similes sunt: 1° quia Christo primum locum in sua vita dederunt; 2° quia eorum oratio profunda et continua erat; 3° quia ambo Evangelium ad litteram et sine glossa subsecuti sunt; 4° quia ambo a mundanis voluptatibus usque ad heroicam sanctitatem pervenerunt; 5° propter eundem erga Sanctissimam Eucharistiam amorem; 6° quia uterque suum tempus superat et ad universum mundum suam auctoritatem extendit.

P. JULIANUS EYMARD

288. — F. FRANCISCO, *El embrujo de San Francisco*, in *Verd. y Carid.*, 1947, t. XXIV, p. 129-130, 148, 172-173; 1948, t. XXV, p. 303-305.

Ex variis virorum illustrium biographiis excerpuntur notitiae eorum qui ad Ecclesiam catholicam pervenerunt vi et efficacia a S. FRANCISCO ASSISIENSI in eos exercita, dum extra Christi ovile aberrarent. P. MELCHIOR

289. — CLARE SHERIDAN, *Rayonnement d'Assise. Ma conversion*, in *Amis S. Franç.*, 1948, n. 50, p. 4-7; item in *Message S. Franç.*, 1947, t. XXVI, p. 268-271.

Relatio, quam CLARA CONSUELO SHERIDAN, noti WINSTON CHURCHILL consobrina, plurium librorum auctrix et statuarum artifex, de

sua ad catholicam fidem conversione, an. 1946 Assisii vi et auctoritate praesertim S. FRANCISCI peracta, anglice conscripsit, iuxta textum in *Voice of Assisi*, 1947, t. XII, p. 91-92, 96, editum gallice redditur.

P. BONAVENTURA

290. — CARMEN D'AUBREDY. *Broeder Frans.* (*Op Duitsen Grond*). Voorw. MARIE GEVERS. Vert. P. JOANNES MARIA [VAN KASTERLEE], O. F.M.CAP. Brugge, Franciscaanse Standaard, 1947. In-12°, 58 p.

Non de S. FRANCISCO, ut ex titulo colligeres, agitur hoc opusculum, sed de acerbis casibus qui A., puellae belgicae in custodiis germanicis Kreuzburg, Ravensbrück et Mauthausen detentae, acciderunt quosque, spiritu S. FRANCISCI corroborata, feliciter superavit.

P. BONAVENTURA

291. — L. LAURENT, O.F.M., *Humanisme et franciscanisme. Le problème de l'humanisme chrétien*, in *Message Franciscain*, 1947, t. II, p. 44 ss.

292. — G. L. PATINO, *O.F.M.*, *Franciscanismo en la literatura italiana*, in *Amor y Veridad*, 1947, t. I, p. 120.

293. — R.J. VALKHOFF. *Zeven Eeuwen Italiaansche Poëzie; van San Francesco tot Gabriele d'Annunzio*. Bussum, F.G. Kroonder, 1946. In-8°, 134 p.

Ut ex recensione huius operis in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 32, comperimus, inter carmina poetarum italicorum in hoc opere in sermonem neerlandicum conversa duo tantum ad rem franciscanam pertinent, scil. S. FRANCISCI *Canticum Solis* et carmen G. CARDUCCI de ecclesia Portiunculae. P. BONAVENTURA

294. — DON PINUZZO, *Rilievi francescani in letterati contemporanei*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 210-217.

Hic agitur primum de V. SCHIRILO, sacerdote Siculo, qui diversa poemata scripsit, inter quae unum quod inscribitur *Mistico sangue* et in quo poeta S. FRANCISCUM in Portiunculae rosis cantat. Idem V. SCHIRILO de italicis quibusdam scriptoribus iudicat, et sive de G. LEOPARDI, sive de G. CARDUCCI, sive de aliis loquitur, semper humanum cor ad Deum tendere et in solo Deo beatitudinem invenire ostendit. - Postea A. de AEMILIA SALVIONI et de L. UGOLINI scribit.

P. JULIANUS EYMARD

295. — BERNARDINO DA LAPEDONA, O.F.M.CAP., *Giunio Garavani scrittore francescano*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXII, p. 153-176.

Suadente G. SALVADORI atque desiderio actus primordia linguae italicae in Piceno illustrandi G. GARAVANI (1881-1943), ineunte saec. XX, quaestionem franciscanam perquisivit et erudite pertractavit, quamquam eius disquisitiones parum notae sint; idcirco omnem meretur laudem A., qui argumenta in eisdem contenta nobis hac sua dissertatione patefacit. Praemissa enim notitia biographica et bibliographica scriptoris, duo praecipua opera ab eodem exarata commemo-

rat, nimirum: *Il « Floretum » di Ugolino da Montegiorgio e i « Fioretti » di S. Francesco* (1905) et *Gli Spirituali Francescani nelle Marche* (1905). P. MELCHIOR

296. — ARSENIO DA CASORATE, O.F.M.CAP., *Gabriele D'Annunzio e il francescanesimo*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXII, p. 62-77.

Tametsi hic insignis Italiae poeta sequacem S. FRANCISCI ASSISIENSIS se proclamavit, recte ac merito A. demonstrat haud facile inveniri posse alium poetam a mente et spiritu S. Patriarchae adeo alienum immo eidem contrarium, quippe qui suis improbis moribus suaque profana scribendi ratione virtutes ac indolem spiritus franciscani propriam vel negavit vel adulteravit. Verumtamen fatendum est quod pulchre de locis franciscanis scripsit. P. MELCHIOR

297. — ARSENIO DA CASORATE, O.F.M.CAP., *Giovanni Papini e il suo incontro con S. Francesco*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXII, p. 241-258.

Inter eximios litterarum italicarum cultores hodiernos excellit J. PAPINI, qui die 14 iul. 1944 inter sodales Tertii Ordinis franciscalis adscriptus est. A. in hac dissertatione enarrat itinerarium conversionis eximii scriptoris necnon eiusdem habitudinem et consuetudinem cum Ordine S. FRANCISCI; iste an. 1911 prima vice apud montem Alvernae Fratres Minores novisse videtur, et exinde introductionem exaravit ad editionem *Floreti* et *Laudum* JACOPONIS TUDERTINI, O.MIN., qui quidem libri in collectio *I libri della Fede* ab eo directa typis prodiere. Denique A. indolem scriptoris examinat comparate ad virtutes quae spiritu franciscano magis sunt propriae. P. MELCHIOR

298. — D. MONDRONE, S.I., *«Poesia e contemplazione» di Guido Manacorda*, in *Civ. Catt.*, 1947, an. XCVIII, vol. 3, p. 444-448.

S. FRANCISCUS longe lateque poemata huius poetae italici inspiravit, qui suo modo creaturarum canticum cecinit.

P. JULIANUS EYMARD

299. — *Cervantes, Don Quijote y San Francisco*, in *Thau. Rev. Afirm. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 161-162.

MICHAEL CERVANTES DE SAAVEDRA Tertio Ordini franciscali an. 1616 aggregatus est. A. ex eiusdem opere *Don Quijote de la Mancha* eas notitias excerpsit quae aliquo modo S. FRANCISCUM ASSISIENSEM respiciunt. P. MELCHIOR

300. — MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M.CAP., *Sint Franciscus bij Aart van der Leeuw*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 138-145.

Ostenditur quomodo poeta neerlandicus AART VAN DER LEEUW magno quidem trahebatur studio spiritus S. FRANCISCI, sed nimis obnoxius cuidam sententiae ut dicunt naturalisticae, etsi non pantheisticae de vita humana, a recta mentis S. FRANCISCI interpretatione recessit, cum accessum ad Deum minus per mediatorem Christum, instar S.

FRANCISCI orationi vacantis et poenitentiam agentis, sed potius interposita rerum natura sibi patere opinaretur. P. BONAVENTURA

301. — M[AXIMILIANUS VAN MOERDIJK, O.F.M.CAP.], *Hermann Hesse en Sint Franciscus*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 28-29.

Brevis notitia de vita S. FRANCISCI, quam HERMANN HESSE, an. 1946 praemio *Nobel* honoratus, conscripsit, sequens vestigia P. SABATIER, H. THODE, K.A.V. HASE, et E. RENAN, et sanctum virum, totum catholicum, depingens ut protestanticum et rerum naturae contemplationi pantheisticae ut vocatur indulgentem. P. BONAVENTURA

302. — MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M.CAP., *Broeder Bernard van P. N. van Eijck*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 110-120.

Anno 1946 celeber poeta neerlandicus P.N. VAN EYCK edidit poëma de S. FRANCISCI primo discipulo BERNARDO DE QUINTAVALLE, inscriptum *Broeder Bernard* (Den Haag, A.A.M. Stols, 1946), cuius argumentum deprompserat e *Fioretti*. Ex eiusdem poetae vitae decursu operumque indole, praesertim vero ex accurata poematis citati interpretatione et cum *Fioretti* comparatione A. eruit sententiam poetae de vita hominis eiusque cum Deo communicatione omnino differre ab indole ac ratione S. FRANCISCI eiusque discipulorum, cum poeta, philosophia B. SPINOZA imbutus, itinerario animae in Deum christiano opponeret conceptum pantheisticum Dei in natura rerum immanentis ac solum in hominum conscientia semetipsum cognoscentis.

P. BONAVENTURA

303. — FIDENTIUS VAN DEN BORNE, O.F.M., *De Franciscus-Beschouwing van Chesterton*, in *Praeco Regis*, 1948, t. II, p. 138-144, 185-191.

304. — FIDENTIUS VAN DEN BORNE, O.F.M., *De Franciscus-Roman van Timmermans*, in *Praeco Regis*, 1948, t. II, p. 92-96.

305. — ALFONSO CASINI, O.F.M., *Il Serafico San Francesco, poema in venti canti in ottava rima di Fr. Giacomo Caribi da Porto Maurizio, O.F.M.*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 135-165.

Vita et indole IACOBI CARIBI, O.F.M., descriptis, A. tempora moresque in quibus hoc poema componebatur perlustrat, scilicet saeculum XVI, quo exeunte descriptum est (an. 1595). Huius poematis fontes explorantur, qui tres sunt: 1° *Fioretti*, 2° THOMAE A CELANO *Sancti Francisci Assisiensis vita et miracula*, 3° S. BONAVENTURAE *Legenda maior* et *Legenda minor*; praecipuus tamen fons est *S. Francisci vita* quae lingua italica anno 1474 typis mandata erat. De aesthetico huius poëmatis valore multum disseritur; secundum A. mediocritatem non excedit. P. JULIANUS EYMARD

306. — GIOVANNI BASTIANINI, O.F.M.CONV., *L'elegia del Pontiano a San Francesco*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 571-578.

G. PONTIANO libellum inscriptum *Liber de laudibus divinis* reliquit, in quo etiam S. FRANCISCUS canitur. Prope Perusiam natus, aliquoties Assisium probabiliter ivit et pluries in operibus suis perfectionem franciscanam significavit. *Hymnum ad Divum Franciscum* an. 1458 composuit, qui aliquoties laudatur, aliquoties vituperatur. A. concludit, poesim hanc non inter meliores numerari posse, sed tamen cum melioribus posse conferri, quae de S. FRANCISCO scriptae sunt.

P. JULIANUS EYMARD

307. — L. CHANCEREL. *Le grillon franciscain.* Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 120 p.

Hoc opusculum preces et poemata continet, inter quae possumus signare: *L'homélie que fit Saint François à frère feu et à sœur eau en la douloureuse année 1943.* P. JULIANUS EYMARD

308. — J.M. LÓPEZ PICÒ. *Corona d'aloses al roser de Sant Francesc.* Barcelona, Torrel de Reus, 1947.

Hispanicus poeta diversa poemata in S. FRANCISCI honorem scripta hoc in opere colligit. Notatur praesertim hymnus quem anno 1927 in eiusdem viri sancti centenario composuit. P. MELCHIOR

309. — BRUNO VIJDT, O.F.M. *Franciscaans Declamatorium.* Verzameld door P. BR. V. 2 vol. Vol. I: *Il Poverello.* Vol. II: *Menestreelen Gods.* St. Truiden, 1947, 1948. In-8°, 189 et 300 p.

Iam an. 1941. BR. VIJDT, O.F.M., edidit opus, in quo selecta de S. FRANCISCO carmina et narrationes neerlandici sermonis proposuit (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 286-287). In primo volumine praesentis operis novam eiusmodi seriem collegit, quae carmina vel narrationes de S. FRANCISCO post an. 1941 neerlandice edita vel ipsi A. notificata, necnon aliqua carmina, an. 1941 ex parte tantum edita, integra comprehendit. Volumen alterum, praeter aliqua carmina de S. FRANCISCO, quorum notitiam A. nisi post editionem primi voluminis non habuit, complectitur versus et narrationes de pluribus sodalibus trium Ordinum S. FRANCISCI, chronologico ordine disposita. Finis practicus totius collectionis in ipso titulo iam indicatur. Carmina, quae collectioni adhuc adiungi potuerunt, a censore in *Franc. Leven*, 1949, t. XXXII, p. 90-91, referuntur. P. BONAVENTURA

310. — *De Spelewei*, 1947, t. VIII, April.

Iuxta notitiam editam in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 126, totus fasciculus mensis Aprilis periodici commentarii *De Spelewei* (i.e. ludorum pratum) cultui cantus, ludorum artisque musicae destinati, S. FRANCISCO ASSISIENSI dedicatus est. Continet tria carmina composita a MICHEL VAN DER PLAS, JACQUES BENOIT (CLIMACUS BAYER, O.F.M.) et a quodam poeta mediaevali quod H. STRATEGIER modis musicis rescripsit: nonnullas expositiones prosa oratione conscriptas, orationem ad S. FRANCISCUM a FRANS VAN OLDENBURG ERMKE compositam; tres fabulas scaenicas, scil. soliloquium S. FRANCISCI, conscriptum ab H. GHÉON, musicis notis redactum, ultimam scaenam spectaculi B. VER-

HOEVEN *De Bonte Tocht*, et breviorem quendam ludum FR. GUMMARI; denique fabularum scaenicarum partes et personas descriptas a CUNO VAN DER STEEN et ARNOLD PIJPERS. P. BONAVENTURA

311. — WOJCIECH BĄK. *Swięty Frańciszek*. Łódź-Wrocław, Wydawnictwo Władysława Bąka, 1948. In-8°, 430 p.

A., notus in Polonia poeta, in hoc poemate scaenico, « Sanctus Franciscus » inscripto, eundem Sanctum ut fidelissimum Christi sequacem arte metrica eleganter describit, lineamenta maxime insignia vitae Seraphici Patris ante oculos ponendo (conversionem ad Magistrum Divinum, sponsalitium cum Domina Paupertate, commorationem in Curia Romania ad obtinendam oralem instituti sui adprobationem, iter in Orientem, pugnas pro defendenda Paupertate, recessum in solitudinem, mortem). Tota descriptio discriminis inter Sanctum et modernos instituti moderatores nimis sententiae P. SABATIER indulget; verba « Vos traditores estis » omnino discrepant cum fide historiae et sancti viri seraphica indole et natura. Opusculum typographica arte eleganter editum est. P. JOANNES VIANNEY A KONARZYCE

312. — M. DUCHATEAU, *Is Frans van Assisi de vader der Italiaanse kunst?*, in *Kultuurleven*, 1947, t. XIV, p. 279-286.

313. — B. BRUNI, *Le Pitture Giottesche nella parte sinistra della Basilica superiore*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 329-344.

Hic A. non quaerit quis sit auctor diversarum picturarum quas omnes in ecclesia superiore S. FRANCISCI Assisii admirari possunt; talis enim inquisitio ipsi inutilis et vana esse videtur. Vult tantum harum picturarum pulchritudinem ostendere. Ideo unam post alteram omnes has picturas considerat, earum argumentum explicat et cum celebri Tusco pictore earum poesiam sentit. P. JULIANUS EYMARD

314. — PIETRO TOESCA. *Gli affreschi della vita di S. Francesco nella Chiesa Superiore del Santuario di Assisi*, riprodotti in 261 tavole fotografiche a cura di G. BENCINI e M. SANSONI. Firenze, Borgognissanti 10.

Non omnes de GIOTTO picturis, quae superiorem Assisii ecclesiam adornant, consentiunt, cum alii dicant illas recte ipsi pictori tribui, alii eiusdem discipulis illas attribuant. Ad dirimendam hanc controversiam, utile necessariumque est hoc opus; de illo maior laus fieri nequit. P. JULIANUS EYMARD

315. — M.A. ORLINI, O.F.M.CONV. *Conferenze, seconda serie*. Padova, Messaggero di S. Antonio, Basilica del Santo, 1947. In-8°, 278 p.

Hoc in opere, quaedam de S. FRANCISCO scripta sunt, ut *S. Francesco e Giotto* et *S. Francesco d'Assisi patrono d'Italia*.
P. JULIANUS EYMARD

316. — V. CRISPOLTI. *Guida della Basilica Papale e del Sacro Convento di S. Francesco di Assisi.* Assisi, Casa Ed. Francescana dei FF. MM. Conventuali, (1947). In-12°, 144, 54 p.

Incipit A. cuum opus Basilicae Papalis et Sacri Conventus historiam narrans. Postea triplicem ecclesiam describit, necnon praecipuos Sacri Conventus thesauros. In fine agitur de *S. Francesco Piccolino* et de Rivo Torto (cf. *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 634).

P. JULIANUS EYMARD

317. — J. TRANCHANT, *L'extase de Saint François,* in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 44, p. 1-4.

A. quaerit utrum pictura, in qua S. FRANCISCUS orans effingitur, celebris gallici pictoris G. DE LA TOUR opus sit an non. Affirmative concluditur; postea pictura haec feliciter describitur.

P. JULIANUS EYMARD

318. — MAURO GALLETTI, O.F.M. *Magnificabitur Christus.* Mottetto a tre voci pari e Organo. II ediz. Perugia, Tipografia Porziuncola, (1947). In-4°, 4 p.

III. - RELATIONES DE STUDIIS, DOCTRINIS ET SCRIPTORIBUS FRANCISCANIS

A. - De studiis

319. — E. Longpré, O.F.M., *L'activité scientifique dans l'ordre franciscain*, in *Culture*, 1948, t. IX, p. 111-123.

Die 12 febr. 1948 aperiebatur in civitate Québec Biblotheca Antoniana, in cuius solemni inauguratione A. hanc collationem habuit disserens de studiis in Ordine Franciscali, et primo quidem de eorum instauratione saec. XIII, deinde autem de eorum propagatione, deque vi ac momento quod tum in universitates tum in eruditos viros extra Ordinem exercuerunt. Hic excursus magnam A. eruditionem ostendit, desiderantur tamen notitiae bibliographicae e quibus prolatae sententiae confirmarentur. P. Melchior

320. — Palémon Glorieux, *Jean de Saint-Germain, maître de Paris et copiste de Worcester*, in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra*, n. 102), p. 513-529, Louvain, 1947.

Joannem de Saint-Germain, rectius Joannem Germeyn, O.S.B., fuisse scriptorem librarium *cod. Q. 99*, adservati in Worcester (Anglia), Cathedral Library, A.G. Little iam dixerat, quam sententiam A., isto codice cum *cod. F. 69* eiusdem bibliothecae comparato, confirmat. Disquisitio A. ad plures notitias maioris momenti conduxit circa historiam scholae Oxoniensis an. 1298-1302. Quod ad Franciscanos attinet, haec notantur: *An. 1898-99*: J. Bassat magister (lector an. 1297-99), Howden (inceptio), Thomas Rundel magister, Horle - Houden - Beverle - Martinus Alnwick - Petrus de Baldeswell bacellarii vel studentes. *An. 1299-1300*: Rundel (lector 1298-1300) - Houden (1299-1301) magistri, Philippus Bridlington inceptio (jul. 1300), Beverle - Baldeswell - Bridlington - Conington - Martinus Alnwick - Scotus bacellarii vel studentes. *An. 1300-1301*: Bridlington (lector 1300-1302) magister, Baldeswell inceptio (jun. 1301), Conington - Horle bacellarii vel studentes. *An. 1301-1302*: Baldeswell (lector 1301-1303) magister, Horle inceptio (jun. 1302), Martinus Alnwick - Beverle - Conington bacellarii vel studentes. Circa

singulorum nomina et biographiam A. remittit ad ECCLESTON et A.G. LITTLE - F. PELSTER, *Oxford Theology and Theologians c.A.D. 1282-1302*, Oxford, 1934. P. BONAVENTURA

321. — C. PIANA, O.F.M., *Nuovo contributo allo studio delle correnti dottrinali nell' Università di Bologna nel sec. XIV*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 221-254.

A. primum codicem manuscriptum *Bibl. Laurentianae, Fesul. 161*, describit qui tredecim opera diversa continet inter quae FRANCISCI DE MARCHIA, O.MIN., *Quaestiones super Metaphysicam* (f. 67a-73a). Sed A. de duobus tantum tractat, scilicet: MATTHAEI DE EUGUBIO, *Quaestiones super libros meteororum*, et JOANNIS DE PARMA, *Quaestio*. De primo qui non est franciscanus nil hic est dicendum; de secundo A. quaerit quisnam fuerit, cum quattuor magistri eiusdem nominis saec. XIV noti sint, unus carmelitanus, alter franciscanus, tertius medicus, quartus dominicanus. Exclusis carmelitano ac francescano, A. cogitat hic agi potius de dominicano. In fine publicatur documentum (Bologna, *Archivio di Stato*, 345/5088, num. 97) in quo includitur actio quam BARTHOLOMAEUS DE GRASSIS, O.MIN., adversus FRANCISCHINUM DE YMOLA, O.P., competit (1369-1371). P. JULIANUS EYMARD

322. — *Marioricensis Schola Lullistica studiorum mediaevalisticorum. Recensio asseclarum.* Palma di Majorca, 1947. In-8°, 24 p.

Hoc in opusculo inveniuntur nomina eorum qui anno academico 1946-1947 docuerunt in Schola Lullistica Maioricensi, eorum quoque qui honoris causa doctorum lauream acceperunt, amicorum atque benefactorum, denique alumnorum. In fine invenitur bibliographia lullistica. P. JULIANUS EYMARD

323. — P. SANAHUJA, O.F.M., *La universidad de Lérida y los Franciscanos*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1947, ser. 2, t. VII, p. 167-242.

A. diuturno labore perscrutatus est partes quas alumnis Ordinis franciscalis in historia Athenaei Ilerdani (Lérida) obveniunt, de quo argumento fuso calamo disseruit, nimirum: *La enseñanza de la teología en Lérida. Cátedras regentadas por maestros franciscanos (siglos XIV-XV)*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1935, t. XXXIX, p. 418-448; 1941, ser. 2, t. I, p. 270-298 (cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 427). Nunc autem, novis examinatis documentis, notitias olim traditas complet vel emendat, addita dissertatione de JOANNE MORENO, O.F.M.CONV., in eodem Athenaeo professore, qui an. 1560 a primoribus civitatis ablegatur ad aulam regiam Hispaniae ad subsidia pecuniaria obtinenda. Notitiae ex documentis nondum editis excerpuntur; ratio autem dicendi non satis accurata apparet. P. MELCHIOR

324. — L. DI FONZO, O.F.M.CONV., *Il Collegio di S. Bonaventura a Quaracchi. Settant'anni di studio e di gloria (1877-1947)*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 200-210.

Vertente septuagesimo anniversario (1877-1947) a fundatione percelebris Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas (Quaracchi-Firenze), A. paucis exponit uberes operositatis scientificae fructus, quos

his labentibus annis Fratres Minores in eo collegerunt tum quoad doctrinam tum quoad historiam, potissimum critica et accurata textuum editione (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 348 sq.). Hic articulus antea prodierat in *Ecclesia* (Città del Vaticano), 1947, t. V, p. 256-261.

P. MELCHIOR

325. — *O. Hemmerich, O.F.M., The Franciscan House of Studies at Peking*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 188-192.

Auctore A. SCHNUSENBERG, O.F.M., institutum est in urbe Peking collegium ad linguam sinicam addiscendam, quod quidem collegium paulo post in domum studiorum pro sodalibus franciscalibus convertitur, in eaque professores alacriter disciplinis ecclesiasticis operam impendunt, editis libris de re philosophica et theologica ad usum et utilitatem praesertim cleri indigeni A. breviter recenset praecipua opera huiusmodi, inter quae certe excellit versio sinica sacrorum bibliorum, quae moderante G.M. ALLEGRA, typis editur (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 354). P. MELCHIOR

326. — *De Instituto pro investigatione linguarum morumque populorum indigenarum in Missione de Caquetà*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 155-156.

327. — I. F. DE L., O.F.M.CAP., *El Centro de Investigaciones linguísticas y etnológicas en la Amazonía colombiana* (C.I.L.E.A.C.), in *Estudios Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 322-325.

Hoc Institutum (n. 326-327) conditum est an. 1933 in Sibundoy (Colombia) a MARCELLINO A CASTELLVÍ, O.F.M.CAP., et ob accessiones scientificas tum philologiae tum ethnographiae collatas magnam laudem assecutum est. His duabus relationibus breviter attingitur methodus a sodalibus Instituti in suis pervestigationibus adhibita et insuper enarratur eius consuetudo cum athenaeis aliarum nationum.

P. MELCHIOR

328. — *Pontificium Athenaeum Antonianum*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 14-19; 1948, t. LXVII, p. 20-27.

Enarratur solemnis anni academici inauguratio an. 1947 et 1948 atque simul exhibentur notitiae maioris momenti, quae operositatem scientificam in hoc Pontificio Athenaeo patefaciunt. P. MELCHIOR

329. — *Pontificia Facultas Theologica O.F.M.Conv. in Urbe*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 37-43, 145-149; 1948, t. XLV, p. 20-31, 130-137, 193-199.

Describitur solemnis cursus academici inauguratio an. 1947 et 1948 et aliae traduntur notitiae utiles ad actionem scientificam huius Pontificiae Facultatis Theologicae O.F.M.Conv. perspiciendam. Praesertim memorandae sunt eruditae acroases quas Minister generalis BEDA HESS hanc nactus occasionem proferre solet; etenim an. 1946 disseruit de studio disciplinarum ecclesiasticarum; anno autem 1947 notitias biographicas tradidit de doctoribus scholae franciscanae praesertim de sodalibus O.F.M.Conv. ad nostro usque dies; demum an. 1948 motivum explanavit studiorum in Ordine Seraphico, quod se-

cundum ipsum oratorem «semper fuit et est et esse debet sanctitas vitae et salus animarum». P. MELCHIOR

330. — *Annua relatio Collegii Internationalis S. Laurentii Brundusini de Urbe.* (*1946-1947*), in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 201-207.

331. — *Annua relatio Collegii Internationalis S. Laurentii Brundusini de Urbe.* (*1947-1948*), in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 188-192.

In his annuis relationibus (n. 330-331) exhibentur status personalis, inauguratio anni academici, exitus examinum alumnorum, ceteraque huiusmodi ad vitam et actionem scientificam Collegii attinentia. Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 349 sq. P. MELCHIOR

332. — *Solemnis inauguratio anni 1947-48 studiorum Commissionis Scotisticae,* in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 140-147.

Ineunte anno X a constituta commissione pro editione operum omnium JOANNIS DUNS SCOTI, O.MIN., paranda, eius praeses CAROLUS BALIĆ, O.F.M., lucida acroasi exposuit laborem usqueadhuc, praesertim an. 1947-48, peractum tum a sociis in Urbe degentibus tum ab aliis per diversas Europae nationes adlaborantibus pervestigando bibliothecas, librarias, etc.; demum sermonem quoque facit de momento huius editionis. Cf. AMEDEUS A ZEDELGEM, O.F.M.CAP., *Joannis Duns Scoti operum absolutae editionis efficax propositum,* in *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 261-274. P. MELCHIOR

333. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae Rev.mi P. Ministri Generalis de erigendo Instituto Franciscano ad studia Orientalia promovenda,* in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 126-127.

His litteris die 16 iun. an. 1948 datis, supremus moderator O. F.M. instaurationem annuntiat specialis Instituti in urbe Ghiza prope Cairi metropolim, simulque propositum in eo exsequendum significat, de quo cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 350. P. MELCHIOR

334. — *Septimus Lectorum Congressus Provinciarum linguae Gallicae,* in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 113-114.

Diebus 10-12 sept. an. 1947 in Phalsbourg civitatem coactus est conventus lectorum franciscalium Galliae, cuius relatio paucis hic exhibetur. LEO SEILLER, O.F.M., disseruit de humana Christi psychologia, amplectens sententiam DEODATI DE BASLY, O.F.M., qui « postulat independentiam perfectam in ordine psychologico, etsi remaneat Christus omnino dependens a Verbo in Ordine ontologico ». Item VICTOR COMTE-LIME, O.F.M., ad mentem ALEXANDRI DE HALES, O.MIN., locutus est de origine ac momento creaturae, de eius essentia et operatione. ANTONIUS DE SÉRENT, O.F.M., egit de Fratribus Minoribus comparate ad jansenismum. Demum BERNARDINUS COLLIN, O.F.M., explicans munus lectoris quoad iuvenum religiosorum educationem, fassus

est hunc una cum clericorum magistro incumbere debere in iuvenes educandos, praesertim exemplum praebendo regularis disciplinae.

P. Melchior

335. — *Collegium Apostolicum Ordinis Fratrum Minorum*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 144-147.

Hac in relatione editur epistola Ministri generalis O.F.M. Pacifici M. Perantoni (14 iul. 1947), qua ministros provinciarum Italiae certiores facit de institutione Collegii Apostolici pro sodalibus earundem provinciarum ad idoneos sacros concionatores et missionarios rite instituendos secundum spiritum S. Francisci et exigentias temporis hodierni (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 452; 1949, t. XIX, p. 350); praeterea peculiaria statuta vulgantur, quibus huiusmodi Collegium regi debet.

P. Melchior

336. — *Congressus Interprovincialis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum « De hodiernis Apostolatus necessitatibus » (Romae, 21-27 nov. 1948)*, in *Anal. Ord. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 165-175.

Praemissa notitia de origine huius congressus, mox enucleantur eius propositum et natura, nimirum explorandi quidnam ad salutem animarum promovendam hic in rerum adiunctis Ordo perficere valeat animumque sodalium excitare ut omni contentione regnum Christi dilatare satagant iuxta mentem et normas a Sancta Sede traditas. Deinde adumbrantur argumenta pertractata, quae triplicem veluti seriem complectuntur, quarum prima refert conditionem Ordinis comparate ad apostolatum hodierno tempore exercendum; altera autem conditionem religiosam, moralem et socialem populorum huius nostrae aetatis; tertia denique subsidia significavit quibus apostolatus validius et efficacius secundum propriam Ordinis vocationem exercendus est.

P. Melchior

337. — *Corso di studio per la preparazione all'Apostolato tenuto a Castelnuovo Fogliani dal 22 Febbraio al 3 Marzo 1948*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 109-112.

Annuente Ministro generali O.F.M., ex omnibus Italiae provinciis convenerunt sodales franciscales ut collationes peritorum virorum audirent de necessitatibus spiritualibus temporis hodierni ut exinde una simul cum ipsis subsidia aptiora invenirent ad populum christiane erudiendum et instituendum. Praebetur catalogus argumentorum; maiorem tamen hic catalogus haberet utilitatem, si summa saltem eorundem argumentorum exhiberetur.

P. Melchior

338. — *II Coetus Paedagogicus Franciscalis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 169-173.

Proferuntur in lucem acta conventus scientifici Romae ad S. Theodorum coacti diebus 8-14 sept. an. 1948, in quo sodales O.F.M.Conv. provinciarum Italiae, qui munus iuventutem religiosam instituendi susceperunt, « exigentiam et actualitatem paedagogiae franciscalis » suis disquisitionibus exposuerunt.

P. Melchior

339. — *Relatio studiorum Cursus pro educatoribus italicis Ordinis nostri [O.F.M.] in Collegio Antoniano Romano peracti (25 aug. - 19 sept. 1947)*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 200-203.

Spatio 26 dierum, scil. a die 25 aug. ad diem 19 sept. anni 1947 Romae conventus educatorum O.F.M. coactus est, eorum nempe qui in provinciis italicis in instituendis adolescentulis et iuvenibus religiosis operam suam impendunt. In sodalium utilitatem editur index praelectionum, quas hac occasione viri in arte periti tradiderunt.

P. Melchior

340. — *Primus Congressus Nationalis Marianus Fratrum Minorum Italiae*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 156-163.

Breviter perstringuntur fausti eventus huius primi congressus marialis Romae habiti a die 29 apr. ad diem 3 maii an. 1947 ad disceptandum de morte et assumptione Virginis Mariae; deinde exhibetur sessionum ordo atque analysis singularum dissertationem praebetur.

P. Melchior

341. — Giancrisostomo da Cittadella, O.F.M.Cap., *Gli studi nella Provincia Veneta durante le soppressioni e loro indirizzo neoscolastico*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 298-310.

A. diligenti investigatione, fere semper fontibus ineditis suffulta, statum studiorum exposuit in provincia Venetiarum O.F.M.Cap. per saeculum XIX, quo bis (an. 1810 et 1866) eius coenobia abrogata sunt. Quum autem post abrogationem coenobiorum ineunte saec. XIX ditio Veneta imperio Austriae subiecta esset, deinde ratio studiorum legibus imperialibus conformis esse oportebat, etsi sodales religiosi aegerrime id ferrent, quare illa numquam perfecte in hac provincia monastica observata est. A. certiores nos facit de variis studiorum domibus ac de professoribus qui disciplinas ecclesiasticas tradiderunt. Praeterea A. enititur demonstrare professores disciplinarum ecclesiasticarum, scil. philosophiae et theologiae, motum neoscholasticum secutos esse; quia vero dumtaxat unum tractatum logicae, et quidem manuscriptum et ab ignoto auctore compositum, adducit, illa sententia non satis comprobatur. P. Melchior

342. — *Cattedra Francescana.* (Sala Morone - S. Bernardino Verona). *Attività della Cattedra.* I. Ciclo: Marzo, Aprile, Maggio 1947. II. Ciclo: Marzo, Aprile, Maggio 1948. Verona, Tipografia Operaia, 1948. In-8°, 48 p. cum ill.

343. — Damianita. *Attività della « Sala Francescana di cultura » a S. Damiano (Assisi)*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 189-191.

Assisii ad S. Damiani, auctore A. Giorgi, O.F.M., an. 1945 sodalitium instauratum est ad argumenta quae magis societati hodiernae interesse possunt pertractanda secundum mentem ac spiritum S. Francisci eiusque institutionis. Nunc autem breviter recensentur tum quaestiones enucleatae tum viri periti qui de eiusdem egerunt.

P. Melchior

344. — PACIFICO M. PERANTONI, O.F.M., *Lettera circa l'Istituto Superiore di Scienze e Lettere dei Frati Minori d' Italia in Napoli* (*S. Chiara*), in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 147-150.

Minister generalis O.F.M. monita salutaria tradit (12 aug. 1947) ut Institutum Superius scientiarum et litterarum ad S. Clarae Neapoli instauratum ad professores Ordinis instituendos, copiosiores fructus afferat. P. MELCHIOR

345. — *Vierzigster Jahresbericht der Lehr- und Erziehungsanstalt der Patres Kapuziner am Kollegium St. Antonius in Appenzell, Kantonsschule von Appenzell Innerrhoden* (*Schuljahr 1947-48*). Appenzell, Genossenschafts-Buchdruckerei, 1948. In-8°, 48 p.

346. — *Einundvierzigster Jahresbericht der Lehr- und Erziehungsanstalt der Patres Kapuziner am Kollegium St. Antonius in Appenzell, Kantonsschule von Appenzell Innerrhoden* (*Schuljahr 1948-49*). Appenzell, Genossenschafts-Buchdruckerei, 1949. In-8°, 51 p.

Haec opuscula (n. 345-346) continent annuas relationes operositatis scientificae in hoc collegio, quod sodales O.F.M.Cap. provinciae Helveticae moderantur, scil. normas generales instituti, catalogum moderatorum et alumnorum, disciplinas traditas, subsidia et alias huiusmodi notitias. P. MELCHIOR

347. — *Verslag van de 8ste Professorenconferentie te Aalst op Maandag 12e April*, in *Vox Minorum*, 1948, t. II, p. 363-388.

In VIII conventu professorum seminariorum seraphicorum provinciae Belgicae O.F.M.Cap. die 12 aprilis 1948 Alosti habito, duo argumenta tractata sunt: P. PACIFICUS A PAMEL in dissertatione inscripta *Onze taak ten overstaan van de roeping onzer studenten* (p. 363-376), praemissa bona bibliographia, descripsit vocationem sacerdotalem (quidnam sit; quomodo cognoscatur) et munus professorum seminariorum seraphicorum ad vocationes colendas (conquisitio candidatorum, eorumque in seminario selectio, instructio intellectualis, spiritualis et moralis, cultura vocationis sacerdotalis, spiritualis et moralis, cultura vocationis sacerdotalis, praesertim exemplis ipsorum magistrorum). P. BERNULPHUS A RIJSBERGEN in acroasi *De lezing bij onze studenten* (p. 379-386) exposuit quinam libri legendi studentibus opportune tradi possent et quomodo praeceptores lectionem studentium moderarentur. Duorum oratorum expositiones et discussiones subsequentes optima consilia pro educanda seraphica iuventute continent. P. BONAVENTURA

348. — *Vijf en twintig jaar Franciscaans Missiecollege, uitgegeven bij de viering van het zilveren jubileum 2 Juli 1947*. Sittard, 1947. In-8°, 57 p.

Ad celebrandum diem anniversarium XXV fundationis Collegii Missionarii Franciscani in Sittard editum est hoc opusculum, in quo, praeter alia, historia ipsius collegii succincte describitur a P. NARCISSO VAN SUMMEREN, O.F.M., et P. MAURO HENDRIKS, O.F.M.

P. BONAVENTURA

349. — *A Voz do Seminário.* Santa Teresa, E.E. Santo, Seminário Seráfico « São Francisco de Assís », PP. Capuchinhos. Año I, n. 1, 5 de Junho de 1947. In-fol., 4 p.

350. — *Ensayos. Rivista estudiantil Franciscana.* Director: Fr. Bernardino M. Yanez, O.F.M. Año VII, enero-junio 1948. Numero especial en comemoración del XII aniversario de la fundación del seminario de San Antonio en El Paso, Texas EE.UU. El Paso (Texas), 1948. In-8°, 122 p.

351. — *Primo corso di studio per gli educatori francescani d'Italia.* (*29 agosto - 19 settembre 1947*). *Atti.* (pro manuscripto). Roma, Curia Generalizia dei Frati Minori, 1948. In-8°, 95 p.

352. — *El Seminario Franciscano de la Serena,* in *El Norte,* 18 Sept. 1947.

B. - De doctrinis franciscanis in genere

1. - *De schola franciscana*

a. - De doctrinis philosophicis

353. — Étienne Gilson. *La philosophie au moyen âge. Des origines patristiques à la fin du XIVème siècle.* Réimpression. (Bibliothèque historique). Paris, Payot, 1947. In-8°, 784 p.

Cf. recensionem editionis germanicae in *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 48*-49*, et 1939, t. IX, p. 27*-28*.

354. — É. Gilson. *Lo spirito della filosofia medioevale.* Traduzione di P. Sartori-Treves. (Coll. di Filosofia). Brescia, Morcelliana, 1947. In-8°, 428 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 41*-42*, et 1935, t. V, p. 327-328.

355. — M. De Wulf. *Histoire de la philosophie médiévale.* Tome III: *Après le XIIIème siècle.* 6ème éd. Paris, J. Vrin, 1947. In-8°, 295 p.

356. — Johann Fischl. *Geschichte der Philosophie.* I: *Altertum und Mittelalter.* (Christliche Philosophie in Einzeldarstellungen. X). Wien, Pustet, 1947. In-8°, XVI-400 p.

356ª. — Idem. 2. Auflage. Wien, 1948.

357. — R. Cenal, *Histoire de la philosophie espagnole,* in *Revista de Filosofía,* 1947, t. VI, p. 349-353.

Est recensio operis a J. CARRERA Y ARTAU editi et inscripti *Historia de la filosofía española. Filosofía cristiana de los siglos XIII al XV*, t. II (Madrid, Asociación española para el progreso de las Ciencias, 1943. In-8°, 686 p.). Inter scotistas saec. XIV, R. CENAL refert ANTONIUM ANDRÉS, O.MIN.; multa dicit de B. RAYMUNDO LULLO, T.O.S., et de eiusdem vi ac auctoritate apud posteros. P. JULIANUS EYMARD

358. — FILOTEO BÖHNER, O.F.M., *Franciscanismo y Filosofía*, in *Itinerarium* (Buenos Aires), 1948, t. V, n. 12.

359. — PELAYO DE ZAMAYÓN, O.F.M.CAP., *La filosofia franciscana*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 177-197.

Inter philosophos scholasticos A. distinguit maiores, minores et independentes. Maiores sunt aut Franciscani aut Dominicani aut Iesuitae: minores aut averroistae aut nominalistae aut Carmelitani et Augustiniani. Inter independentes inveniuntur ROGERUS BACON, O. MIN., et RAYMUNDUS LULLUS, T.O.S. Inter nominalistas invenitur GULIELMUS DE OCKHAM, O.MIN. Alii doctores franciscani ad scholam franciscanam pertinent, quae in duas familias condividitur, altera quae a S. BONAVENTURA, O.MIN., emanat, altera a B. JOANNE DUNS SCOTO, O.MIN. Prioris notae peculiares sunt: mentis illuminatio, rationes seminales, exemplarismus, temporalis creatio Verbo mediante, voluntarismus. Posterioris notae peculiares sunt secundum A. negativae, cum non admittuntur nec mentis illuminatio, nec rationes seminales. Utrique communes notae sunt: voluntarismus, christocentrismus. Quidquid cogitat A. huius articuli, summa eius sententia haec esse mihi videtur, scilicet: multum difficile est scholae franciscanae notas peculiares delineare. P. JULIANUS EYMARD

360. — EFREM BETTONI, O.F.M. *Visione francescana della vita*. Brescia, Morcelliana, 1948. In-12°, IV-199 p.

Opus hoc non ad vulgi sed doctorum intentionem conscriptum est (p. III-V); quid sit vitae christianae franciscana visio non tantum ex S. FRANCISCI vita eruere A. sibi proposuit, sed etiam ex aliis scriptis franciscanis praesertim ex S. BONAVENTURA et JOANNE DUNS SCOTO. Sex huius visionis notae sunt: voluntarismus, cum voluntas actionis suae principia non ex intellectu sed ex semetipsa exhauriat (p. 19-31), deitatis essentia non ex ente aut ex intellectu desumatur, sed ex voluntate seu bonitate (p. 31-57); homo bonitati divinae amore alacritateque respondet, dilectione magis quam intellectione (p. 57-93); Christus Incarnatus et amoris divini et amoris humani centrum est, ita ut ante omnem creaturam a Deo eligatur ut totius creationis princeps, et hominum et angelorum, etiam si Adami peccatum non fuisset (p. 93-143); omnes irrationales creaturae huic amori divino in Christo egregie expresso, quia amoris divini sunt opus effectusque, respondent, quod in *Cantico Solis* a S. FRANCISCO egregie ostenditur (p. 143-169); denique homines, etsi liberi deficere possint, sicut Deus in Christo, per Christum, et cum Christo, primogenito, eos dilexit, ita inter se caritatis vinculo ligari debent, et hoc tota sua vita S. FRANCISCUS docet (p. 169-194).

De hoc egregio compendio A. gratulari debemus. Liceat tamen aliqua animadvertere. Primum inter diversas S. FRANCISCI biographias illas eligit A. quae publici iuris dici possunt, ut Legenda S. BONAVENTURAE; sed sunt aliae quae dici possint iuris privati, ut diversa Specula, de quibus quasi nihil A. dicit. Deinde franciscanorum voluntarismo S. THOMAE intellectualismus opponitur; sed huius intellectualismi non est tantum una interpretatio, illam quam exponit A., sed sunt aliae, franciscano voluntarismo viciniores (cf. P. ROUSSELOT, S.J., *L' intellectualisme de S. Thomas*, Paris, 1908), quae etiam apud nonnullos auctores franciscanos inveniri possint. Omnes sciunt S. BONAVENTURAM Christi primatum non admittere; A. hoc fatetur, sed dissensionem hanc non negare, sed minuere conatur; qui conatus nos nonnihil dubios reliquerunt. In cap. I voluntarismum franciscanum definit metaphysice ut praeeminentiam bonitatis, dum S. FRANCISCI voluntarismus tantum practicus dicitur praeeminentia amoris, sine philosophica ratione; haec dissimilitudo haud parva mihi videtur, cum S. FRANCISCI voluntarismus extra philosophiam ponitur et quamlibet philosophicam explanationem accipere potest. B. PASCAL sententia « Le cœur a ses raisons que la raison ne connaît pas » haud recte intelligitur, cum apud hunc philosophum « cor » est simul et voluntaria et intellectualis potentia (p. 23). S. FRANCISCUS SALESIUS et NICOLAUS CUSANUS in hoc sensu tantum scotistae dici possunt quod Christi primatum admittunt, cum ceteroquin Doctori Subtili saepe opponantur (p. 12). Hae animadversiones non impediunt quominus animae franciscanae cibum spiritualem in hoc libello inveniant.

P. JULIANUS EYMARD

361. — C. OMAECHEVARRIA, O.F.M., *La naturaleza y la gracia. Filosofía integral cristiana*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 349-363.

In primis, A. quaestionem ponit: Si homini visionis beatificae naturale desiderium inest, philosophia separata concipi nequit sed quaecumque philosophia ordini supernaturali ligatur. Si, contra, natura humana ita corrumpitur ut ipsa iustificari nequeat, tunc ratio fit omnino independens et philosophia radicaliter separata constituitur. Inter haec duo extrema, multae mediae solutiones inveniri possunt. Ad solvendam hanc quaestionem, A. ponit deinde principia: 1) Nihil potest esse ordinatum in aliquem finem nisi praeexistat in ipso quaedam proportio ad finem. 2) Desiderium naturale vanum est nisi Deus ipsi satisfacere debeat, ita ut nihil in hoc casu gratuitum esse dici possit. Hic iacet difficultas. A. dicit scholam franciscanam, S. AUGUSTINI heredem, desiderium naturale cognoscere, et sententiae augustinianae: *Fecisti nos, Domine, ad te*, respondere illam bonaventurianam: *Exivi Domine, a te, summo, venio ad te, summum, et per te, summum.* De hoc amplius tractavit JOANNES DUNS SCOTUS, O.MIN., qui affirmat hominem potentiam non tantum obedientialem Dei visione fruendi, sed etiam naturalem habere, attamen beatificam visionem gratuitam esse, quia si homo ex puris naturalibus beatitudinem recipere potest, non potest tamen ex puris naturalibus non solum hanc attingere, sed etiam ut suam cognoscere, ita ut quaedam revelatio sit necessaria et philosophia naturalis non sufficiat. Haec scotistica solutio, prout A. quidem illam explanat, nobis satisfacere nequit, quia difficultas per-

manet: si revelatio quaedam necessaria sit, quomodo gratuita esse possit?

P. JULIANUS EYMARD

362. — SILVESTRO DA VALSANZIBIO, O.F.M.CAP. *Vita e dottrina di Gaetano di Thiene, filosofo dello studio di Padova (1387-1465). Con un'appendice di documenti inediti e rari.* Padova,, Studio filosofico dei FF.MM. Cappuccini, 1948. In-8°, XIII-233 p. Cum 3 tab.

362[a]. — IDEM. Seconda Edizione. Padova, 1949.

Hoc opus continet tres partes, quarum prima biographica est et critica, secunda philosophica et historica; tertia autem conclusiones A. fuse latiusque explicat. Ex hoc nunc patet CAIETANUM DE THIENIS non averroistam, ut quidam dixerunt, fuisse, sed contra adversus AVERROEM scripsisse et potius ad S. ALBERTUM MAGNUM, O.P., et ad S. THOMAM DE AQUINO, O.P., se retulisse. Magis nostra interest, inter CAIETANI DE THIENIS alumnos adfuisse B. BERNARDINUM DE FELTRE, O.F.M.OBS. (p. 13) et XYSTUM IV (FRANCISCUM DELLA ROVERE), O.F. M.CONV. (p. 15). In appendice, inter diversa documenta inedita, A. publicat notas de diversis CAIETANI DE THIENIS manuscriptis; sic comperimus (p. 213-215) FRANCISCUM DE BELLUNO, O.F.M., FRANCISCUM DE FERRARIA, O.F.M., FRANCISCUM DELLA ROVERE, O.F.M.CONV., ANSELMUM DE ARRETIO, O.F.M., PHILIPPUM RUFUM DE VERONA, O.F.M., opera CAIETANI transcripsisse, quae usque adhuc in nonnullis Italiae bibliothecis conservantur.

Secunda dissertationis editio immutata typis prodita est.

P. JULIANUS EYMARD

363. — EVARISTO CERIOLI DA OMBRIANO, O.F.M.CAP. *Filosofia e filosofi nei conventi cappuccini lombardi.* Cremona, Industria Graf. Editor. Pizzorni, 1947. In-8°, 26 p.

Postquam A. normas et leges in Ordine Capuccinorum de studiis latas ostenderit (p. 2-4) earumque usum in provincia Lombardiae explanaverit (p. 4-6), in diversis saeculis (saec. XVI: p. 6-8, saec. XVII: p. 8-12, saec. XVIII: p. 12-20) lectorum nomina commemorat et eorumdem maxima opera evolvit. In fine breviter explicatur, quomodo in gallica perturbatione provincia Lombardiae deleta sit (p. 20-21), quomodo postea renata sit (p. 21-22), qualis denique eius philosophica propensio fuerit (p. 22-24). Secundum A. lectores huius provinciae philosophiae S. BONAVENTURAE fuerunt sectatores, sed non ita ut a philosophia moderna omnino abhorrerent; sed contra, conati sunt ut hodiernam mentem intelligerent et sese illi aptarent. Sub hoc aspectu, maximus est VALERIANUS MAGNI A MILANO, O.F.M.CAP. De hoc famoso Capuccino loquuntur etiam B. PASCAL, *Œuvres complètes*, éd. L. BRUNSCHVICG, t. II, p. 15-35, 310-361, 503-507, Paris, 1908; C. DE WAARD, *L' expérience barométrique*, p. 124-128, 173-176, Thouars, 1936; R. LENOBLE, *Marin Mersenne ou la naissance du mécanisme*, p. 217-222, Paris, 1943.

P. JULIANUS EYMARD

364. — B. PÉREZ ARGOS, *La actividad cognoscitiva en los escolásticos del primer período postomísta, 1275-1320*, in *Pensamiento*, 1948, t. IV, p. 167-202.

365. — J.M. Alejandro, S.J., *La gnoseología del Doctor Eximio y la acusación nominalista.* (Misc. Comillas. Ser. Filos. Tom. I). Comillas, 1948. In-8°, 382 p.

Hoc opus tres partes continet; prima inscribitur *La acusación nominalista,* altera *La esencia del conocimiento,* tertia *El objecto del conocimiento.* Agitur hic primum de Joanne Duns Scoto, O.Min., et interpretatio A. suspecta esse potest, quia de Doctore Subtili iudicat non secundum ipsius doctrinam, sed secundum Doctoris Eximii explanationem; agitur quoque de Gulielmo de Ockham, O.Min., cuius sententia in prima parte explicatur (cf. *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 585-586). P. Julianus Eymard

366. — B. Mendia, *O.F.M. Influencia de los maestros franciscanos en la psicología del conocimiento intelectual de Suárez,* in *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 421-453.

In tres partes dividitur hic articulus: prima de principio efficiente actus cognitionis, altera de intellectus humani obiecto, tertia de singularium cognitione. De prima disseruit F. Suárez in *De anima,* III. Quaeritur utrum actus cognoscendi fiat a potentia in qua recipitur simul cum specie; sex opiniones distinguuntur ex quibus quarta est illa quae Joanni Duns Scoto tribuitur, scil.: actus cognoscendi efficitur a potentia simul et specie tanquam a duobus causis partialibus integrantibus unum principium activum; tertia autem est illa quae tribuitur S. Thomae: actus cognoscendi fit a potentia efformata, ita tamen ut potentia nullam potentiam activam habeat, sed tota ratio efficiendi sit species, quemadmodum aquae calidae tota calefaciendi ratio est calor. A. inde statuit primum F. Suárez diversas opiniones, et praesertim illam quam S. Thomas tenuit, ex Joannis Duns Scoti assertionibus cognoscere et exponere, deinde eundem scriptorem S. Thomam et Joannem Duns Scotum componere velle, sed in re Joannem Duns Scotum sequi. - De intellectus humani obiecto et S. Thomae (obiectum intellectus humani est quidditas rei materialis) et Joannis Duns Scoti (obiectum intellectus humani est ens in quantum verum) opiniones exponit F. Suárez et easdem componere vult, sed in re, obiectiones adversus S. Thomam ex Joanne Duns Scoto desumuntur et suaresiana sententia scotistico argumento vicinior esse videtur. - De singularium cognitione et Doctor Eximius et Doctor Subtilis eandem doctrinam confessi sunt, cum ambo dixerint immediate cognosci singularia. Non solum de Joanne Duns Scoto agitur in hoc articulo, sed semper A. meminit de aliis Franciscanis qui eum aut praepararunt aut secuti sunt, ut de Matthaeo de Acquasparta, Vitali du Four, Gulielmo de la Mare, Gonsalvo Hispano et aliis a quibus F. Suárez plus minusve pendet. P. Julianus Eymard

367. — James Collins. *The Thomistic Philosophy of the Angels.* (The Catholic University of America. Philosophical Studies. Vol. 89). Washington, D.C., The Catholic University of America Press, 1947. In-8°, XV-383 p.

Doctrina philosophica, non theologica, S. Thomae Aquinatis de angelis ab A. diligenter et fusius exponitur octo capitibus quae

tractant I. de quaestione exsistentiae substantiarum separatarum in scientia, II. de pugna S. THOMAE contra doctrinam AVENCEBRONIS materiam universalem proponentis, III. de principiis entis angelici (de problemate essentiae et exsistentiae, actus et potentiae), IV. de angelorum cognitione, V. de angelorum cognitionis obiectis, VI. de angelorum voluntate, VII. de angelorum potentia, VIII. de angelorum aeviternitate. Quod de his quaestionibus magistri franciscani ALEXANDER HALENSIS et S. BONAVENTURA docuerunt, breviter etiam exponitur et cum doctrinae S. THOMAE comparatur. Alii doctores franciscani non adducuntur. Dissertationes S. VANNI ROVIGHI, *L'immortalità dell'anima nei Maestri del secolo XIII*, Milano, 1936 (cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 212-217), C. KRZANIĆ, O.F.M., *La scuola francescana e l'averroismo*, in *Riv. Filos. neoscol.*, 1929, t. XXI, p. 444-494, et B. BENDFELD, *Grundlegung und Beweisführung der Unsterblichkeitslehre in der beginnenden Hochscholastik*, Emsdetten, 1940 (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 354-357), quas A. non cognovit, eidem ad ambitum historicum et doctrinalem accuratius describendum nonnihil utiles fuissent. P. BONAVENTURA

368. — ODON LOTTIN, O.S.B. *Psychologie et morale aux XII^e et XIII^e siècle.* T. I: *Problèmes de psychologie,* Gembloux (Belgique), J. Duculot, 1942. In-8°, 551 p. - T. II et III: *Problèmes de morale.* Gembloux (Belgique), J. Duculot, 1948-1949. In-8°, 597 et 790 p.

369. — IDEM. *Principes de morale.* T. I: *Exposé systématique.* T. II: *Compléments de doctrine et d' histoire.* Louvain, Abbaye du Mont-César, 1947. In-8°, 341 et 277 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 298-302.

370. — O. LOTTIN, O.S.B., *La connexion des vertus morales acquises au dernier quart du XIII^e siècle,* in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1948, t. XV, p. 107-151.

A., qui doctrinam de connexione virtutum moralium acquisitarum apud S. THOMAM eiusque praedecessores iam fusius in opere *Psychologie et morale aux XII^e et XIII^e siècles,* t. III, n. XIII (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 298) exposuit, hic investigationem continuat pro tempore a morte S. THOMAE ad initium saec. XIV. Auctor *Commentarii in III Sent.*, adservati Florentiae, *Bibl. Naz. A. 2.727,* inter GULIELMI DE LA MARE opera dubia inserti, RICHARDUS DE MEDIAVILLA, NICOLAUS DE OCKHAM, O.MIN., sequuntur doctrinam Philosophi « quod non potest quis esse bonus sine prudentia, nec prudens sine morali virtute ». Novam viam inierunt HENRICUS GANDAVENSIS, GODEFRIDUS DE FONTAINES et imprimis PETRUS JOANNNIS OLIVI, qui evocat diversitatem prudentiarum particularium, destruens fundamentum connexionis et praeparans novam solutionem JOANNIS DUNS SCOTI. P. BONAVENTURA

371. — O. LOTTIN, O.S.B., *Le concept de liberté chez les Maîtres franciscains du XIII^e siècle,* in *Regards sur la Liberté* (*Lumières d'Assise*, n. 5), p. 52-65, Paris, 1948.

A. primam periodum distinguit quae comprehendit ALEXANDRUM HALENSEM, JOANNEM DE RUPELLA, ODONEM RIGALDUM, et S. BONAVENTURAM. Secundum hos doctores, libertas humana ab animae immaterialitate actusque humani rationalitate procedit; distinguitur duplex iudicium; scil. conscientiae et practicum; libertas essentialiter in voluntate permanet, quae neque conscientiae iudicium, neque iudicium practicum sequi potest. Altera periodus tunc incipit, cum S. THOMAS tractatum *De veritate* publicat, in quo dicit ad diversa bona particularia voluntatem esse et tantum propter iudicii auctoritatem agere; libertatem non in voluntate, sed in iudicio practico permanere. Adversus hoc insurrexerunt doctores franciscani praesertim GUALTERUS BRUGENSIS (1267-1279). S. THOMAS tunc scribit tractatum *De malo* in quo voluntatis alacritas magis elucidatur. Sed doctores franciscani semper illum impugnant, praesertim PETRUS DE FALCO (1280), RICHARDUS DE MEDIAVILLA (1284), ROGERUS MARSTON. Hi tamen doctores non distinguunt iudicium conscientiae et iudicium practicum. Controversia permanet ambigua. P. JULIANUS EYMARD

372. — R. LÓPEZ DE MUNAÍN, O.F.M., *El problema de la libertad y los doctores franciscanos del siglo XIII*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 283-307.

Exponitur de libertate doctrina ALEXANDRI HALENSIS, ODONIS RIGALDI, JOANNIS DE RUPELLA, S. BONAVENTURAE, GUALTERI BRUGENSIS, PETRI JOANNIS OLIVI, JOANNIS DE PECKHAM, GULIELMI DE LA MARE, GONSALVI HISPANI. Tres periodi distinguuntur: ab anno 1231 usque ad annum 1265 cum ALEXANDRO HALENSI, ODONE RICALDO, JOANNE DE RUPELLA et S. BONAVENTURA, ab anno 1265 usque ad annum 1277 cum S. BONAVENTURA eiusque discipulo GUALTERO BRUGENSI, quando adversus averroistas decertabatur, denique ab anno 1277 usque in finem saeculi quando in S. THOMAM controvertitur et JOANNES DUNS SCOTUS praeparatur. In hoc elencho multi doctores desunt de quibus tamen disserendum esset, ut v.gr. GULIELMUS DE MELITONA, MATTHAEUS DE ACQUASPARTA, GULIELMUS DE WARE, etc. Nota communis omnibus doctoribus de quibus disserit A. est voluntarismus. Illius voluntarismi fundamenta primus posuit ALEXANDER HALENSIS: quae accuratius a S. BONAVENTURA eiusque discipulis stabiliuntur quando adversus averroistas et aristotelismum impugnabant; et sub saec. XIII finem, praesertim a GULIELMO DE LA MARE in eius *Correctorio fratris Thomae* voluntarismi fundamenta sic nitide definiuntur: *Libertas est in voluntate ex sua proprietate naturali, non a ratione*, quae definitio respondet illi quam GUALTERUS BRUGENSIS conscripserat, scil.: *Voluntas habet libertatem proprie dictam et perfectam, non a ratione nec formaliter, nec effective, sed a se vel a propria forma sibi ingenita et concreta:* quod est omnino contrarium sententiae S. THOMAE qui dicit: *Totius libertatis ratio est in ratione constituta.* Sic coram intellectualismo thomistico, iam ante JOANNEM DUNS SCOTUM voluntarismus franciscanus constituitur. P. JULIANUS EYMARD

373. — H.A. ROMMEN. *The Natural Law. A Study in Legal and Social History and Philosophy.* Translated by T. R. HANLEY, O.S.B. St. Louis, B. Herder, 1948. In-8°, XI-290 p.

Hanc versionem anglicam operis *Die ewige Wiederkehr des Naturrechts*, prima vice an. 1936, iterum an. 1947 editi, videre non potuimus, ideoque solum notare possumus in eodem expositam esse etiam doctrinam JOANNIS DUNS SCOTI et GULIELMI DE OCKHAM.

P. BONAVENTURA

374. — M. KUPPENS, *Les origines de la doctrine catholique du droit à la colonisation*, in *Miscellanea moralia Arthur Janssen* (cf. *supra*, n. 104), p. 405-448, Leuven-Louvain, 1948.

Hanc expositionem hoc loco adducimus quia in eadem penitus omittitur quod scriptores Ordinis franciscalis ad argumentum tractatum contulerunt - solum unum brevissime commemoratum inveniens, EMMANUELEM RODRÍGUEZ, O.F.M.OBS. (p. 440, adnot. 180). Saltem ANTONIUS CORDUBENSIS, O.F.M.OBS., et JOANNES FOCHER, O. F.M.OBS., praetermitti non debuerunt. Speramus mox aliquem studiosum sibi propositurum esse investigare et describere scriptorum Ordinis franciscani partem in hac re nequaquam exiguam.

P. BONAVENTURA

375. — E. DE BRUYNE. *L'esthétique du moyen âge*. (Essais philosophiques. T. III). Louvain, Éditions de l' Institut supérieur de philosophie, 1947. In-12°, 260 p.

376. — E. DE BRUYNE. *Études d'esthétique médiévale*. I: *De Boèce à Jean Scot Érigène*. II: *L'époque romane*. III: *Le XIII^e^ siècle*. (Rijksuniversiteit te Gent. Werken uitgegeven door de Faculteit van de wijsbegeerte en letteren. 97). Brugge, « De Tempel », 1946. In-8°, XIV-371, X-420, X-400 p.

Haec opera ab E. DE BRUYNE de aesthetica mediaevali inspicere ipsi nondum potuimus, sed ex *Bull. Théol. Anc. Méd.*, 1949, t. V, p. 445-447, scimus ea esse magni momenti ad intelligendam philosophiam et theologiam mediae aetatis, et in iisdem etiam expositam esse doctrinam scholae franciscanae (*Summae Alexandrinae*, S. BONAVENTURAE, THOMAE DE YORK, ROGERI BACON, JOANNIS DUNS SCOTI).

P. BONAVENTURA

b. - De doctrinis theologicis

377. — ARTUR MICHAEL LANDGRAF. *Einführung in die Geschichte der theologischen Literatur der Frühscholastik unter dem Gesichtspunkt der Schulenbildung*. Regensburg, Gregorius-Verlag vorm. Friedrich Pustet, 1948. In-8°, 143 p.

Ad scientificam pervestigationem historiae theologiae prioris scholasticae ultimis triginta annis nemo tantum contribuit quantum praesentis operis A., ita quidem, ut theologia praescholastica non solum latius nunc conspici, sed etiam clarius ac profundius, prioribus opinionibus non paucis mutatis, diiudicari possit. Historiam originis, evolutionis ac propagationis ipsarum doctrinarum illius aetatis compendiose conscripturus, A. opportunissime hanc introductionem ad theo-

logiae historiam litterariam praemittere voluit, quae quidem, utpote — prima vice — sub adspectu diversarum scholarum tunc ortarum conscripta, optime iam viam munit ad illam historiam doctrinalem expeditius describendam, clarius intelligendam, rectius existimandam. Itaque praesens opus non comprehendit expositionem historiae idearum seu doctrinarum quam vocant, sed breviarium scientificae pervestigationis iam peractae et in posterum perficiendae.

Liber continet tres partes. In quarum prima exhibetur conspectus generalis de conceptu scholasticae et praescholasticae, de formatione scholarum, de vi sententiarum primarum, de cognitionum progressu, de legibus et viis in problematum evolutione, de theologiae praescholasticae propriis notis. Secunda pars presse describit varia prioris scholasticae genera litteraria, scil. monographias, sententiarum collectiones, commentaria in S. Scripturam, quaestiones, opera systematica, collectiones sermonum, distinctiones, opera canonistica. In tertia denique parte agitur de variis scholis ad quas singuli scriptores praescholastici pertinent. Prima est S. Anselmi Cantuariensis, quam quidem, iuxta A., antecessit auctor *Commentarii in epistulas Paulinas* ad ambitum Brunonis Carthusiani pertinens. Sequuntur scholae Anselmi Laudunensis et Gulielmi de Champeaux, Petri Abaelardi, Hugonis de S. Victore, Gilberti Porretani, Magistri Simonis, Petri Lombardi, scriptorum de quaestione christologica discurrentiam, Praepositini, Odonis de Ourscamp, Andreae de S. Victore, Gulielmi Antissiodorensis. In fine adducuntur nonnulli theologi, quorum opera nondum reperta sunt. Pro singulorum auctorum operibus notitiae accuratae adferuntur, quod attinet tum eorum genuinitatem et dependentiam, tum editiones et praesertim codices manuscriptos qui copiosissime et diligentissime indicantur, tum denique dissertationes et libros a studiosis viris ultimis decenniis de iisdem auctoribus vel operibus erudite conscriptos.

Patet hoc compendium maximae esse utilitati iis qui historiae theologiae praescholasticae, immo scholasticae in genere, student. Ii etiam, qui fontes doctrinarum scholae franciscanae, praesertim antiquae, explorare intendunt, in hoc opere inveniunt utilissimum laboris instrumentum, quod sicut opera edita a M. Grabmann, J. de Ghellinck, S.J., O. Lottin, O.S.B., P. Glorieux, Fr. Stegmüller, pro huiusmodi disquisitionibus omnino est necessarium. Nos non decet repetere nec laudes quibus alii in hac materia graviores iudices meritum A. iam extollerunt (cf. imprimis M. Grabmann in *Theol. Revue*, 1949, t. XLV, col. 65-72, et O. Lottin in *Bull. Théol. Anc. Méd.*, 1949, t. V, p. 451-452), nec desideria expressa circa typographicam textus compositionem magis variandam et tabulas codico-bibliographicas, quas A. an. 1948 iniquitate temporis in Germania coactus fuit omittere. Propter eandem rationem A. dissertationes tempore belli proxime elapsi et postea editas in usum suum lectorumque commodum convertere nondum potuit. Nihilominus duos articulos in periodico nostro commentario *Collectanea Franciscana*, an. 1945-1946/47 a semetipso editos, adducere iam potuit, primum in p. 57, ubi periodico addenda est designatio an. 1945, t. XV, p. 169-177, alterum in p. 72, ubi addi debet 1946-47, t. XVI-XVII, p. 186-200. Pluries insuper ad alios articulos, in eodem nostro periodico ab ipso A. editos, studiosi revocantur (cf. p. 11, 30, 54, 57, 71, 81, 82, 95, 96, 102, 105). Videntes hoc utilissimum opus, cum A., scriptorum ad periodicum nostrum adlaborantium ab initio fidelissimo, nos etiam, utpote gloriosi eius laboris aliqua ex parte consortes, de huiusmodi consociati operis tam magnifico fructu non parum gaudemus.

P. Bonaventura

378. — J. Leclercq, *L' idéal du théologien au moyen-âge. Textes inédits*, in *Rev. Sciences Rel.*, 1947, t. XXI, p. 121-148.

Primo, doctoris exemplar breviter describitur iuxta sermones GUIBERTI DE TOURNAI, O.MIN. (1261). Postea, quid theologi munus sit, exponitur iuxta GULIELMI PETRI DE FALEGAR, O.MIN., *Quodlibet I* (tempus non indicatur) et EUSTACHII, O.MIN., *Quodlibet III* (1266). RICHARDUS DE MEDIAVILLA, O.MIN., docendi artem dignam utilemque esse dicit, sed ita, ut tamen aliquoties peccatum mortale esset recipere quaestionem, per quam incurreret malevolentiam, quam tamen quaestionem est utile scire (*Quodlibet III*, q. 23; 1287). Hi doctorum franciscanorum textus, excepto RICHARDO DE MEDIAVILLA, inediti sunt.

P. JULIANUS EYMARD

379. — J.M. COLL, O.P., *Las disputas teológicas en la Edad Media. (Contribución a la historia de las disputas teológicas en España)*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1947, t. XX, p. 77-101.

Quattuor disputationum genera distinguuntur quae apud Dominicanos medii aevi temporibus tenebantur: scil. *ordinariae*, quae inter alumnos tenebantur; *solemnes*, inter professores; *solemniores*, quando theologiae magistri exercitium faciebat alumnus; *solemnissimae*, quando cum Franciscanis disputabant Dominicani. Commemorantur tunc inter magistros Franciscanos: JOANNES EXEMENO, O.MIN. (15 iul. 1397), FRANCISCI EXEMENO, O.MIN., coaevus, PETRUS MARCH, O.MIN., ANTONIUS SANTOLIVA, O.MIN., JACOBUS DE MARCHIA, O.MIN., FRANCISCUS DE SAVONA (XYSTUS IV), O.MIN. P. JULIANUS EYMARD

380. — VICTORIN DOUCET, O.F.M., *La date des condemnations parisiennes dites de 1241. Faut-il corriger le Cartulaire de l'Université?*, in *Mélanges Auguste Pelzer*, p. 183-193 (Louvain, 1947).

Editores *Chartularii Universitatis Parisiensis* famosam condemnationem 10 propositionum fratris STEPHANI DE VENIZY, O.P., sequentes *cod. Paris, Arsenal 532*, f. 219r, an. 1241, die 13 ian., factam esse putabant, dum lectiones aliorum testimoniorum, quae nonas ian. 1244 indicabant, inter variantes ponunt. Contra hanc opinionem primus A. CALLEBAUT, O.F.M., in *La France Franc.*, 1927, t. II, p. 257-272, scripsit, statuens duas distinctas condemnationes, alteram an. 1241, alteram an. 1244 factam. Ad hanc sententiam se revolvens, A. diversa testimonia iterum examinat. Cum editores in uno tantum testimonio nitantur, cetera autem quinque testimonia praestent an. 1244, A. commendat opinionem, an. 1241 istas propositiones quidem prohibitas fuisse, condemnationem autem propriam et formalem solum an. 1244 factam esse, cum hac ratione certi textus ODONIS RIGAUD, O.MIN., in libris I et II *Commentarii in Sent.* melius intelligerentur. Si interpretatio horum textuum ab A. proposita vera est, liber I commentarii Odonis in *Sent.* inter an. 1241-1244, liber autem II post 5 ian. 1244 compositus est. Argumenta ab A. adducta a FR. PELSTER, S.J., novo examini subiciuntur, cf. *infra*, n. 381. P. BONAVENTURA

381. — FR. PELSTER, S.J., *Die Pariser Verurteilung von 1241, eine Frage der Datierung*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1948, t. XVIII, p. 405-417.

Contra sententiam a V. DOUCET propositam (cf. *supra*, n. 380) A., codicum manuscriptorum testimonio, praesertim quod modum datandi Parisiensem attinet, denuo accurate examinato, statuit unam solam condemnationem fuisse, et quidem an. 1241. Etiam textus ODONIS RIGALDI iuxta A. non necessario ad mentem V. DOUCET intelligi debent. Ex quo concludit A. tempus conscriptionis *Commentarii* Odonis esse 1241-1245, non 1243-1245, et circa *Quaestionem*, fortasse ALEXANDRO HALENSI adscribendam, « Utrum potuit esse quod quam cito esset angelus, verteretur in bonum seu in malum in instanti quo primo fuit » (*Cod. Vat.* 782, f. 47rv) pro datatione nihil posse concludi. In fine A. proponit studiosis duas quaestiones accuratius adhuc solvendas: 1) Quaenam iura habuit in Universitate Parisiensi magister non actu regens; potuitne publice disputare et determinare ita ut hoc haberetur actus publicus universitarius? - 2) Quisnam fuit ille frater Stephanus condemnatus an. 1241? Fuitne solus condemnatus?

P. BONAVENTURA

382. — D.A. CALLUS, O.P., *La condenación de Sto Tomás en Oxford*, in *Revista de Filosofía*, 1947, t. VI, p. 377-416.

In primis A. dicit haud proprie scholasticos doctores nominari aut augustinianos, aut aristotelicos sive mitigatos sive puros. Haec divisio valet ab anno 1260, quando adversus S. THOMAM doctores franciscani S. AUGUSTINI auctoritatem invocare coeperunt. Sed antea omnes ad Doctorem Hipponensem se referebant, sicut omnes plus minusve aristotelismum approbaverant, ut v.gr. JOANNES DE RUPELLA, O.MIN. (1238-1245), et ODO RIGALDUS, O.MIN. (1245-1248). Tres autem doctores, scil. S. ALBERTUS MAGNUS, S. THOMAS, S. BONAVENTURA, huic divisioni faverunt, cum ipsi seu contra ARISTOTELEM, seu pro eodem philosopho egregie graviterque scripserint. Tribus his adiungendus est SIGERUS DE BRACHBANTO, qui erroribus suis adversus aristotelicos iram timoremque accendit. Anno 1260, antiaristotelica oppositio incepit: praesertim de formarum pluralitate controvertebatur, quam reiciebat S. THOMAS cum discipulis suis, dum alii doctores illam acerrime defendebant, ita ut anno 1277 primum, Parisiis, a STEPHANO TEMPIER, anno 1279, Oxonii, a ROBERTO KILWARDBY, O.P., denique anno 1284, Oxonii, a JOANNE DE PECKHAM, O.MIN., damnaretur. Haec ultima accusatio ab A. minute examinatur. Quattuor accusationes implicat: 1) Doctrina de formarum unitate S. AUGUSTINO contraria est. 2) Est novitas. 3) Eius fons et origo suspecta est. 4) Ex ea defluunt plurimae haereses. Dicit A. illam neque novam, neque S. AUGUSTINO contrariam esse, cum doctores franciscani, ut JOANNES DE RUPELLA, O.MIN., et RICHARDUS RUFUS DE CORNWALL, O.MIN., ipsi S. AUGUSTINO illam tribuissent; tertiam accusationem praesertim a GUILIELMO DE LA MARE, O.MIN., et quartam praesertim a ROGERO MARSTON, O.MIN., procedere; sed adversus omnes S. THOMAM denique vicisse.

P. JULIANUS EYMARD

383. — F. PELSTER, S.J., *Thomas von Sutton und das Correctorium « Quare detraxisti »*, in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra*, n. 102), p. 441-466, Louvain, 1947.

A. tenet correctorium *Quare detraxisti* non esse opus RICHARDI KNAPWELL, O.P., sed potius THOMAE DE SUTTON, O.P.; idque eruitur non ex testimoniis externis, sed rationibus internis. Chronologice ponendum est *Quare* ante an. 1292 (quo mortuus est JOANNES DE PECKHAM), probabiliter post an. 1286 (quo condemnatus est RICHARDUS KNAPWELL). Sententiam contrariam tenet P. GLORIEUX (cf. *infra*, n. 384).

P. BONAVENTURA

384. — P. GLORIEUX, *Les Correctoires. Essai de mise au point*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1947, t. XIV, p. 287-304.

Investigatio scientifica circa *Correctoria* initium cepit a dissertationibus FR. EHRLE, S.J., *Der Kampf um die Lehre des hl. Thomas von Aquin in den ersten fünfzig Jahren nach seinem Tod*, in *Zeitschr. f. kath. Theol.*, 1913, t. XXXVII, p. 266-318, et P. MANDONNET, O.P., *Premiers travaux de polémique thomiste*, in *Rev. Science Phil. Théol.*, 1913, t. VII, p. 46-70, 245-262. Hae dissertationes fundamenta posuerunt, sed interim aliorum studiosorum pervestigationibus exsuperatae sunt. Nunc A. variorum studiorum fructus congerere et hodiernum statum quaestionis determinare intendit, ne quae iam satis definita sunt, iterum ac iterum novo examini subiciantur. Circa editiones criticas textuum *Correctoriorum* A. declarat huic difficultati nunc sufficienter provisum esse. Tractans deinde de quaestione, a quonam singula *Correctoria* scripta sint, A. haec statuit: 1. Constat auctorem correctorii *Circa* esse JOANNEM QUIDORT PARISIENSEM, O.P. 2. Auctor correctorii *Apologeticum veritatis* certe est RAMBERTUS DE' PRIMADIZZI DE BOLOGNA, O.P. 3. *Sciendum* scriptum est a COLLOTORTO, sed in dubio relinquitur, utrum iste sit GULIELMUS DE WACKLESFIELD, O.P., an ROBERTUS DE ORFORD, O.P. 4. Causa auctoris *Correctorii corruptorii « Quare »* nondum finita est. Contra FR. PELSTER, S.J., qui in *Mélanges Auguste Pelzer*, p. 441-466 (cf. *supra*, n. 383) THOMAM DE SUTTON, O.P., proposuit, A. iterum RICHARDUM KNAPWELL, O.P., recommendat. 5. Correctorium *Quaestione* fortasse HUGONI DE BILLOM, O.P., attribuendum est, sed certiores notitiae solum a critica editione textus exspectari possunt. Circa quaestionem chronologicam A. haec tenet: *Quare* et *Sciendum* ponenda sunt ante *Circa*, *Circa* autem ante Pascha an. 1285, dum *Quare* probabiliter antecedit correctorium *Sciendum*. Ordo igitur chronologicus correctoriorum iuxta A. est hic: 1. *Declarationes* GULIELMI DE LA MARE: 1278; 2. *Correctorium* eiusdem: 1279-80; 3. revisio eiusdem: 1282-83; 4. *Quare, Sciendum, Circa*: 1282-1285; 5. *Apologeticum veritatis*: 1287-88; 6. *Correctorium corruptorii Berolinense*: circa 1315-20. De ordine chronologico correctorii *Quaestione* nunc nihil dici potest.

P. BONAVENTURA

385. — BUENAVENTURA OROMÍ, O.F.M. *Los Franciscanos Españoles en el Concilio de Trento.* (Pont. Athen. Antonianum, Facultas Theol. Theses ad Lauream, n. 40). Madrid, 1947. In-8°, 302 p.

In praefatione A. de fontibus tractat et de eorum historico valore. Distinguit catalogos, permanente Concilio, typis mandatos, Ordinis S. FRANCISCI auctores (Observantes) inter quos praeeminet L. WADDING, denique praecipuas Concilii Tridentini editiones. Di-

versorum fontium conspectus eam praebent facultatem, ut dissimilitudines clare nitideque videantur. Franciscani de quibus A. disserit, sunt: in prima periodo, ALPHONSUS DE CASTRO, VINCENTIUS LUNEL, ANDREAS DE VEGA, LUDOVICUS CARBEIJAL, ANTONIUS DE LA CRUZ; in periodo Bononiensi, FRANCISCUS SÁLAZAR, ANDREAS DE MENESES; in secunda periodo, JOANNES JUBÍ, O.F.M.CONV., JOANNES ORTEGA, FRANCISCUS ULLOA, ALPHONSUS CONTRERAS; in tertia periodo, ANTONIUS DE SAN MIGUEL, FRANCISCUS ZAMORA, JOANNES RAMIREZ, JOANNES LABERA, FRANCISCUS ORANTES, ANTONIUS CEVILLO, JACOBUS TAXEDA, MICHAEL DE MEDINA. Singulis his viris capitulum addicitur, quod semper in tres partes dividitur: brevis biographia, copiosa et accurata bibliographia, denique uniuscuiusque interventus describuntur. Sic conceptum, hoc opus utilissimum esse potest; quisque rerum scriptor multa in eo invenire poterit. Sed tamen nobis minus placet, quia nimis aridum rigidumque nobis videtur. Desideratur quoque index saltem rerum quo diversarum quaestionum summam facilius conficere possimus. In fine, invenitur appendix in quo plures epistolae eduntur. Quae appendix iam in *Verdad y Vida* publicatur; cf. *infra*, n. 386.

P. JULIANUS EYMARD

386. — B. OROMÍ, O.F.M., *Los Franciscanos Españoles en el Concilio de Trento. Apéndices*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 179-197.

Haec sunt documenta quae in hoc articulo inveniuntur: JOANNES-MICHAEL SARRACENO, archiepiscopus, ad Card. A. FARNESE, 29 feb. 1548, ubi agitur de FRANCISCO SÁLAZAR, O.F.M. (Napoli, *Arch. Status Farnesianus, fasc. 725*); PHILIPPUS II ad JOANNEM RAMIREZ, O.F.M., 8 dec. 1561 (*Cod. Vat. Conc. 134*, f. 118); PHILIPPUS II ad MICHAELEM DE MEDINA, O.F.M., 24 jan. 1562 (*Cod. Vat. Conc. 134*, f. 120); PHILIPPUS II ad ALPHONSUM CONTRERAS, O.F.M., 28 jan. 1562 (*Cod. Vat. Conc. 134*, f. 117); FRANCISCUS ZAMORA, O.F.M., Minister generalis, ad PHILIPPUM II, 25 jun. 1562 (Simancas, *Estado* [*Roma*] *leg. 892*, f. 128); ID. ad EUNDEM, 2 nov. 1562 (Simancas, *Estado* [*Roma*], *leg. 892*, f. 136); FRANCISCUS DE CÓRDOBA, O.F.M., ad FERDINANDUM I, 2 dec. 1563 (Wien, *Staatsarchiv, Religionsacten XII*); FRANCISCUS DE ZAMORA, Minister generalis, O.F.M., ad PHILIPPUM II, jun. 1564 (Simancas, *Patronato Real, leg. 21, n. 172*); FRANCISCUS SÁLAZAR, O.F.M. ad PHILIPPUM II, 1565 (?) (*British Museum, Add. 28337*, f. 209); MICHAEL DE MEDINA, O.F.M., ad Card. G. SIRLETO, 12 jul. 1572 (*Cod. Vat. lat. 6185*, f. 157); FRANCISCUS ORTIZ, O.F.M., ad PHILIPPUM II, 26 apr. 1575 (*British Museum, Add. 28339*, f. 231); FRANCISCUS ORTIZ, O.F.M., ad PHILIPPUM II, 18 dec. 1578 (*British Museum, Add. 28341*, f. 184): MICHAEL DE VALCARCEL ad PHILIPPUM II, 24 dec. 1578 (*British Museum, Add. 28341*, f. 189); PHILIPPUS II ad A. BREZENO, 23 dec. 1580, ubi agitur de FRANCISCO DORANTE, O.F.M. (*British Museum, Add. 28357*, f. 370): PHILIPPUS II ad A. BREZENO, 2 oct. 1581, ubi agitur de monasterio O.F.M. Hispalensi (*British Museum, Add. 28357*, f. 519).

P. JULIANUS EYMARD

387. — P. G. DUNCKER, O. P., *La chiesa e le versioni della S. Scrittura in lingua volgare*, in *Angelicum*, 1947, t. XXIV, p. 140-167.

Inter translationes quae ante Concilium Tridentinum scriptae sunt, alicuius momenti sunt illae quae in Galliae factae sunt, iubente S. LUDOVICO IX, T.O.S., et eae quae in Italia XIV et XV saec., Fratribus Minoribus influentibus, editae sunt. In Concilio Tridentino, in commissione de Scriptura Sacra adfuerunt ALPHONSUS DE CASTRO, O.F.M.OBS., et RICHARDUS A CENOMANIS, O.F.M.OBS. Hoc tempore ALPHONSUS DE CASTRO scripsit *Adversus omnes haereses libri quattuordecim*, Parisiis, 1534, et *De iusta haereticorum punitione*, Salamanca, 1546, in quibus de Bibliae versionibus disseruit. De eodem argumento scripserunt BAPTISTA CASTIGLIONE, O.F.M., *De Sacrae Scripturae abusibus et eorum remedia*, et VINCENTIUS LUNELLI, O.F.M., *De scripturarum germano usu et earum abusibus epitome*, in quibus dicebant abusum esse S. Scripturae in linguam vernaculam translationem. Post Concilium Tridentinum, anno 1590, XYSTUS V, O.F.M.CONV., edixit: « Biblia sacra aut earum partes, etiam a catholico viro vulgari quocumque sermone redditae, sine nova et speciali Sedis Apostolicae licentia, nusquam permittantur; vulgares paraphrases omnino interdicantur ». Paulatim Summi Pontifices sub quibusdam conditionibus vulgares translationes permiserunt. P. JULIANUS EYMARD

388. — E. HOCEDEZ, S.J. *Histoire de la théologie au XIX^e siècle*. Tome I. *Décadence et réveil de la théologie, 1800-1831*. Tome III: *Le règne de Léon XIII*. Bruxelles, L' Édition universelle - Paris, Desclée de Brouwer, 1948, 1947. In-8°, 269, 418 p.

Postquam saec. XVIII philosophicas sententias exposuit atque statum quaestionis sic instituit (cap. I, p. 13-26), A. primum anglicas, hispanicas, italicas theologias breviter descripsit (cap. II, p. 27-66), postea de theologica gallica fusius disserit (cap. III, p. 67-130), denique doctrinas theologorum Germaniae longe lateque explanat (cap. IV-VI, p. 131-252). Huius operis diversae partes inter se parum congruere videntur, sed recte A. adnotat in Hispania sicut et in Italia errores ab externis regionibus processisse, ita ut minus opus esset dicere agereque contra; in Anglia docendi publicandique libertatem catholici theologi nondum habebant, ita ut eorum opera pauci momenti essent; in Gallia et praesertim in Germania errores in ipsis regionibus radicem habebant et theologica contentio haud mediocris erat; sic describuntur in Gallia gallicanismus, traditionalismus fideismusque, in Germania josephinismus, febronianismus et semirationalismus; in utraque regione, adversus errores magni theologi vigebant, inter quos J.A. MÖHLER praeeminet. Ex alumnis Ordinis franciscani adducuntur sequentes: JOSEPHUS ARCHANGELUS A FRACTA MAIORE, O.F.M. (p. 55), J. BERTHOLD, O.F.M. (p. 163, 165), J. CASTRO DE SAN PEDRO [non: Padre] DE ALCANTARA, O.F.M. (p. 41), E. CENACULO VILLA BOAS, O.F.M. (p. 43, 47), P. GASMANN, O.F.M. (p. 162, 164), M. MOLKENBUHR, O.F.M. (p. 229), RAPHAEL A VÉLEZ, O.F.M.CAP. (p. 42, 48), ARCHANGELUS A LYON, O.F.M.CAP. (p. 90, 127). Refertur (p. 159) quaedam S. BONAVENTURAE auctoritas apud quosdam theologos germanicos, inter quos praesertim J.M. SAILER. Addimus quod annus editionis t. I in tegumento habetur 1949, in ipso vero frontispicio legitur 1948.

In t. III plures notitiae de theologis franciscanis inveniuntur. Pro certo habet A. adesse scotismi renovationem cum K. WERNER, *Die Scholastik des spätern Mitteralters*, 4 vol., 1881-1887, J. MÜLLER, O. F.M., *Biographisches über D. Scotus*, 1881, E. PLUZANSKI, *Essai sur la philosophie de Duns Scot*, 1887 (p. 50). De S. BONAVENTURA idem dici potest, ope Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, quod, praeparantibus ANTONIO-MARIA DE VICENZA, O.F.M., et FIDELI DE FANNA, O. F.M., adiutante BENEDICTO BECHTE, O.F.M. (1892), cum H. DEIMEL, O.F.M. (1900) et Q. MÜLLER, O.F.M. (1902), Doctoris Seraphici opera omnia typis mandavit (p. 71). Inter ephemerides qui hanc renovationem fovebant, A. computat *Analecta Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum* (1885) et *Acta Collegii Sancti Antonii in Urbe Fratrum Minorum* (1902) (p. 72). Dum dissensio inter Molinistas et Banesianos fuit, I. JEILER, O.F.M., scripsit: *Sancti Bonaventurae principia de concursu Dei generali*, 1897 (p. 241). De Sancto Missae sacrificio A. KNOLL, O.F.M.CAP., docet, cum S. ROBERTO BELLARMINO, S.J., essentiam huis sacrificii esse in consecratione in quantum corporis et sanguinis separationem significat (*Institutiones theologicae*, 1868) (p. 286). Inter theologiae moralis cultores eminet VAN DE VANDEN, O.F.M., cuius opera a CLAUDIO PIAT A MONS, O.F.M.CAP., edita fuerunt, 1875 (p. 328); commemoratur quoque HILARIUS A SEXTEN, O.F. M.CAP. (1889, 1895) (p. 342). De theologia mystica scripsit praesertim LUDOVICUS A BESSE, O.F.M.CAP. (1893, 1903) (p. 348). In fine libri, A. iterum de renovatione franciscana tractat (p. 361-364). Referuntur: in Gallia, E. LONGPRÉ, O.F.M., D. DE BASLY, O.F.M., S. BELMOND, O.F.M., RAYMUNDUS A COURCERAULT, O.F.M.CAP., in Italia A. GEMELLI, O.F.M., FR. PAOLINI, O.F.M., CHERUBINUS DE CARCAGENTE, O. F.M., et multi alii quorum opera enumerantur; Capuccini autem S. Bonaventurae doctrinam defenderunt et propagaverunt. Capuccinorum generale capitulum (1884) statuit ut in scholis doceretur doctrina Seraphici Doctoris, et PROSPER A MARTIGNÉ, O.F.M.CAP., de hoc argumento scripsit (*La scholastique et la tradition franciscaine*, 1888) sicut et EVANGELISTA A SAINT-BÉAT, O.F.M.CAP. (*Sanctus Bonaventura scholae franciscanae magister praecellens*, 1888; *Le Séraphin de l' École, études sur Saint Bonaventure*, 1900).

De hoc opere cum A. congratulari possumus. Adsunt tamen aliquae omissiones, ut in re morali TIMOTHEUS A PUYLOUBIER, O.F.M.CAP. (1885), in re apologetica HILARINUS FELDER, O.F.M.CAP. (1914). Inveniuntur quoque errores: B. LANDRY (p. 362) qui de JOANNE DUNS SCOTO scripsit, non est franciscanus et cum E. LONGPRÉ, O.F.M., longam controversiam habuit, cum eiusdem interpretatio doctrinae Doctoris Subtilis pessima iudicaretur (B. LANDRY, *La philosophie de Duns Scot*, Paris, 1922; E. LONGPRÉ, O.F.M., *La philosophie de Duns Scot. Autour d'un livre*, in *Études Franc.*, 1922, t. XXXIV, p. 432-482; 1923, t. XXXV, p. 26-66, 241-278, 499-531, 582-614). MARIANUS GAVASCI DE CIVITANOVA, O.F.M., mortuus est anno 1899, non 1889. NORBERTUS A TUX (non: NOBETUS) erat Capuccinus, non O.F.M. GABRIEL CASANOVA, O.F.M., mortuus est 1912, non 1924.

Opus hoc certe maximi momenti est, et utilis etiam pro re franciscana.

P. JULIANUS EYMARD

389. — *Le rôle de la volonté dans l'acte de foi d'après les théologiens de la fin du XIII[e]*, in *Miscellanea moralia Arthur Janssen* (cf. *supra*, n. 104), p. 281-307, Leuven-Louvain, 1948.

A., praesertim innisus testimoniis nondum editis, exponit imprimis etiam doctrinam magistrorum scholae franciscanae de parte voluntatis in actu fidei, scil. S. BONAVENTURAE, cuiusdam ignoti discipuli JOANNIS DE PECKHAM, RICHARDI DE MEDIAVILLA, PETRI JOANNIS OLIVI (de cuius doctrinam iam edidit expositionem *Le problème de la foi dans l'œuvre de Pierre Olivi* in *Miscellanea historica Alberti De Meyer*, t. II, p. 626-637, Louvain, 1946, quam hic complet), BARTHOLOMAEI DE BOLOGNA, MATTHAEI DE ACQUASPARTA, qui omnes, sicut et S. THOMAS, tenent sententiam circa an. 1275 communem, scil. actum fidei esse actum cognitionis intrinsecus determinatum a voluntate. An. 1280-1281 HENRICUS GANDAVENSIS proposuit novam doctrinam, iuxta quam intellectus « proprio habitu absque omni impulsu voluntatis actum suum potest elicere dum tamen voluntas non se opponat ». Hanc doctrinam sequitur GODEFRIDUS DE FONTAINES, et dum schola dominicana eam reicit, in scholam franciscanam introducit GULIELMUS DE WARE, probabilis magister SCOTI, ita ut melius explicari possit, cur ultimus, licet voluntarista, voluntati in actu fidei partem minorem tribuit quam intellectualista S. THOMAS. P. BONAVENTURA

390. — L. VEUTHEY, O.F.M.CONV., *La connaissance et la vision béatifique*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 566-570.

Secundum A. « res in se » non cognoscitur. Si agitur de « cognitione scientifica », res tantum relationibus suis, non essentia sua comperiuntur. Si agitur de « cognitione philosophica », cognoscuntur rerum relationes, phaenomena alacritasque. Sed si omnia relationibus tantum cognoscuntur, necessario accedendum est ad primum notum cuius idea nobis innata est et ad quod cognoscendum necessario inclinamus; unde menti humanae quaedam vis adest innata qua Deum connaturaliter et cognoscimus et diligimus; sic schola franciscana (praesertim S. BONAVENTURA), quae est tota ad Deum inclinatio, totum visionis beatificae desiderium et ipsius sapientiae via.

P. JULIANUS EYMARD

391. — L.M. BERNARDINI, O.F.M.CONV., *La nozione del soprannaturale nell'antica Scuola Francescana.* Roma, Agenzia del Libro Cattolico, 1943. In-8°, 187 p.

A. quaerit quid de supernaturali cogitet schola franciscana, scil. ALEXANDER HALENSIS, ODO RIGAUD, S. BONAVENTURA, MATTHAEUS DE ACQUASPARTA, PETRUS JOANNIS OLIVI, RICHARDUS DE MEDIAVILLA, ALEXANDER DE ALEXANDRIA, JOANNES DUNS SCOTUS. Post copiosam specialem generalemque bibliographiam, introductio franciscanos doctores depingit, quaestionis hodiernum statum explicat eiusque maximum momentum. Tres partes continet hoc opus: in antiqua schola franciscana humanae naturae notionem, in antiqua schola franciscana ordinis naturalis ad ordinem supernaturalem ordinationem, in antiqua schola franciscana supernaturalis notionem. Natura humana examinatur non in abstracto, sed in concreto, prout Creator eam creare intendit, scil. ad ordinem supernaturalem ordinatam; unde apud hominem quoddam supernaturalis ordinis naturale desiderium, quod apud ALEXANDRUM HALENSEM et ODONEM RIGAUD est caecum, dum

S. BDNAVENTURA, MATTHAEUS DE ACQUASPARTA, PETRUS JOANNIS OLIVI et RICHARDUS DE MEDIAVILLA illud accuratius explicant; JOANNES DUNS SCOTUS et ALEXANDER DE ALEXANDRIA ultimam perfectionem afferunt. Solvitur denique problema de gratiae gratuitate: quamvis gratia naturaliter desideretur, tamen gratuita est, quia iam in naturae purae statu talis ordinatio a Dei voluntate libera pendet, et multo magis etiam ab hac voluntate libera pendebit, quando peccaverit homo (cf. *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 245-248). P. JULIANUS EYMARD

392. — J.F. BONNEFOY, O.F.M. *La place du Christ dans le plan divin de la création.* (Extractum ex *Mélanges de science religieuse,* IV, 1947, 257-284; V, 1948, 39-62). Lille, Facultés Catholiques, 1948. In-8°, 52 p.

A. in primis dolet medii aevi doctores de Christi primatu non directe et per se, sed indirecte et per accidens disseruisse. Haec tamen quaestio maioris momenti erat quam universalium problema. Ut omnia clariora fiant, A. duas opinionum species distinguit: illarum quae dicunt Dei ordinem minus prospere succedere, ita ut novus ordo cogitaretur, et illarum quae dicunt Dei ordinem minus prospere succedere, ita ut emendari deberet. Inter priores, quidam dicebant homines creari propter angelorum peccata (S. AMBROSIUS, S. AUGUSTINUS), alii mulieres creari propter hominum peccata (S. JOANNES DAMASCENUS), alii denique Verbum carnem factum esse propter Adami peccatum originale (S. THOMAS, S. BONAVENTURA). Inter posteriores, JOANNES DUNS SCOTUS dicebat mundum creari propter Verbum Incarnatum regnans et dominans, sed post Adami peccatum omnia creari propter Verbum Incarnatum patiens et redimens. Postquam omnia haec illustrata sunt, A. principia statuit quorum ope disputare poterimus: Voluntas Dei mutari nequit - voluntas Dei omnipotens - voluntas Dei absolute libera: nulla creatura auctoritatem ullam in Deum habere potest, ita ut Deus propter ullam rationem agere dici nequeat. « Quanto aliquid est melius in effectibus, tanto est prius in intentione agentis » (S. THOMAS). « Illud quod est melius in quolibet genere est causa omnium qui sunt post » (S. THOMAS). « Pars ignobilior est propter nobiliorem ». Horum principiorum luce, A. diversas opiniones examinat. Si thomistae dicunt, Verbum incarnatum non fuisse, si homo non peccasset, adversus principia supra enuntiata peccant, cum melior in effectibus non sit prior in intentione agentis; paulatim quidem sententiam mutaverunt, sed non satis, ut contradictio vitaretur. Scotistae minus fallunt, sed tamen cum dicunt Dei ordinem propter peccatum mutari, tamen inconstantiam in Deo ponunt, et ideo ipsi problema non omnino explicarunt. Quando omnia haec longe lateque explanantur, A. exspectatur sententia; sed A. se subtrahit et silet. Scimus tantum scotistarum opinionem progredi.

P. JULIANUS EYMARD

393. — B. APERRIBAY, O.F.M., *Primado de Jesucristo en la escuela franciscana,* in *Verdad y Vida,* 1947, t. V, p. 401-417.

Primatum Christi in schola franciscana A. ostendit primum apud S. FRANCISCUM, deinde apud S. ANTONIUM, S. BONAVENTURAM et JOAN-

NEM DUNS SCOTUM quorum aut vita aut opera amplius explicantur. Deinde A. simpliciter auctorum franciscanorum dat elenchum qui primatum Christi tenuerunt ad JOANNIS DUNS SCOTI mentem, cum revocationibus debitis, quin tamen eorum doctrina particulariter explanetur. Sic commemorantur: GULIELMUS DE WARE, O.MIN., MATTHAEUS DE ACQUASPARTA, O.MIN., RAYMUNDUS LULLUS, T.O.S., S. BERNARDINUS DE SIENA, O.MIN., S. LAURENTIUS A BRINDISI, O.F.M.CAP., BERNARDINUS DE' BUSTIS, O.F.M.OBS., AMEDEUS MENEZ DE SILVA, O. F.M.AM., ANGELUS DEL PAZ, O.F.M.OBS., MARIA A JESU DE AGREDA, O.S.CL., MARIA DE ANGELIS SORAZU, CONCEPT., FRANCISCUS DE OSUNA, O.F.M.OBS., RUBERIC, BARTHOLOMAEUS DE PISA, O.MIN., LUDOVICUS DE CASTELPLANIO, O.F.M., JOANNES VIDAL, O.F.M., LUDOVICUS-MARIA AB ARGENTAN, O.F.M.CAP., CAROLUS DE MORAL, O.F.M. Sequuntur theologorum multa nomina, quin ulla detur indicatio qua indigatio fieri possit et quae propter hanc rationem hic transcribere inutile est. Denique commemorantur theologi qui nuper scripserunt: D. DE BASLY, O.F.M., J.M. BISSEN, O.F.M., J.FR. BONNEFOY, O.F.M., JOANNES-BAPTISTA A PETIT-BORNAND, O.F.M.CAP. Hic articulus utile esse potest huic qui de hoc maximi momenti argumento opus perfectum elaborare velit; quod ex animo optamus. Ad quem scopum, quamvis iam nomina multa afferantur, haec adiungere volumus: ZACHARIAS A LISIEUX, O.F.M.CAP., *De la monarchie du Verbe Incarné*, Paris, 1649, et IVO A PARISIIS, O.F.M.CAP., *Des miséricordes de Dieu en la conduite de l' homme avant, pendant et après le péché*, Paris, 1645. Et sunt alia multa. P. JULIANUS EYMARD

394. — G. ROSCHINI, O.S.M., *Intorno alla questione sul cosiddetto motivo dell' Incarnazione*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 269-305.

Anno 1944, una cum G. ROCCA, O.S.M., A. opus scripserat *De ratione primaria existentia Christi et Deiparae* (Romae, 1944; cf. *Misc. Franc.*, 1944-1945, t. XLIV, p. 202-204), quod novum erat tentamen conciliationis sententiae thomisticae cum sententia scotistica. Hoc in articulo idem tentamen renovat. Explicat primum quaenam sit thomistica doctrina, quam a S. THOMAE DE AQUINO doctrina distinguit, cum dicat Doctor Angelicus: « Quidam *probabiliter* dicunt quod si homo non peccasset, Filius Dei homo non fuisset » (*Comment. in Sent.*, d. I, q. 1, a. 3). Explicat secundo, quaenam sit sententia scotistica quae iam ante JOANNEM DUNS SCOTUM a RUPERTO DE DEUTZ, O.S.B., proposita fuerat. Deinde suam explanat sententiam conciliativam quae sic enuntiari potest: Si Adamus non peccasset, non possumus dicere quid factum fuisset; sed in actuali ordine, ex ipsa Revelatione dicere possumus Christum seu Verbum Incarnatum, creationis finem esse. Denique A. tum thomistarum tum scotistarum argumenta infirmat et sua asserta longe lateque probat. P. JULIANUS EYMARD

395. — J. RIVIÈRE, *Le mérite du Christ dans le magistère ordinaire de l' Église*, in *Rev. Sciences Rel.*, 1947, t. XXI, p. 53-88; 1948, t. XXII, p. 214-239.

Quamvis in S. Scriptura vocabula « meritum » et « satisfactio » haud expresse legi possint, inveniuntur tamen verba seu sententiae

quae idem significant. Quaerit A. quomodo duo haec vocabula paulatim imposita sint ut doctrinae christianae perfectum compendium; hoc quaerit non praesertim apud magni nominis doctores sed apud omnes et maiores et minores, ita ut absconditi progressus cognoscantur. Cum A. hic imprimis de Patribus scripserit, bis tantum de S. BONAVENTURA, O.MIN., agitur, primum quando dicit: « Quant au célèbre passage de l' *Épitre aux Philippiens* (II, 9), depuis S. BONAVENTURE et F. SUÁREZ, S.J., jusqu'aux manuels, c'est par excellence le *locus classicus*, peut-on dire, en vue d'établir le mérite personnel que s'est acquis le Sauveur » (p. 60), deinde quando dicit eundem Seraphicum Doctorem PETRI LOMBARDI sententiam falso S. AUGUSTINO tribuere (p. 76, n. 92). In altera sui articuli parte, A. indagationes suas pergit usque ad initium saec. XIII. Parum alibi de scriptoribus franciscanis agitur, scil. de S. BONAVENTURA, O.MIN. (p. 234, n. 2), de JOANNE DUNS SCOTO, O.MIN. (p. 237, n. 3), de ALEXANDRO DE HALES, O.MIN. (p. 239). P. JULIANUS EYMARD

396. — M. OLTRA, O.F.M., *Mediación universalísima de Cristo y de la Virgen*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 453-466.

Universalissimam Christi mediationem A. ex JOANNE DUNS SCOTO statuit. Dei amor diffusus est sui: *ad intra*, cum tres Personae Divinae inter se coaequales amore infinito se diligunt; *ad extra*, cum mundo suam ipse bonitatem Deus communicare velit, ponens Filium suum, Verbum Incarnatum, priusquam homo peccaret, caput et principem totius creationis, scilicet non tantum hominum, sed et angelorum, ita ut Verbum Incarnatum, primum volitum inter omnia creata volita, acceperit a Deo gratiam non ad mensuram, sed in plenitudine, et medium teneat in throno propter potentiam, in officio propter missionem, in merito propter dignitatem. Cum JOANNE DUNS SCOTO refertur etiam S. BONAVENTURA. De Beatae Mariae Virginis universalissima mediatione A. adducit in primis JOANNEM DUNS SCOTUM qui huius doctrinae principia posuit, postea S. BERNARDINUM DE SIENA, O.MIN., et S. BONAVENTURAM. Sed praesertim THOMAE FRANCISCI URRUTYGOITI, O.F.M., et CAROLI DEL MORAL, O.F.M. (1731), munus partemque ostendit.

Adnotare liceat, ante hos duos Fratres Minores, saec. XVII, iam doctrinam hanc Capuccinos gallicos illustravisse, defendisse et explanavisse. Satis sit recensire LEANDRUM A DIJON, O.F.M.CAP., *L'idée parfaite de l'Amour divin exprimée dans l'intelligence cachée du Cantique des Cantiques*, t. II, p. 460-467, 591-597 (Paris, 1672), LUDOVICUM FRANCISCUM AB ARGENTAN, O.F.M.CAP., *Les grandeurs de Marie*, ed. 1853, t. I, p. 502-510; prima vice anno 1683 editum est hoc opus. Hanc de B. Mariae universali mediatione doctrinam firma Capuccinorum traditio semper tenebat, ut ex parte probari potest ex JOSEPHO A PARISIIS, O.F.M.CAP., *Retraite des dix pours*, p. 159-163 (Paris, 1913; opus manuscriptum anno 1640, iuxta sermones annis 1635-1636 praedicatos), et ex S. LAURENTIO A BRUNDUSIO, O.F.M.CAP., (cf. JÉRÔME DE PARIS, O.F.M.CAP., *La doctrine mariale de Saint Laurent de Brindes*, p. 165-181, Rome-Paris, 1933). P. JULIANUS EYMARD

397. — H. RONDET, S. J., *Prédestination, grâce et liberté*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1947, t. LXIX, p. 449-474.

Secundum A., JOANNES DUNS SCOTUS molinistarum esset praecursor; dicit enim A. (p. 455 n. 26): « Des travaux récents s'efforcent de montrer que cette façon de parler de Dieu (scientia media) remon-

terait à l'école scotiste », et revocat E. VANSTEENBERGHE, *Molinisme*, in *Dict. Théol. Cath.*, t. X, col. 2128, sicut et P. VIGNAUX, *Justification et prédestination au XIVième siècle. Duns Scot, Pierre d'Auriole, Guillaume d' Occam, Grégoire de Rimini*, p. 11, Paris, 1934 (cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 257-262). Dicit quoque A. (p. 465): « Molina... n'est pas ici chef de file. Il faudrait probablement remonter à Duns Scot, qui pour définir Dieu, parle moins d' intelligence que de volonté », et adducitur ST. GILSON, *La philosophie au moyen âge*, 2e édition, p. 258, Paris, 1944. P. JULIANUS EYMARD

398. — R.C. DHONT, O.F.M. *Le problème de la préparation à la grâce. Débuts de l'école franciscaine.* (Études de science religeuse, vol. V). Paris, Éditions Franciscaines, 1946. In-8°, XIV-333 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 296-298.

399. — S.G. RIVAS, S.J., *Los teólogos salmantinos y el decreto de la justificación*, in *Estud. Ecles.*, 1947, t. XXI, p. 147-170.

Postquam illam sessionem, in qua de iustificatione decretum promulgatum est, descripserit, A. theologos qui huius theologici participes fuerunt laboris, enumerat, scil.: undecim clericos saeculares, quinque Dominicanos, decem Fratres Minores de Observantia, decem Fratres Minores Conventuales, quinque Augustinianos, septem Carmelitanos et unum Servitam. Inter illos notandus est in primis ALPHONSUS DE CASTRO, O.F.M.OBS., deinde ANDREAS DE VEGA, O.F.M.OBS. Prior in sessionibus praeparatoriis suum de iustificatione sensum nitide clareque notum fecit; posterior ad decretum de iustificatione elaborandum efficaciter adlaboravit, cum id probat similitudo inter ipsius Fratris Minoris praeparatorium libellum et ipsum Tridentinum decretum. In fine, narratur contentio quae fuit inter D. SOTO, O.P., et ANDREAM DE VEGA de status gratiae cognitione. De ANDREAE DE VEGA praeparatorio libello, cf. CORRADO DA ARIENZO, O.F.M.CAP., *La dottrina sul merito e sulla grazia in Andrea de Vega col relativo influsso nel Decreto Tridentino della giustificazione*, in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 189-218. P. JULIANUS EYMARD

400. — J.A. SPITZIG. *Sacramental Penance in the Twelfth and Thirteenth Centuries.* A Dissertation. (Catholic University of America. Studies in Sacred Theology. Series II, 6). Washington, Catholic University of America Press, 1947. In-8°, XI-196 p.

Cum hanc dissertationem ipsi videre non potuerimus, ex recensione in *Bull. Théol. Anc. Méd.*, 1949, t. V, p. 455-456, discimus A. tractavisse de satisfactione sacramentali i.e. de « poenitentia imposita a confessario in sacramento poenitentiae », et a saec. XIII solum quinque auctores examinavisse, nempe ALEXANDRUM HALENSEM, BONAVENTURAM, ALBERTUM MAGNUM, THOMAM et DUNS SCOTUM, de quorum tamen doctrina pauca exposuisset. Imprimis A. penitus omisit, exponendo doctrinam *Summae* ALEXANDRO adscriptae — quaestionibus de genuinitate *Summae* ignoratis —, explicare evolutionem doctrinae inde a PETRO DE BLOIS ad hanc *Summam*. P. BONAVENTURA

401. — Cl. Schahl, O.F.M. *La doctrine des fins du mariage dans la Théologie scolastique* (Études de sciences religieuses, VI). Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 160 p.

Anno 1935, H. Doms de matrimonii finibus librum edidit, contra quem multi theologi scripserunt et cuius sententiae a S. Officio, 20 martii 1944, improbatae sunt; asserebat enim matrimonii finem esse non prolem, sed societatem coniugalem (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1946-1947), p. 364-367). Postquam dissensiones evanuerunt, A. quiete placideque huius quaestionis historiam delineat. Primum apud Sacram Scripturam, tam in Vetere quam in Novo Testamento doctrinam inquirit, quae de societate coniugali potius tractat quam de pueris generandis et educandis. Postea ostendit quomodo S. Augustinus statuerit prolem matrimonii principalem finem esse; sed eius pessimismum actum generationis peccaminosum esse dicebat et rectum tantum fieri, si intentione recta fieret, scilicet ad puerum procreandum ordinata, quacumque sensualitate exclusa. Traditio diu doctrinam hanc augustinianam docuit, sed Petrus Abaelardus adversus augustinianum pessimismum scripsit, generationis actum ex se bonum esse asserens; attamen, puer praecipuus finis permanebat. Richardus de S. Victore sua vice non tantum generationis actum ex se bonum esse dicebat, immo non puerum, sed societatem coniugalem praecipuum matrimonii finem esse. Saeculo sequente Gratianus matrimonii essentiam copulam esse dicebat, dum Petrus Lombardus, postquam matrimonium definierit viri mulierisque coniunctionem maritalem, asserebat consensum de quo agitur non esse carnalis copulae, sed coniugalis societatis: carnali delectationi semper aliquid peccaminosum inhaerere. S. Albertus Magnus, O.P., qui est de hoc argumento praecipuus doctor, spem prolis, scilicet copulam, principalem finem esse dicebat, cum ad hunc finem a Deo institutum esset matrimonium, et postea tantum adiungerentur diversa remedia, ut sensualitatis periculum vitaretur, postea tantum sacramentalis dignitas adiuncta esset. S. Thomae de Aquino, O.P., doctrina minus est clara et quia secundum Aristotelis principia iudicare voluit, ab antiqua simplicitate dissentit, cum ex una parte propter proposita principia novitates admittat, ex altera vero veteri traditioni aliquoties fidelis remaneat, ita ut non semper secum consentiat. Dum S. Thomas hanc potius rationalem doctrinam elaborat, S. Bonaventura, O.Min., potius mysticam synthesim concipit, omnia referens ad interiorem illuminationem, quae coniuges de eorum officiis docet, ita ut et ad peccatum vitandum et sanctitatem acquirendam, id est ad sacramentum omnia praesertim pertineant: fides prolesque secundas partes apud Doctorem Seraphicum tenent: quaestiones philosophicae tamen non omittuntur neque morales, cum matrimonii essentia in consensu ponatur et pessimismus augustinianus retineatur. Denique J. Duns Scotus, O.Min., duplicem finem matrimonio assignat, scilicet principalem qui est procreatio et educatio prolis, secundarius et omnino fortuitus qui est concupiscentiae remedium: matrimonii proprietates non ad concupiscentiam temperandam, sed ad prolem educandam pertinent; amor qui a Deo Patre procedit, hic maximam partem tenet, ita ut coniuges amore semper mutuo ad divina erigantur et cum ipsis proles ad Deum amore semper consurgat.

Huius operis dos praecipua est claritas. Semper clare nitideque diversae quaestiones distinguuntur, scilicet: matrimonii fines, matrimonii proprietates, matrimonii essentia, matrimonii moralis valor; sic immodicae orationes vitantur inanisque profluentia loquendi; argumenta breviter adstringuntur, oratio densatur, concluditur brevius angustiusque; A. tamen lectoris animum nunquam suspendit et obscuritatem, si quae occurrit, semper discutit; opus ergo cum quadam delectatione legitur, et quando lectum est, lector praecise accurateque scit quid A. dicere intenderit. Sed huius qualitatis ipsa virtute opus hoc non omnino emendatum est, cum de diversarum doctrinarum varietatibus non satis ratio habetur. Sic non ostenditur quomodo S. AUGUSTINI doctrina paulatim ab ipso doctore mutatur, ita ut paulatim humanior fiat. PETRUS ABAELARDUS non absolutam novitatem videtur afferre, cum ante ipsum multi matrimonii dignitatem defenderunt, ostendentes illud esse non tantum concupiscentiae remedium, sed amoris divini egregium donum; sic de S. JOANNE CHRYSOSTOMO, p. 29, nota 46 dicitur: « Saint Jean Chrysostôme estimait que le but principal du mariage était la satisfaction de l'instinct sexuel », et adducitur A. MOULARD opus (*Saint Jean Chrysostôme, le défenseur du mariage et l'apôtre de la virginité*, p. 73, Paris, 1923); sed in hoc libro etiam legitur (p. 134): « Nous avons vu précédemment comment... (S. Jean Chrysostôme) avait considéré le mariage comme une pure conséquence du péché originel, destiné seulement à en réparer les désastres. Il n'a pas toujours tenu ce langage. Ce qui fonde vraiment à ses yeux la légitimité de l'union conjugale, c'est d'abord l'acte législatif de Dieu qui fut posé avant la chute ». De S. THOMA DE AQUINO criticum iudicium potius nimis contractum et adstrictum videtur, et multi textus adferri possunt qui A. adserta infirmare aut temperare videntur; A. illos et proferre et disputare debuisset, dum e contra, (p. 120, n. 58) satis habet thomistas leniter ridere. Item, nihil dicitur de diversis erroribus, quos theologi scholastici pugnare debuerunt et qui certo in ipsas doctrinas quandam vim exercuerunt. Sic, in medio aevo, manichaeismus matrimonium ut intrinsece malum condemnabat et commenticiae fabulae amori libero (« amour courtois ») favebant. Tantum semel (p. 138) A. manichaeismo annuit.

Hae omnes animadversiones meritum A. non impediunt; indicant in quo sensu A. opus revidere et emendare possit, ut nobis id quod ab eius eruditione exspectamus, diligenter assidueque conferat. P. JULIANUS EYMARD

402. — ALPH. VAN KOL, S.J. *Christus' plaats in S. Thomas' moraalsysteem. Een onderzoek van de Prima Secundae.* (Bijdragen-Bibliotheek. Deel I). Roermond-Maaseik, J.J. Romen & Zonen, 1947. In-8°, 143 p.

Moderatores periodici commentarii *Bijdragen*, editi a Facultatibus philos. et theol. S.J. Hollandiae Septentrionalis et Meridionalis, collectionem dissertationum edendam susceperunt eidem periodico adnexam eiusdemque programmati scientifico accommodatam. Primum huius novae collectionis volumen est opus praesens, in quo A. quaerit determinare quemnam locum S. THOMAS DE AQUINO Christo tribuerit in systemate theologiae moralis. Concludit A. *Primam Secundae* S. THOMAE non quidem redactam esse iuxta rationem christologicam, attamen continere tot tantaque elementa christologica, quae, iuxta christologiam expositam in *Summae Theologicae* parte tertia interpretata, ab iis qui theologiam moralem hodie ex adspectu christologico retractare et renovare intendunt, omnino praetermitti non debent, sed huiusmodi propositi firmum fundamentum constituunt.

Quod ad scholam franciscanam attinet, A. pauca animadvertit de positione et indole christologica theologiae moralis in systemate ALEXANDRI HALENSIS (qui p. 42 an. 1255, p. 22 autem, recte quidem, an. 1245 mortuus esse dicitur), S. BONAVENTURAE (qui *Sententias* legit an. 1250-1252, non 1251-1253; cf. G. ABATE, O.F.M.CONV., *Per la storia e la cronologia di S. Bonaventura, O.Min.* (*c. 1217-1274*), in

Misc. Franc., 1949, t. XLIX, p. 534-568; 1950, t. L, p. 97-130), et in *Summa de virtutibus*. A. de his doctoribus fusius non tractat, sed accurata sua dissertatione de S. THOMA desiderium excitat, ut de proposita quaestione positio antiquae scholae franciscanae simili modo indagetur.

P. BONAVENTURA

403. — G. LE BRAS, *Usure*, in *Dict. Théol. Cath.*, t. XV, col. 2136-2390, Paris, 1948.

Inter doctores franciscanos qui, mediae aetatis temporibus, de usura disseruerunt, in primis refertur ALEXANDER HALENSIS, qui sequitur GULIEMUM ANTISSIODORENSEM et quem multi sequuntur (col. 2343, 2346); postea commemoratur S. BONAVENTURA (col. 2343, 2350), qui de usura scripsit in *Comment. in Sent.*, l. III, d. XXXVII, dub. VII, ubi dicit: « Pecunia, quantum est de se, per semetipsam non fructificat, sed fructus aliunde venit » (*Opera omnia*, t. III, p. 835), sicut in *Comment. in S. Lucam* (*Opera omnia*, t. VII, p. 157, 158), et in *Collationibus VII de decem praeceptis* (*Opera omnia*, t. V, p. 528) (cf. H.J.L. LEGOWICZ, O.F.M., *Essai sur la philosophie sociale du Docteur Séraphique*, p. 261-266, Fribourg, 1937; *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 399-405); falso ab A. tribuitur Seraphico Doctori *Speculum conscientiae* (col. 2346), quod alii dicunt a JOANNE DE PECKHAM, O.MIN., alii autem ab HENRICO DE HASSIA conscriptum esse (cf. P. GLORIEUX, *Répertoire des Maîtres en Théologie de Paris au XIIIième siècle*, t. II, p. 50, Paris, 1933). Enumerantur quoque (col. 2345) MONALDUS JUSTINOPOLITANUS, O.MIN. (MONALDINO), JOANNES DE ERFURT, O.MIN., ASTESANUS DE ASTI, O.MIN., ANGELUS DE CLAVASIO, O.MIN.; inter praedicatores citantur S. BERNARDINUS DE SIENA, O.F.M.OBS., et B. BERNARDINUS DE FELTRIA, O.F.M.OBS. (col. 2344, 2363).

P. JULIANUS EYMARD

2. - *De spiritualitate*

404. — GABRIEL DIEFENBACH [OF REDWING], O.F.M.CAP. *Common Mystic Prayer.* (Paterson, N.J.), St. Anthony Guild Press, 1947. In-8°, VIII-128 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 142-144.

405. — G. LA GRUA, O.F.M.CONV. *Il problema della vocazione generale alla mistica. Soluzione.* Roma, Miscellanea Francescana, 1946. In-8°, 77 p.

Auctoris assertum sic enuntiari potest: Cum vita mystica non sit aliud nisi vitae christianae perfectio, seu vitae ipsius Christi plena participatio, haud dubium est quin omnes ad hanc perfectionem vocentur, quamvis pauci usque ad eam perveniant; sed cum contemplatio infusa, quae simul est et iam passiva, non per se et directe, sed tantum indirecte et per accidens ad vitae christianae perfectionem pertineat, sequitur non omnes directe et per se ad eam vocari, sed alios per se et directe, alios indirecte et per accidens. Ad probandum suum

assertum, A. in primis quid sit mystica explicat. Dicit illam esse ipsius Christi vitam in quantum a nobis sit experta; duplex elementum continet, alterum ontologicum, quod non est aliud nisi gratia, cum virtutum infusarum theologicarum et moralium apparatu, alterum psychologicum, quoniam quando christianus paenitentia virtutumque exercitatione, paulatim in Christum transformatur, sic fit, ut ipsa Christi experientia frui possit. Ad vitam mysticam sic intellectam omnes christianos vocari A. ita probat: Gratia perfectum suum incrementum tantum in vita mystica invenit; atqui ad hoc gratiae perfectum incrementum omnes vocantur. Ergo. Maior probatur quia tota vita ascetica consistit in hac S. Pauli sententia: « Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus » (*Gal.* II, 20); quando iam nos non vivimus, sed vivit vero Christus in nobis, tunc potentiae deificatae sunt, sicut divinae erant potentiae humanae Christi, et tunc adest in nobis eadem experientia mystica atque in Christo. Sed ex hoc non deduci debet omnes ad contemplationem infusam vocari, saltem per se et directe, quia, cum mansiones multae sint in domo Patris Christi, pluribus modis Christum imitari possumus, quidam in vita sua publica, apostolatui dedita, quidam vero in vita sua interiore, orationi consecrata; posteriores ad contemplationem infusam vocantur directe et per se, priores indirecte et per accidens, in quantum apostolatui contemplatio infusa est necessaria.

In bibliographia huius operis plures libri omittuntur. Inter scriptores qui catholici non sunt, omittuntur H. Bergson, *Les deux sources de la Morale et de la Religion* (Paris, 1932), J. Baruzi, *Saint Jean de la Croix et l'expérience mystique* (Paris, 1924) et praesertim H. Delacroix, *Les grands mystiques chrétiens* (Paris, 1938); inter catholicos omittitur Ludovicus a Besse, O.F.M.Cap. (cf. Remigi de Papiol, *Una gloria franciscana: el M.R.P. Ludovic de Besse, mistic i restaurador de la mistica,* in *Estud. Franc.*, 1936, t. XLVIII, p. 35-70, 144-173). Non loquitur quoque A. de Litteris Encyclicis Pii XII *Mystici Corporis Christi* (cf. *Acta Apost. Sedis*, 1943, t. XXXV, p. 193-248), quarum luce doctrinam suam distinguere potuisset ab illa quae nuper damnata est et quae considerat Corpus Mysticum Christi ut physicum (cf. P. Galtier, S.J., *L'encyclique sur le corps mystique du Christ et la spiritualité,* in *Rev. Asc. Myst.*, 1946, t. XXII, p. 49), ita ut christiani membra Christi essent ut manus est corporis nostri pars; altera difficultas procedere potest ex eo quod nemo scire potest utrum sit annon in statu gratiae, et si vita mystica non sit aliud, ut dicit A. (p. 15-25), nisi Spiritus Sancti in nobis inhabitantis experimentum, sequitur nos de statu gratiae certos esse posse et nullum erit discrimen inter falsos et veros mysticos. Si hae res amplius tractatae essent, expositio maiorem adhuc auctoritatem haberet. Index nominum et rerum desideratur. Breviter et passim in libro agitur de S. Bonaventura, B. Angela de Foligno, T.O.S., de S. Catharina Genuensi, T.O.S.

P. Julianus Eymard

406. — A. Oddone, S.J., *Criteri per discernere le vere visioni e apparizioni soprannaturali*, in *Civiltà Catt.*, 1949, vol. XCIX, t. I, p. 359-370, t. II, p. 363-375.

In huius articuli prima parte A. visiones apparitionesque describit. In altera, criteria enumerat quibus verae apparitiones visionesque discerni possunt. Ibi (t. II, p. 368), falso S. Bonaventurae tribuitur opusculum quod nuncuparetur *De progressu Religiosorum;* agitur in re de opusculo *De profectu Religiosorum,* cuius auctor est David de Augusta, O.Min. (cf. L. Wadding, *Scriptores Ordinis Minorum,* p. 55-56, ed. novissima, Romae, 1906). P. Julianus Eymard

407. — EUSTAQUIO DE ONÉZCAR, O.F.M.CAP., *Disquisiciones sobre los gustos espirituales*, in *Rev. de Espirit.*, 1947, t. VI, p. 165-176.

Quaerit A. utrum consolationes spirituales sint adiutorium an impedimentum ad perfectionem acquirendam. Quaeritur in primis quid sit consolatio spiritualis, postea unde procedat; dicitur denique harum consolationum sedem esse non intellectum, sed voluntatem, quae tamen eis frui non posset sine intellectus concursu. In altero articulo respondebitur quaestioni principali. Hoc in articulo, commemorantur pluries FRANCISCUS DE OSUNA, O.F.M.OBS., et JOANNES DE LOS ANGELES, O.F.M.OBS. P. JULIANUS EYMARD

408. — LEÓN VEUTHEY, O.F.M.CONV. *Itinerario evangélico del alma.* Versión del italiano por EMILIO SANZ. Barcelona, Editorial J. Vilamala, (1946). In-16°, 158 p.

Lectores nostri commentari periodici naturam et indolem huius opusculi iam noverunt, quum de eiusdem editionibus latina (an. 1938), italica (an. 1942 et 1943) et gallica (an. 1943) opportune actum sit (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 256-260; 1948, t. XVIII, p. 307-308). Interpres hispanicus, compendiata italica editione utens, textum fideliter vertit, quamvis opusculum paulo aliter inscripserit, scil. *Itinerarium animae evangelicum*, dum in ceteris editionibus titulus erat: *Itinerarium animae franciscanae.* Tam interpres quam editor omnem merentur laudem, ob divulgationem apud Hispanicos doctrinae laudati opusculi, qua fideles christiani per viam virtutis feliciter manuducuntur. P. MELCHIOR

409. — LÉON VEUTHEY, O.F.M.CONV. *Le Notre Père des Ames Intérieures.* Paris. Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 91 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 438.

410. — *Orientaciones sobre espiritualidad franciscana,* in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón,* 1947, t. II, p. 147-152.

Desiderio confratrum, praesertim praedicatorum, obsequens, A. anonymus de spiritualitate franciscana quaedam compendiose adumbrare conatus est. In primis vitae Seraphici Patris fontes explicat, quorum tres species exhibet, scilicet THOMAE DE CELANO opera, S. BONAVENTURAE legendas et ea quae a FR. LEONE scripta sunt; de his nihil accuratum dicit A. Opuscula eiusdem Seraphici Patris breviter explanantur, et L. LEMMENS, O.F.M., editio commendatur. Quoad vitam Capuccinorum, commendantur *Monumenta Historica Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*, et liber a MELCHIORE A POBLADURA, O.F.M. CAP., compositus: *La bella e santa Riforma dei Frati Minori Cappuccini*, Roma, 1943. Postea datur parvula bibliographia, et denique exponitur franciscanae spiritualitatis parvula summa, quae haud simplex dici potest. P. JULIANUS EYMARD

411. — F. S. ATTAL. *Le virtù francescane.* Lanciano-Roma, Casa Ed. Carabba S.A., 1947. In-8°, 24 p.

A. brevissime exponit duodecim virtutes franciscanas: caritatem, paupertatem, castitatem, oboedientiam, humilitatem, orationis spiri-

tum, discretionem, sanctam simplicitatem, perfectam laetitiam, libertatem, urbanitatem, pacem. Harum omnium praecipua est caritas (p. 22). Sunt virtutes quas omnes homines exercere possunt, cum spiritus S. FRANCISCI, viri catholici, universalis sit omnibusque christianis a Summis Pontificibus commendatus. P. JULIANUS EYMARD

412. — P. HUGUET, *La communauté franciscaine*, in *Regards sur la Communauté* (*Lumières d'Assise*, n. 4), p. 43-52, Paris, 1947.

Omnes ad S. ANTONIUM veniunt ut ad mediatorem qui quandam gratiam impetrare potest. Omnes ad S. FRANCISCUM veniunt ut ad Patrem, qui nobis est exemplar, vis, virtusque. Nos attrahit et nos informat. Sic olim suos primos sodales attrahere informareque potuit. Huius auctoritatis secretum est eius immensa caritas. Primum Orationis Dominicalis momentum intuitus est, quae est unionis oratio. Postea amorem Christi, qui unus amari diligique non potest sed tantum cum aliis, in se semper accendit ita ut aliis eum communicaret. Post ipsum, eius primi sodales hac interiore vita, hac communi caritate vixerunt, ita ut ab initio communitas franciscana efformaretur.
P. JULIANUS EYMARD

413. — A. GEMELLI, O.F.M., *La liberté du franciscain*, dans *Regards sur la Liberté* (*Lumières d'Assise*, n. 5), p. 66-75, Paris, 1948.

A. libertatem sic definit: « Libération de tout ce qui empêche d'atteindre un idéal ». Ostendit tunc S. FRANCISCUM huius libertatis amore captum. Pauper est ut a divitiis, humilis ut ab honoribus, omnis eruditionis expers ut a scientia liberetur. Hanc libertatem filiis suis communicare intendit; petit a superioribus ut fratribus magnam reverentiam praestent, ut verborum libertatem, mentis libertatem semper tueantur; sed vigilare quoque debent ut ipsa caritas libertatis vera tutela sit semper. P. JULIANUS EYMARD

414. — VITUS A BUSSUM, O.F.M.CAP., *Locus franciscano Ordini in Mystico Corpore Christi assignatus*, in *Tert. Ord.*, 1948, t. IX, p. 80-87.

Primo statuit A. unamquamque familiam religiosam novum «organum» esse in Corpore Christi Mystico, a Spiritu Sancto formatum et novum membrum seu «organum» rationem sui sufficientem non habere nisi novam quandam functionem in corpore exerceat. Postea cuiuscumque familiae religiosae munus breviter designat A., ut Benedictinorum cultum liturgicum, Ordinis Praedicatorum lucem et splendorem veritatis. Denique ad Ordinem Seraphicum pertinet praesertim Christi paupertatem imitari: manifestare in se Christum pauperem crucifixum, vivere vitam pauperem Christi crucifixi, en breve summarium totius Seraphici Patris propositi et programmatis.
P. JULIANUS EYMARD

415. — HEINRICH FICHTENAU. *Askese und Laster in der Anschauung des Mittelalters.* Wien, Verlag Herder, 1948. In-8°, 127 p.

Ex duobus colloquiis exortus est libellus iste, qui evolutionem asceseos et doctrinae vitii magno conspectu ostendit. Praemittuntur

hodierni protestantismi et vitalismi opiniones de exercitatione virtutum divinarumque rerum contemplatione. Deinde variae conceptae medio aevo formae seu species de disciplina spirituali exponuntur, et quidem inde a stoicorum et monachorum aegyptiorum iudicio usque ad nova tempora. Systematicam explicationem ne quaeras. Circumduceris variis in regionibus et argumentis, audies sententias de risu et planctu, de ordine atque honore, de mundi contemptu et laicorum motu atque de subiectivismi protestantici radicibus. - Altera pars non minore elementorum varietate referta est, quamvis de unico argumento sermo sit, scil. de contentione inter virtutem et vitium, quae a monachis et militibus medii aevi in se ipsis et contra diabolum sustinebatur. Optime demonstratur, quomodo in decursu temporum notio vitii capitalis varias mutationes subierit. Romanorum praepotens vitium erat habendi cupido, Germanorum econtra superbia et invidia. Ad coaevos conversus A. exaltat humilitatem.

Huic dicendi scribendique generi necessario inest proclivitas res breviter perstringendi atque attingendi. Hinc difficile dictu, num evolutionis linea recte ducta fuerit, praesertim quia A. raro ex ipsis fontibus medii aevi suas cognitiones hausit, sed ex multis auctorum modernorum elucubrationibus. Opera theologorum plus aequo neglecta fuere, S. Augustino et S. Bernardo exceptis.

S. Franciscus tangitur p. 41, 50, 52, 59, 120, 122, et S. Bonaventura in adnotationibus (p. 23, 27) tantum nominatur, quin utriusque aliqua memoratu digna dicantur. Libellus nihilominus etiam nostratibus valde utilis est, quia omnia fere capita pertractata necessitudinem habent cum rebus franciscalibus. P. Laurentius

416. — K. Swenden, *Bronnen van Dionysius Cartusianus' « Mystica Theologia »*, in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 259-278.

Inter scriptores, qui magnam vim et auctoritatem apud Dionysium Carthusianum habebant, A. tertio loco, post Pseudo-Dionysium et Joannem de Ruysbroeck, adducit Doctorem Seraphicum, cuius divisionem visionis Dei in septem classes, doctrinam de Donis Spiritus Sancti Carthusianus cognoscit, duplicem viam contemplationis rerum divinarum, scil. positionis et ablationis seu negationis assumit, identificans tamen, contra S. Bonaventuram, hanc ultimam viam cum experientia mystica, et insuper praetermittens notam christologicam theologiae mysticae Seraphici Doctoris. Ipse Doctor Ecstaticus tractatum *Contemplativorum aquilinos obtutus* adscripsit S. Bonaventurae, de quo cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 119. Magis quam S. Bonaventuram sequitur S. Thomam et potissimum Areopagitam.

P. Bonaventura

417. — *Místicos Franciscanos*. Tom. I: *Fray Alonso de Madrid y Fray Francisco de Osuna*. Edición. Introd. J.B. Gomis, O.F.M. Madrid, Biblioteca de autores cristianos, 1948. In-8°, XI-700 p.

In introductione A. primum dicit quid sit theologia mystica, quae quidem est Dei in nobis praesentis experta cognitio. Homo ad Deum inclinatus obiectum est philosophiae; Deus hominem elevans est theologiae obiectum; mysticae obiectum est unio experta Dei ele-

vantis et hominis elevati. Postea enumerat A. peculiares mysticae hispanicae notas, scilicet: harmoniam concinnitatemque, amoris philosophiam, accuratissimam psychologiam, altissimam metaphysicam. Inter mysticos hispanicos Fratres Minores locum maximum tenent; ab aliis distingui possunt hispanicis, quia apud eos maioris est momenti quam apud alios philosophia amoris, quae de vitae spiritualis unitate praesertim tractat, ita ut omnia ad Deum inclinentur, Deus ad omnes omniaque se communicet, dum cor et intellectus eodem divinae cognitionis amore, eademque divini amoris cognitione perfecte cum Deo uniuntur. Denique de auctoritate quam mystici franciscani hispanici apud alios et praesertim apud S. THERESIAM et S. JOANNEM A CRUCE habebant, breviter disserit A.

Non omnia istorum mysticorum opera publicantur, neque etiam omnes mystici; eliguntur inter auctores illi qui maiorem influxum exercuerunt, inter libros illi, qui saepius editi sunt. Hoc in tomo typis mandantur: ALPHONSUS DE MADRID, *Arte para servir a Dios*, *Espejo de ilustres personas*, FRANCISCO DE OSUNA, *Ley de amor santo*. Parvula introductio quodque opus praecedit, et in fine invenitur diversarum editionum elenchus, quin quaeque editio accurate describatur. Non dicit A. qualis editio eligatur, nec variae lectiones si quae sint in notis referuntur. P. JULIANUS EYMARD

418. — *Místicos Franciscanos*. Tomo II: *Fray Bernardino de Laredo, Fray Antonio de Guevara, Fray Miguel de Medina, Beato Nicolás Factor*. Introducciones del Padre Fray J.B. GOMIS. Madrid, Biblioteca de autores cristianos, 1948. In-8°, XVI-837 p.

In hoc secundo tomo eduntur opera sequentia: BERNARDINO DE LAREDO, *Subida del monte Sion*, ANTONIO DE GUEVARA, *Oratorio de religiosos y ejercicio de virtuosos*, MIGUEL DE MEDINA, *Infancia espiritual*, NICOLÁS FACTOR, *Las tres vitas*. Eadem methodo utitur A. ac in tomo praecedente. Parvula introductio libros editos praecedit, et elenchus diversarum editionum praebetur; sequitur ipse textus, paucis notis illustratus. P. JULIANUS EYMARD

419. — D. A. STRACKE, S. J. *Over twee bemerkingen van Sint Ignatius in zijn Geestelijke Oefeningen*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 161-189.

Examinans ea quae P. DUDON, S.J., in opere *Saint Ignace de Loyola* (Paris, 1934) de spiritualitate fundatoris Societatis Jesu eiusque fontibus exposuit, A. adfert duos textus quibus S. IGNATIUM in libro *Exercitiorum Spiritualium* componendo usum esse ostendit. De altero textu, neerlandico, saec. XV, in ipsa inscriptione asseritur ipsum esse precationem S. FRANCISCI. Revera inter scripta genuina S. FRANCISCI ASSISIENSIS non invenitur, nec adhuc detegere potui quisnam sit istius precationis auctor. Sufficiat hic notare indolem omnino franciscanam precationis, quae, iuxta ipsum textum, saltem in ambitu franciscano tradebatur, cum scriptor precationis S. FRANCISCUM appellet « Dominum meum » et « Sanctum Patrem nostrum ».

P. BONAVENTURA

420. — FIDÈLE DE ROS, O.F.M.CAP., *Los místicos del Norte y Fray Luis de Granada*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1947, ser. 2, t. VII, p. 5-30, 145-167.

Semper operae pretium est indagare, quibus ex fontibus auctores spiritualitatis cognitiones suas hauserint, ut facilius determinetur, quonam modo consilium suum excogitaverit scriptor. Notum iam erat LUDOVICUM GRANATENSEM, O.P., tribus Italiae viris plura debere, scil. H. SAVONAROLA, O.P., JOAN. BAPTISTAE DE CREMA, O.F.M., et SERAPHINO DE FERMO, O.F.M. (cfr. MARCEL BATAILLON, *De Savonarole à Louis de Granade*, in *Rev. de Litt. compar.*, p. 23-39, Paris, 1936). A., mysticae hispanicae summe peritus, tres detegit auctores septentrionales, qui haud levem vim exercuerunt in LUDOVICUM GRANATENSEM, scil. LUDOVICUM BLOSIUM, O.S.B. (1506-1566), PSEUDO-TAULERUM vi libri *Exercitia super vita et passione Salvatoris* (anno 1548 ex germanica lingua in latinum versi) et HENRICUM HERP (HARPHIUM), O.F.M.OBS. (┼ 1478).

Naturae et finis *Bibliogr. Franc.* memores ea tantum recensemus, quae franciscanum flandricum respiciunt. LUDOVICUS GRANATENSIS plura, aliquoties vel verbotenus, ex HARPHII opere *Directorium aureum contemplativorum*, praesertim ex primis duodecim capitulis, quae de mortificatione pertractant, desumpsit. Ipsemet Granatensis HARPHIUM laudibus effert et doctoris titulo exornat. Attamen non quovis in casu sententiae adhaeret exemplaris: quantum ad gratias sensibiles ex.gr. opinionem benigniorem tuetur. Nomine HARPHII tacito exscripsit pias orationes et invocationes et duas narrationes de S. CLARA DE MONTEFALCO, O.S.A. (*Directorium*, cap. 37) et de monacho ecstatico (*Collationes*, II, lib. I, c. 10, § 6). Libenter adnotamus A. in suam utilitatem convertisse animadversionem factam in *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-1939), p. 406*, *Collationes II* et *III* non auctoris anonymi, sed revera HENRICI HERP esse. P. LAURENTIUS

421. — GODEFROY DE PARIS, O.F.M.CAP., *L' école franciscaine française de Saint-Honoré*, in *Rev. Sac. T. O.*, 1947, t. XVIII, p. 51-56, 79-84, 106-112, 136-140, 161-166; 1948, t. XIX, p. 23-28, 79-84, 107-112, 134-140, 158-166; 1949, t. XX, p. 21-28, 50-56, 78-84, 106-112, 132-140, 160-166.

Spiritualium auctorum Capuccinorum gallicorum, qui saec. XVII scripserunt, maximum momentum iam notum est. H. BREMOND illud indicaverat (*Histoire littéraire du sentiment religieux*, t. II, p. 135-192; t. VII, p. 266-278, Paris, 1928, 1930); UBALDUS AB ALENÇON, O.F.M.CAP., eorundem elenchum eorumque doctrinae compendium publicaverat (*La Spiritualité franciscaine. Les Auteurs, la doctrine*, in *Études Franc.*, 1927, t. XXXVII, p. 276-295, 338-351, 449-471, 491-604; 1928, t. XXXVIII, p. 81-99); CUTHBERTUS A BRIGHTON, O.F.M.CAP., de iisdem laudes depingerat (*The Capuchins. A Contribution to the History of the Counter-Reformation*, London, 1928; cf. *Collect. Franc.*, 1932, t. II, p. 259-264); nuper MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., optimam ipsorum imaginem ostendit (*Historia generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*, Pars secunda: *1619-1761*, vol. I, p. 243-268, Romae, 1948). Nunc A., operibus suis maxime notus, de

ipsorum doctrina diffusius scribere intendit et plurimos de ipsis iam composuit libros quos tamen praematura mors conficere non permisit.

Ut ita dicam, tria temporum spatia distinguit A. Primum vias praeparat cum Matthia Bellintani a Salò, O.F.M.Cap., qui novitiorum magister fuit (1575-1578) et operibus suis magnam auctoritatem habuit. Eius socii aut disciputi navitatis eius haeredes fuerunt, sicut Josephus a Donchéry, O.F.M.Cap., Ambrosius ab Amiens, O.F.M.Cap., Raphael ab Orléans, O.F.M.Cap., Simplicius a Chaumont, O.F.M.Cap., et post eos, Juliano a Camerino, O.F.M.Cap., regente, Franciscus a Senlis, Joannes Baptista Rousseau, O.F.M.Cap., et Pacificus a Souzy, O.F.M.Cap. qui inter optimos optimi fuerunt. - In secundo temporis spatio (1588-1610), ille qui ceteros supereminet, est Benedictus a Canfield, O.F.M.Cap., anglus, qui insignis animarum director fuit et opere suo *La Règle de perfection* longe lateque claruit. Huius celeberrimi Capuccini doctrinam A. primum explanat, quam in annihilatione passiva et praesertim activa (anéantissement actif et passif) consistere dicit, necnon in Jesu Christi, Dei hominisque, crucifixi, contemplatione; postea eiusdem doctrinae fontes inquirit, quos invenit primum apud S. Bonaventuram, O.Min., deinde Joannem a Caulibus, O.Min., Jacobum de Mediolano, O.Min., Rudolphum de Biberach, O.Min., et multos alios scriptores franciscanos inter quos praesertim Henricus Harphius, O.Min., commemorandus est; extra Ordinem Fratrum Minorum auctor libri qui *The Cloud of Unknouving* inscribitur, et S. Catharina Genuensis, T.O.S., auctoritatem habuerunt. Post hanc inquisitionem, A. de Benedicti a Canfield discipulis tractat qui sunt inter Capuccinos praesertim Angelus de Joyeuse, O.F.M.Cap., et Laurentius a Parisiis, O.F.M.Cap., extra Capuccinos autem P. de Bérulle, B. Acarie et J. Brousse. - Postquam Benedictus a Canfield in Angliam profectus est (1599), incipit tertium temporis spatium in quo Capuccini auctoritatem magnam habuerunt. Duo erant coenacula in quibus ipsi animas regebant, alterum quod apud P. de Bérulle inveniebatur, alterum apud B. Acarie; his in coenaculis noti fuerunt imprimis Raphael ab Orléans, O.F.M.Cap., Angelus de Joyeuse, O.F.M.Cap., Antonius a Parisiis, O.F.M.Cap., Laurentius a Parisiis, O.F.M.Cap., Hilarion a Nolay, O.F.M.Cap., Honoratus a Parisiis, O.F.M.Cap. Sed iam incipit quidam iuvenis, qui maior maiorque fiet, haec coenacula frequentare; Josephus a Parisiis, O.F.M.Cap., mox vocabitur et mox inter omnes primum locum tenebit.

Hic finem habent egregii articuli quos A. de guibusdam scriptoribus Capuccinis composuit. Multa clariora nitidioraque reddidit maiorum suorum doctrinam alacritatemque in magna luce posuit, et iis qui de illis temporibus scribere volent, necessarium instrumentum maximi momenti praebet. - Quaedam tamen minuta sunt notanda. De Matthia a Salò A. dicit: « Le P. Mathias a-t-il dépassé les frontières de l'ascèse? Pénétra-t-il dans le domaine de la mystique?... C'est forte probable ». Huius probabilitatis nullum A. affert argumentum. Nihil quoque dicit de S. Ignatio de Loyola, qui tamen certam in hunc Capuccinum auctoritatem habuit. De Joanne a Fano, O.F.M.Cap., Remigius ab Alost, O.F.M.Cap., scripsit: « Verumtamen ad conclusionem devenire licet, observando Joannem a Fano ab initio meditandi modum introduxisse, qui substantialiter non differt ab illo ignatiano postea evulgato » (*De oratione mentali in Ordine Fr. Min. Capuccinorum*, in *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 181); quod sic de Joanne a Fano dicitur, multo rectius de Matthia a Salò dici potest, qui nihil de re mystica scripsit et qui post S. Ignatium vixit; sic explicatur quomodo apud Capuccinos ignatianus meditandi

modus invenitur (cf. H. BREMOND, *Histoire littéraire du sentiment religieux*, t. II, p. 175). - De BENEDICTI A CANFIELD fontibus A. bene notavit: « Il est tout à fait licite de rechercher ce qui survivait dans sa conscience des expériences faites », scil., priusquam conversus fuerit, quando puritanus erat. Sed de his fontibus heterodoxis non satis insistit A., et praesertim oblitus est operis quo Capuccinus anglus conversus est, scil.: R. PARSON, S.J., *The Book of resolution or Cristian Directory*, Rouen, 1583, quod quidem opus illis temporibus apud catholicos Anglos maximam auctoritatem habuit. - Denique certum est S. FRANCISCUM DE SALES de via supereminenti, id est de tertia parte libri quem scripsit BENEDICTUS A CANFIELD et qui inscribitur *La Règle de perfection*, multum diffisum esse (cf. A. LIUIMA, S.J., *Saint François de Sales et les mystiques* in *Rev. Asc. Myst.*, 1948, t. XXIV, p. 380-385). Hoc est cuiusdam momenti, quia postea, quando BENEDICTI A CANFIELD doctrina suspecta fiet, eminebunt apud Capuccinos gallicos humanistarum ideae quae, praesertim cum IVONE A PARISIIS, O.F.M.CAP., quodam splendore illustrabuntur. Opere ab OPTATO A VEGHEL, O.F.M.CAP., composito et inscripto *Benoît de Canfield (1562-1610). Sa vie, sa doctrine et son influence*, Rome, 1949, A. uti nondum potuit.
P. JULIANUS EYMARD

422. — A. LIUIMA, S.J., *Saint François de Sales et les mystiques*, in *Rev. Asc. Myst.*, 1948, t. XXIV, p. 220-239, 376-385.

Quaerit A. qui sint scriptores spirituales quos legere potuerit S. FRANCISCUS DE SALES et quae fuerit apud eum eorum auctoritas. Hic volumus tantum auctores franciscanos recensere. Anno 1604, S. FRANCISCUS scribit se MATTHIAM BELLINTANI A SALÒ, O.F.M.CAP., DIDACUM DE ESTELLA, O.F.M.OBS., PS.-BONAVENTURAE meditationes legisse. Anno 1606, ALPHONSUS MATRITENSIS, O.F.M.OBS., anno 1608 iterum MATTHIAS BELLINTANI A SALÒ, anno 1611 S. CATHERINA DE GENUA, T.O.S., commemorantur. Si non de scriptoribus commemoratis, sed de doctrinis collatis agitur, videtur oppositio adesse inter S. FRANCISCUM DE SALES et H. HARPHIUM, O.F.M.OBS., dum e contra DIDACUS DE ESTELLA quandam habuit auctoritatem. De FRANCISCO DE OSUNA, O.F.M.OBS., nil dicendum, sed saepe commemoratur exemplum S. FRANCISCI ASSISIENSIS, sicut et B. ANGELAE DE FOLIGNO, T.O.S., et S. LUDOVICI, Galliae regis, T.O.S. Inter S. FRANCISCI DE SALES scriptores aequales BENEDICTUS A CANFIELD, O.F.M.CAP., et LAURENTIUS A PARISIIS, O.F.M.CAP., designantur, quorum prior a sancto viro commendatur, dum posterior potius reicitur.
P. JULIANUS EYMARD

423. — M.M.J. SMITS VAN WAESBERGHE, S.J. *Katholieke Nederlandse Mystiek*. Amsterdam, Uitg. H. Meulenhoff, 1947. In-8°, 406 p.

Cum hoc opus videre non potuerimus, lectorem remittimus ad criticam recensionem L. MOEREELS, S.J., in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXXII, p. 188-191. Iuxta hanc relationem, in isto opere pauca dicta esse videntur de mysticis neerlandicis franciscanis post sicdictam reformationem, quam lacunam OPTATUS VAN VEGHEL, O.F.M.CAP., saltem pro Capuccinis, feliciter explevit (cf. *infra*, n. 424).
P. BONAVENTURA

424. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP. *De spiritualiteit van de Capucijnen in de Nederlanden gedurende de XVII^e en XVIII^e eeuw. Een bijdrage tot de geschiedenis van de vaderlandse vroomheid.* (Batavia Sacra). Utrecht-Brussel, Het Spectrum, 1948. In-8°, 208 p.

De spiritualitate franciscana eiusque historia indefesse scribens, A. in hoc pulchro opere delineare atque describere sibi proposuit campum bene determinatum scil. vitam et vim spiritualem Capuccinorum in ditionibus neerlandicis saec. XVII et XVIII. In primo capite adumbrat S. FRANCISCI exemplum ac mentem circa absolutae vitae franciscanae speciem et formam, necnon Capuccinorum propositum circa perfectissimae Seraphici Patris imitationis rationem (p. 9-27). Caput secundum refert de Capuccinorum in provinciis Neerlandiae vita et operositate apostolica (p. 28-73). A capite tertio incipit tractatio argumenti principalis, agit enim de « aurea aetate pietatis Capuccinorum » in Neerlandia saec. XVII (p. 74-124). Describitur ambitus neerlandicus, Capuccinorum primus zelus, eorumque vita orationi et contemplationi dedita, cultus vitae mysticae duce imprimis HENRICO HERP, periculum quietismi, et, fusiore calamo, victoria mysticae neerlandicae, ducibus praesertim BENEDICTO A CANFIELD, CONSTANTINO A BARBANSON, FRANCISCO NUGENT, MARCELLIANO A BRUGGE, GABRIELE AB ANTWERPEN, qui editionem operis JOANNIS DE RUYSBROECK *Cieraet der brulocht*, et PSEUDO-TAULERI *Naer-Volghinge des Armen Leven Christi*, curavit, LUCA A MECHELEN, et JOANNE EVANGELISTA A 'S-HERTOGENBOSCH. Huic, inter omnes Capuccinos mysticos Neerlandiae praestantissimo, A. dedit totum caput quartum suae expositionis, describens eiusdem vitam, opera, doctrinam, vim auctoritatemque apud alios, et appellans eum « Neerlandicum Joannem a Cruce » (p. 125-149). Ultimum denique caput tractat de spiritualitate saeculi XVIII, quod, contra praecedens saeculum XVII mysticum, etiam apud Capuccinos Neerlandiae vitae spirituali imprimit notam potissime asceticam (p. 150-187). Sequuntur accuratae adnotationes, quae quidem textui in singulis paginis adiungi aptius debuerunt, bibliographia diligenter descripta, elenchus illustrationum quibus liber, typis nitidissime excusus, optime ornatur, et index generalis. Deest tamen index alphabeticus saltem personarum, qui certe, pro magno numero nominum, utilitatem libri non parum auxisset.

Quod ad ipsam expositionem attinet, A. nonnulla brevius descripsit, quia iam fusius exposita erant, imprimis a semetipso, aliis locis accurate indicatis. Plures notitias novas proposuit praesertim in ultimis tribus capitibus. Quae ibidem exponuntur, a spiritualitatis tum Neerlandiae, tum Ordinis franciscalis, tum imprimis Capuccinorum, historiae scriptoribus nullo modo praetermitti debent. Auctori pro pulchro suo opere omnes historiae spiritualitatis cultores valde grati erunt. P. BONAVENTURA

425. — D.A. STRACKE, S.J., *Valsche of echte, gestolen of eigen perel?*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 5-51.

In *Ons Geest. Erf*, 1944, t. XVIII, 2, p. 39-65, in articulo inscripto *Uit den nabloei van onze mystiek*, A. ediderat quemdam tractatum neerlandicum, saec. XVII in Flandria Orientali, probabiliter Gandavi, conscriptum sub titulo *Beworp van oeffeninge des overschouwenden leven, soe dat van sommeghe gevolcht wort* (hoc est: adumbratio exercitiorum vitae supereminentis contemplativae [seu: contemplationis superessentialis], qualis a quibusdam agitur) cum appendicula inscripta *Waerschouwinghe* (h.e.: monitum). In introduc-

tione A. de isto tractatu tulerat sententiam, inter omnia fortasse scripta religiosa non inveniri alteram margeritam illi (praetermissa sermonis duritate) similem genuinitate ac nitore. Contra hoc iudicium OPTATUS A VEGHEL, O.F.M.CAP., in *Ons Geest. Erf*, 1946, t. XX, p. 308-312 (in articulo *Benedictus van Canfield en ons geestelijk erf*, *ibid.*, p. 293-323) scripsit, revocans sententiam CONSTANTINI A BARBANSON, O.F.M.CAP. (✝ 1631), qui tractatum illum, gallice redditum, in opere *Anatomie de l'âme* (Leodii, 1637) ediderat (nuper denuo editum a THÉOTIME DE 'S-HERTOGENBOSCH, O.F.M.CAP., in *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 356-362) eiusdemque doctrinam, utpote illuminismo vel quietismo obnoxiam, repudiaverat. Ex collatione quorundam textuum asseruit, tractatum *Beworp* praecipue pendere a *Regula perfectionis* BENEDICTI A CANFIELD, O.F.M.CAP. Nunc A. in praesente articulo concedit quidem appendiculam *Waerschouwinghe* inveniri iam apud JOANNEM EVANGELISTAM A 'S-HERTOGENBOSCH, O.F.M.CAP., *Het Rijk Godts inder Sielen* (1637) et quasdam tractatus *Beworp* partes congruere cum *Regula perfectionis* BENEDICTI, sed novis argumentis inculcat sententiam, auctorem tractatus *Beworp* in rebus maioris momenti potius sequi JOANNEM DE RUYSBROECK quam BENEDICTUM A CANFIELD, et opusculum satis originale conscripsisse, nec ad scholam franciscanam pertinere. Haec sententia iterum oppugnatur a P. OPTATO in *Ons Geest. Erf*, 1949, t. XXIII, p. 88-104 (*Benedictus van Canfield en ons geestelijk erf. Reghel en Beworp*), cui recentissime respondet A. in eodem periodico, 1949, t. XXIII, p. 396-408 (*Canfeld in de Nederlanden*) et 1950, t. XXIV, p. 80-89 (*Canfeld in de Nederlanden II*: Beworp *versus* Reghel). De exitu totius discussionis certo loco et tempore referemus. P. BONAVENTURA

426. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *De bronnen van Karel Grimminck's spiritualiteit*, in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 369-376.

CAROLUS LUDOVICUS GRIMMINCK, Iprensis (1676-1728), sacerdos et eremita, vita austera et mystica insignis, saec. XVIII mysticam traditionem neerlandicam medii aevi continuat. In scriptis suis (nondum editis) pendet a Ss. Patribus, JOANNE DE RUYSBROECK, JOANNE TAULER, O.P., HENRICO HERP, O.F.M.OBS, LUDOVICO BLOSIO, O.S.B., A.J. DE RANCÉ, O.C.S.O., et praecipue a S. THERESIA DE AVILA, O.CARM.DISC. Eius spiritualitas, considerata fundamentum vitae spiritualis practicae, scholam mysticam Normanniae (JOANNES CHRYSOSTOMUS DE ST. LO, J. DE BERNIÈRES-LOUVIGNY, T.O.S., H.M. BOUDON, aliique) revocat et magis magisque omnino in doctrina B. ANGELAE DE FOLIGNO, T.O.S., nititur. Huius spiritualitatis nota praecipua est imitatio Dei-Hominis crucifixi paupertate, dolore, contemptione, quibus « Omne » divinum et proprium « Nihil » absoluta voluntati divinae deditione percipitur. Haec ab A. breviter exponuntur, qui tamen quaestionem definitive solvere hoc loco non praetendit. P. BONAVENTURA

427. — ROZA VAN HOOGENBEMT, *De voorstelling van de Gekruisigde van de XII^e tot de XVII^e eeuw*, in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 201-236.

Inquirens quidnam auctores saec. XII-XVII scripserint de quaestione circa numerum clavorum in passione Domini, A. magnam auctoritatem notat, quam apud scriptores e artifices habuerunt *Meditationes vitae Christi*, quas S. BONAVENTURAE adscribere videtur, sed sine revocatione dissertationis C. FISCHER, *O.F.M.*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1932, t. XXV, p. 3-35, 175-209, 305-348, 449-483 (cf. *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 509s.). Iuxta *Meditationes* clavi erant tres, cum *Revelationes* et *Revelationes extravagantes* S. BRIGIDAE, T.O.S., numerent quattuor. OLIVERIUS MAILLARD, O.F.M.OBS., cum NICOLAO DE LYRA, O.MIN., secutus est opinionem *Meditationum*. Alii scriptores non adducuntur, sed generaliter tantum asseritur stigmatizationem S. FRANCISCI magnum incitamentum dedisse artificibus in Christi Crucifixi imaginibus conficiendis. P. BONAVENTURA

428. — J.J. MAK. *Middeleeuwse Kerstliederen. Melodieën verzorgd door* E. BRUNING, O.F.M. Utrecht-Brussel, Het Spectrum, 1948. In-8°, XXXVII-245 p.

429. — IDEM. *Middeleeuwse Kerstvoorstellingen*. Utrecht-Brussel, Het Spectrum, 1948. In-8°, 310 p.

430. — IDEM. *Het Kerstfeest. Ontstaan en verbreiding. Viering in de Middeleeuwen*. 's-Gravenhage, Martinus Nijhoff, 1948. In-8°, XII-187 p.

Duo prima opera (nn. 428 et 429) videre non potuimus, sed ex recensione in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 308-312, scimus in illis opportunam rationem haberi momenti spiritualitatis franciscanae in compositione, medii aevi temporibus, cantilenarum pro Nativitate Domini et in modo singulas historiae Nativitatis Christi personas ac partes interpretandi et repraesentandi; in eadem recensione ipse relator, P. GROOTENS, S.J., de eodem argumento nova attulit testimonia ex sermonibus, nuperrime prima vice a se editis, JOANNIS BRUGMAN, O.F.M.OBS.

Tertium opus (n. 430) indagat in prima parte originem et propagationem festi Nativitatis aetate antiqua, in secunda parte celebrationem huius festivitatis aetate media. In secundo capite huius partis, in quo agitur imprimis de praesepio, A. recte exponit (p. 106-108), S. FRANCISCUM non esse auctorem et inventorem praesepii, attamen eum piam hanc traditionem omnino mutavisse, cum eius exemplo historia Nativitatis vim vigoremque acciperet omnino novum et dogma Incarnationis non solum mentem, sed potissimum etiam corda contemplantium arriperet. Quod postea imprimis sodales Ordinis franciscalis contribuerunt ad praesepium aliosque adiunctos natalicios mores propagandos, A. non enarrat, quia ultra medium aevum tractationem suam extendere non voluit. Dissertationis A. STEFANUCCI, *Storia del Presepio*, Roma, 1944 (cf. *Collect. Franc.*, 1944, t. XIV, p. 349-351), quam A. non cognovisse videtur, haec erudita A. expositio est utile ac necessarium complementum, praesertim quod ad tempora antiqua et regiones ultramontanas attinet. Tota de festivitate Nativitatis dissertatio commendatur abundantia notitiarum, accurato multorum fontium studio collectarum, necnon copiosa, quamvis non integra, biblio-

graphia, quam quidem non post singula capita distributam, sed singulis paginis, ad quas pertinet, subiunctam esse malumus.

P. BONAVENTURA

431. — *La Sainte Vierge dans la spiritualité franciscaine*, in *Rev. Sac. T. O.*, 1947, t. XVIII, p. 85-91.

Exponitur quomodo S. FRANCISCI pietas ab amore Christi procedebat, et cum nullus Filium amare nequeat, quin, ipso facto, diligat Matrem, id quod Filio ardenter optabat, haud minus ardenter optabat Matri. Hoc exemplum secuta est schola franciscana; cum primatum dederit Filio qui sit et angelorum et hominum rex et princeps, dedit quoque Matri principatum, quem a Filii sui principatu accepit, ita ut sit ipsa princeps et regina. P. JULIANUS EYMARD

432. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *De oefening van het inwendig gebed in de Minderbroedersorde gedurende de vijftiende en de zestiende eeuw*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 113-160.

De oratione mentali in Ordine franciscano iam D. DOELLE, O. F.M., in *Franz. Stud.*, 1929, t. XVI, p. 229-235, breviter (contra POULAIN) disseruit (*Zur Geschichte der Betrachtung im Franziskanerorden*; cf. *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 99). Nunc A. quaestionem amplius et profundius exponit, tractans primo de origine, deinde de legislatione, denique de magistris praecipuis huius pii exercitii quotidiani. A. statuit orationem mentalem quotidianam iam antiquitus in Ordine Minorum maxime cultam esse. Praecipui magistri erant, post exemplum ipsius Seraphici Patris, S. BONAVENTURA operibus suis genuinis et apocryphis, HUBERTINUS DE CASALE, schola HENRICI HERP, O.F.M.OBS., et FRANCISCUS DE OSUNA, O.F.M.OBS., *Devotionis Modernae* cultores, imprimis opus *De imitatione Christi*, ALPHONSUS MATRITENSIS, O.F.M.OBS., et MATTHIAS A SALÒ, O.F.M.CAP. Praesertim motus *Observantiae* ad orationis mentalis quotidianum exercitium methodicum plurimum contulit, praeprimis scripta HENRICI HERP non solum in ditionibus neerlandicis, sed etiam in Gallia, Italia et maxime in Hispania magnam vim et auctoritatem habebant. Huiusmodi spiritualitas iuxta A. conspicuam habebat notam affectivam, christocentricam, mysticam, et innitebatur fundamento duplici: negative scilicet spiritu paupertatis-abnegationis, positive perfecti amoris (sola voluntas Dei). In fine A. breviter adumbrat origines orationis mentalis apud Capuccinos et auctoritatem HENRICI HERP et BENEDICTI A CANFIELD, O.F.M.CAP., praesertim apud Capuccinos Gallicos. Historiae spiritualitatis franciscanae cultoribus haec dissertatio A. acceptissima erit magnaeque utilitatis. P. BONAVENTURA

433. — VITTORIO M. COSTANTINI, O.F.M.CONV. *Educatione e formazione francescana. Lettera del P. Ministro Provinciale ai Padri Maestri della Serafica Provincia di S. Francesco.* (Pro manuscripto). Spoleto, Collegio Francescano S. Antonio, 1948. In-8°, 167 p.

Has litteras circulares, quae constituunt verum quoddam compendium paedagogiae franciscanae, videre non potuimus, ideoque lectorem remittimus ad recensionem in *Misc. Franc.*, 1950, t. L, p. 172-173.

434. — P.D.C. *Ripigliando. Ai nostri giovani. «Renovamini Spiritu» (Eph. IV, 23).* Palermo, Tipografia «Fiamma Serafica», 1947. In-16°, 75 p.

Non agitur hic de rebus scientificis, sed tantum paraeneticis. Haec consilia iuvenibus Capuccinis dat A. (DIONYSIUS A GANGI, O.F. M.CAP.), scilicet sanctitatis franciscanae ideam commemorare, quod nos dividit spectare, linguam retinere, veritatem diligere. Deinde virtutes, quae animam parant, docet, modestiam, fidem, sinceritatem, etc. Concludit dicens se sperare hunc libellum iuvenibus utilem fore, omniumque pietati favere. P. JULIANUS EYMARD

3. - *De mariologia*

435. — G.M. BESUTTI, O.S.M., *Note di bibliografia mariana,* in *Marianum,* 1947, t. IX, p. 115-137.

Conspectus bibliographicus praebetur repertoriorum quae opera simul exhibent de B. Maria Virgine scripta; hae bibliographiae aliae sunt generales, scil. de universa mariologia, aliae peculiares, scil. de aliqua quaestione, v.gr. de immaculata conceptione, vel de scriptoribus alicuius nationis vel alicuius Ordinis religiosi. A. praeter titulum bibliographiae aestimationem quoque refert quam merentur. Inter bibliographias generales describit opus PETRI DE ALVA ET ASTORGA, O.F.M.OBS., *Militia immaculatae conceptionis Virginis Mariae,* Lovanii, 1663; et inter bibliographias particulares agit de *Bibliotheca Mariana Ord. Fr. Min. Cap.* (Romae, 1910) ab EDUARDO ALENCONIENSI, O.F.M.CAP., exarata, necnon de *Bibliotheca franciscana de Immaculata Conceptione* (Ad Claras Aquas, 1904) conscripta ab H. HOLZAPFEL, O.F.M. P. MELCHIOR

436. — J. BITTREMIEUX, *La mariologie de 1942 à 1945,* in *Marianum,* 1947, t. IX, p. 3-36.

A. recenset libros, articulos, opuscula de quaestionibus mariologicis editis an. 1942-1945, et praeterea omnes manifestationes describit quae eodem temporis spatio celebratae sunt in honorem Virginis Mariae. P. MELCHIOR

437. — JUAN DE GUERNICA, O.F.M.CAP. *Reina y Madre. La Virgen María según la teología franciscana.* Padre Las Casas (Chile), Impr. « San Francisco », 1947. In-8°, 159 p.

Praesens tractatus mariologicus secundum principia et doctrinam scriptorum scholae franciscanae exaratus privilegia mariana explicat captui fidelium accommodata. A. agit per ordinem de praedestinatione B. Mariae Virginis ad divinam maternitatem, ex quo fundamentali principio ceterae profluunt Deiparae praerogativae, maxime autem eius Immaculata Conceptio; postea sermo est de corporea Dei Genitricis in caelum Assumptione, de eiusdem regalitate et spirituali maternitate, item de mediatione atque dispensatione omnium gratiarum,

necnon de munere corredemptionis. Singularem mentionem meretur caput in quo A. propugnare contendit opinionem S. Bernardini Senensis, O.F.M.Obs., aliorumque doctorum, secundum quam operationes specificae animae B. Mariae Virginis non pendebant a sensibus per processum abstractionis, quippe quod huiusmodi cognoscendi modus in praesente naturae statu est consequentia peccati originalis; idcirco B. Virgo Maria a primo suae Immaculatae Conceptionis instante compos rationis fuit. Cf. *Estudios Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 301-302.

P. Melchior

438. — L. Di Fonzo, O.F.M.Conv., *La mariologia di S. Bernardino da Siena, O.F.M.Conv.*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 3-102.

Ne lector in aestimanda hac dissertatione decipiatur, opportune A. eum certiorem facit se iam an. 1944 illam exarasse; interim enim J. Folgarait, O.S.M., qui olim integram doctrinam mariologicam S. Bernardini Senensis pervestigaverat in opere *La Vergine Bella in S. Bernardino da Siena*, Milano, 1939 (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 383-394), synthesim satis accuratam vulgavit cum eodem titulo praesentis monographiae in *San Bernardino da Siena. Saggi e ricerche*, p. 301-340, Milano, 1945 (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 392); quare supervacaneum esse videbatur argumentum iterare eo vel magis quia satis cognitum apparet. Et revera duae monographiae potius methodo quam interpretatione differunt; J. Folgarait opus suum in duas partes divisit, nempe: a) *De Virgine pulchra*, seu de privilegiis personalibus, quae sunt: divina maternitas, virginitas, conceptio immaculata, sanctitas, assumptio); b) *de Virgine potente*, sive de privilegiis in utilitatem gratiamque hominum concessis, quae sunt: corredemptio, mediatio, maternitas spiritualis, regalitas. E contrario autem A., statuens quod omnia privilegia Deiparae concessa sunt in ordine ad suum munus matris ac mediatricis obeundum, praemissa satis accurata notione principiorum mariologiae bernardinianae, argumentum tripliciter dividit: a) *de divina maternitate* (praedestinatio, natura maternitatis); b) *de mediatione universali* (corredemptio, maternitas spiritualis, regina omnium, dispensatrix gratiarum); c) *de Virgine praeclara* (conceptio immaculata, sanctitas, virginitas, assumptio).

Nostrum non est summa capita doctrina bernardinianae huc referre, quandoquidem iam summatim exposita sunt ab Emmerico ab Izegem, O.F.M.Cap., *Doctrina mariologica Sancti Bernardini Senensis*, in *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 383-394; sed grates rependendae sunt A. qui sagaciter res notas suo peculiari modo pertractavit et lucidiores reddidit.

P. Melchior

439. — Giovanni Conti, O.F.M.Conv. *La predestinazione e la divina maternità di Maria secondo il P. M.° Angelo Volpi, O.F.M. Conv., grande teologo scotista del seicento († 1647)*. Roma, Pontificia Facoltà Teologica O.F.M.Conv., 1947. In-8°, 64 p.

Angelus Volpi seu Vulpes, O.F.M.Conv., studio doctrinae S. Bonaventurae et Joannis Duns Scoti Romae in Collegio Bonaventuriano ad XII Apostolos incubit, postea autem decursu suae vitae Assisii

et Neapoli principia scotistica exposuit et propugnavit; immo primus exstitit qui Doctoris Subtilis doctrinam in *Summae* formam ad instar *Summae* S. THOMAE AQUINATIS conatus est reducere, edito ingenti opere quod, quamvis nondum perfectum, duodecim voluminibus constat: *Sacrae theologiae Summa Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilissimi, et commentaria quibus eius doctrina elucidatur, comprobatur, defenditur*, Neapoli, 1622-1646; hoc tamen opus paulo post auctoris obitum ab auctoritate ecclesiastica an. 1659 proscriptum est, nihilominus eius auctor apud illius aevi theologos magnum nomen assecutus fuerat.

Ex operibus igitur ANGELI VOLPI A. mariologiam excerpsit, et quum iam caput de Assumptione B. Virginis ediderit (cf. *L'Assunzione di Maria nell'opera mariologica del P. M.° Angelo Volpi*, in *Misc. Franc.*, 1946, t. XLVI, p. 105-123), nunc alias duas quaestiones, scil. de praedestinatione et maternitate, proponit. Quoad primam autem asseritur B. Mariam Virginem una cum Christo ante praevisum Adae peccatum praedestinatam esse ad divinam maternitatem et consequenter ad plenitudinem gratiae et possessionem gloriae; consequenter una cum Christo effecta est principium et finis, seu causa exemplaris et finalis omnium creaturarum et praedestinatorum; ad hanc vero divinae maternitatis dignitatem praedestinata est « sine ullis suis praevisis meritis, quamvis non sine meritis ex vi illius concomitanter volitis »; aliis verbis, merita illius non sunt praevisa per modum causae sed per modum effectus.

Ad alteram quaestionem quod spectat, ANGELUS VOLPI potius quam de ipsius maternitatis dogmate, de quaestionibus cum eo connexis agit, nempe utrum et quomodo Virgo Maria maternitatem meruerit, de excellentia huius praerogativae, de duabus filiationibus Domini Jesu, etc.

Ex praesente disquisitione apparent natura ac vis argumentorum ANGELI VOLPI, quae A. fideliter escribere voluit et comparate ad alios auctores illius aetatis conferre; insuper defectus doctrinae silentio non praetereuntur, simul ac debitae laudes eidem tribuuntur. Principia generatim ex Doctore Subtili depromuntur, sed non semel conclusiones ultra mentem et doctrinam illius egredi putamur. Uti notum est non omnes discipuli JOANNIS DUNS SCOTI praedestinationem explicare; sunt enim qui propugnant B. Virginem prius ad plenitudinem gratiae et dein ad maternitatem esse praedestinatam. Item opportune explicandum est quomodo B. Maria sit causa finalis et exemplaris praedestinatorum, id est, dependenter a Christo, a quo cuncta bona procedunt et in primis privilegia B. Mariae tamquam a causa meritoria, finali et exemplari. Demum ratio prohibitionis operis ANGELI VOLPI intimius pervestiganda est, siquidem non sufficiens videtur ad hanc prohibitionem explicandam indoles polemica, qua auctor in doctrinam S. THOMAE trahitur. Theologis recentioribus, qui doctrinam ANGELI VOLPI afferunt, addendus est J.B. CAROL, O.F.M., *Our Lady's part in the redemption according to seventeenth century writers*, in *Franc. Studies*, 1943, t. XXIV, p. 10 q. P. MELCHIOR

440. — J. GOICOECHEA, O.F.M., *Proceso histórico del dogma de la Inmaculada Concepción*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 149-169.

Ad evolutionem historicam explicandam dogmatis Conceptionis Immaculatae B. Virginis Mariae a saec. XII ad saec. XIV, A. uti fundamentum exponit notionem augustinianam peccati originalis et notionem anselmianam. Secundum S. AUGUSTINUM radix ac elementum peccati originalis est concupiscentia, quae sedem habet in corpore; e contrario secundum S. ANSELMUM est mera carentia iustitiae

originalis. Porro ex hac duplici notione duplex oritur quaestionis solutio: a) qui doctrinam augustinianam amplectuntur necessario loqui debent de *sanctificatione*, quippe quod B. Virgo a macula in carne contracta liberanda erat; b) ceteri autem loquuntur de *praeservatione* a peccato in anima contrahendo. Primam viam secuti sunt doctores Parisienses (S. BERNARDUS, S. ALBERTUS MAGNUS, ALEXANDER HALENSIS, S. THOMAS, S. BONAVENTURA, ceterique qui Conceptionem Immaculatam negant); alteram autem solutionem amplexi sunt doctores Oxonienses (EADMARUS CANTUARIENSIS, ROBERTUS GROSSETETE, GULIELMUS DE WARE, O.MIN., JOANNES DUNS SCOTUS, O.MIN., aliique dogmatis propugnatores). Distinctio ad A. adhibita maximi momenti esse videtur ad rectam doctorum aetatis mediae interpretationem comparate ad singulare privilegium Virginis Immaculatae; insuper ex ea patent maximae, immo haud solubiles difficulttates, quas fautores « sanctificationis » explicare debent; et ex altera parte logicus processus propugnatorum praeservationi a labe originali. P. MELCHIOR

441. — B. OCERÍN-JÁUREGUI, O.F.M., *Exención del débito y del « fomes peccati » en la Virgen María*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 419-451.

Compertum est nunc apud omnes bulla *Ineffabilis Deus* (8 dec. 1854) dumtaxat dogmatice definitum esse B. Virginem Mariam ab omni originalis culpae labe praeservatam esse immunem, et quidem intuitu meritorum Christi Jesu; ceteras autem quaestiones theologicas huic connexas, praesertim illam quae de debito tum proximo tum remoto peccatum contrahendi, Summus Pontifex PIUS IX liberis theologorum disputationibus enucleandas solvendasque reliquit. A. erudite historicam huius disceptationis «de debito» evolutionem illustrat, ostenditque a saec. XIII usque ad ineuntem saeculum XVII, quamquam JOANNES DUNS SCOTUS multique sodales franciscales exemptionem a debito propugnassent, tamen sententia contraria communior erat et magis accepta. Anno autem 1616 quum aliqui Fratres Minores Toleti et Compluti suis publicis disputationibus vehementer propugnassent Dei Genitricem Mariam nullum incurrendi peccatum originale contraxisse debitum, ad tribunal Inquisitionis Hispanicae delati sunt; poror huius tribunalis iudices hanc sententiam tuto defendi posse declararunt, quae deinceps ad nostros usque dies magis ac magis propagatur. Nunc autem A. demonstrat eam prorsus orthodoxam esse, immo omnino tenendam, ideoque contrariam ex manualibus theologiae esse expungendam. Praeterea animadvertendum est quod conclusiones Auctoris confirmantur recentiore disquisitione ARCHANGELI A ROÉ, O.F.M.CAP., *De orthodoxia doctrinae mariologicae P. Joannis M. Zamoro ab Udine (1579-1649)*, in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 143-223, quae plures continet notitias utiles ad controversiam de debito proximo et remoto ante medium saeculum XVII illustrandam atque solvendam. P. MELCHIOR

442. — *Atti del Congresso Nazionale Mariano dei Frati Minori d' Italia* (Roma, 29 aprile - 3 maggio, 1947). (Studia Mariana, t. I). Roma, Via Merulana, 124, 1948. In-8°, VII-723 p.

443. — *Actas do Congresso Marianos dos Franciscanos de Portugal* (Lisboa-Fátima, 9 a 13 outubro de 1947). (Studia Mariana, t. II). Lisboa, Largo da Luz, 11, 1948. In-8°, 213 p.

444. — *Actas del Congreso Mariano Franciscano Español.* (Madrid, 21-26 octubre, 1947). (Studia Mariana, t. III). Madrid, San Francisco el Grande, 1948. In-8°, VIII-396 p.

445. — *Vers le dogme de l'Assomption. Journées d'études Mariales.* (Montréal, 12-15 août, 1948). (Studia Mariana, t. IV). Montréal, Éd. Fides, 1948. In-8°, XII-445 p.

De his voluminibus (nn. 442-445) deque dissertationibus in eisdem editis actum est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 381ss.

446. — Egidio Magrini, O.F.M., *Il Primo Congresso Nazionale Mariano dei Frati Minori d' Italia,* in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 107-113.

447. — *La solenne inaugurazione del primo congresso mariano nazionale dei Francescani d'Italia,* in *Oss. Rom.*, 1947, 1 maggio, p. 2.

448. — *Il congresso mariano nazionale dei Frati Minori d'Italia,* in *Oss. Rom.*, 1947, 4 maggio, p. 2.

449. — *La solenne conclusione del congresso mariano dei Francescani d'Italia,* in *Oss. Rom.*, 1947, 5-6 maggio, p. 2.

Hic congressus marialis Fr. Minorum Italiae coactus est Romae diebus 29 apr. - 3 maii an. 1947; in his brevibus relationibus (nn. 446-449) sermo est de eius praeparatione et celebratione. P. Melchior

450. — *Crónica del Congreso Asuncionista Franciscano (español),* in *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 377-380.

Obiter recensentur sollemnitates huius congressus Matriti coacti diebus 21-26 oct. an. 1947 et ordo singularum sessionum exhibetur una cum nominibus oratorum argumentorumque quae a singulis eorum enucleata sunt. P. Melchior

451. — *Congressus assumptionisticus in Lusitania,* in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 184-185.

Fratres Minores Lusitani convenerunt Ulissipone et Fatimae diebus 9-11 oct. an. 1947 ad explanandum privilegium marianum de Assumptione Virginis Matris in caelum. Hic quaestiones ab oratoribus pertractatae significantur una cum solemnitatibus, quae tunc habitae sunt. P. Melchior

452. — C. Balić, O.F.M., *Códices manuscritos de las bibliotecas españolas en torno a la muerte y asunción de la Virgen,* in *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 245-261.

Vide *supra*, n. 26.

453. — A. Uribe, O.F.M., *Ensayo de bibliografía mariano-asuncionista de obras franciscanas en España,* in *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 345-367.

Vide *supra*, n. 81, ubi inscriptio articuli, non accurate reddita, corrigenda est iuxta formam hic descriptam.

454. — Carolus Balić, O.F.M. *Testimonia de Assumptione beatae Virginis Mariae ex omnibus saeculis.* Pars prior. *Ex aetate ante Concilium Tridentinum.* (Bibliotheca Assumptionis B. V. Mariae. 1). Romae, Academia Mariana, Via Merulana, 124, 1948. In-8°, XI-416 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 305-306.

455. — C. Piana, O.F.M., *La morte e l'Assunzione della B. Vergine nella letteratura medioevale*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia,* p. 281-361, Roma, 1948.

Haec dissertatio parvum veluti tractatum constituit de Assumptione B. Virginis Mariae ad mentem scriptorum aetatis mediae; siquidem A. magna cum eruditione et accurata rei cognitione illorum sententias circa singula huius privilegii elementa explicat; ad quam synthesim exarandam copiosi afferuntur tractatus tum editi tum non editi, quos sodales franciscani de hoc argumento aetate illa scripserunt.

P. Melchior

456. — Ephrem Longpré, O.F.M., *L'Assomption et l'École Franciscaine*, in *Vers le dogme de l'Assomption*, p. 203-230, Montréal, 1948.

Ea qua pollet eruditione elegantique dicendi ratione A. nobis enarrat historiam doctrinae assumptionisticae in schola franciscana, in qua ex 200 circiter scriptoribus inspectis nullum adhuc invenit qui mortem et assumptionem B. Virginis in dubium vocaret. Usque ad saec. XVII potius concionibus quam tractatibus dogmaticis franciscales doctores hoc argumentum pertractabant; sed ratio est quia tunc temporis quaestio in scholis minime agitabatur. Ineunte autem saec. XVII huiusmodi tractatus mariologici praesertim in Hispania maxime florent, qui quemlibet huius veritatis adspectum, mortem scil., resurrectionem et glorificationem exponunt ac dilucidant et definibilitatem propugnant. Praesens monographia non solum claritate expositionis, sed etiam ditissimis notitiis bibliographicis commendatur.

P. Melchior

457. — A. Martini, O.F.M., *L'Assunzione di Maria Santissima e la dottrina francescana sul primato assoluto di Cristo*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 581-597, Roma, 1948.

Statuta doctrina scholae franciscanae da primatu absoluto et universali Jesu Christi, A. asserit uno eodemque decreto cum Christo praedestinatam esse Virginem Mariam, ex qua praedestinatione ad divinam maternitatem profluit quoque privilegium eius Assumptionis corporeae in caelum, excluso omni iure ad immortalitatem.

P. Melchior

458. — B. Lago, O.F.M., *La Asunción corporal de la santísima Virgen y su Concepción Inmaculada*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 167-180.

Ex intima naturae Conceptionis Immaculatae Virginis perscrutatione apparet ex hoc singulari privilegio consequi eiusdem Virginis corporalem Assumptionem, quandoquidem plenitudo gratiae ex me-

ritis Christi quae est causa Conceptionis Immaculatae non solum fuit in anima, sed etiam in corpore; in anima quidem operata est exemptionem ab omni culpa, in corpore autem exemptionem a corruptione. Plenitudo gratiae in B. Maria Virgine exigit plenam ac perfectam eius glorificationem, quae minime haberetur, si corpus aliquando corruptum esset; neque adest contradictio inter mortem et incorruptionem, nam mors non solum est poena peccati, sed etiam terminus naturalis entis compositi. A. acute difficultates solvit quae his principiis sese opponere videntur, et exinde concludit revera Assumptionem esse veluti corollarium privilegii Conceptionis Immaculatae, ita ut vi harmoniae theologicae nullum adsit obstaculum ad definiendam Assumptionem. P. MELCHIOR

459. — GREGORIO DE JESÚS CRUCIFICADO, O.C.D., *La asunción en la teologia española*, in *Estudios Marianos*, 1947, t. VI, p. 353-379.

A. ex tractatibus theologicis, commentariis Scripturae sacrae, biographiis B. Mariae Virginis et concionibus in Hispania exaratis saec. XV-XVIII exhibet doctrinam de Assumptione eiusdem B. Virginis in caelum. Auctores O.F.M.Obs. qui afferuntur et quorum opera examinantur hi sunt: ANTONIUS CORDUBENSIS, DIDACUS DE ESTELLA, DIDACUS DE MURILLO, DIDACUS DE VEGA, THOMAS FRANCES DE URRUTIGOITI, CAROLUS DEL MORAL, JOANNES DE CARTHAGENA. Vide *supra*, n. 456, et *infra*, n. 460. P. MELCHIOR

460. — B. APERRIBAY, O.F.M., *La muerte y la Asunción de la Virgen en los representantes de la mariología franciscano-española*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 263-284.

Haec monographia appellari potest tractatus de Assumptione ad mentem quorumdam theologorum franciscalium Hispaniae, scil. DIEGO DE MURILLO, *Vida y excelencias de la Madre de Dios*, Zaragoza, 1614; JOANNIS DE CARTHAGENA, *De sacris arcanis Deiparae et Josephi*, Romae, 1614; THOMAE F. DE URRUTIGOITI, *Certamen scholasticum expositivum argumentum pro Deipara*, Lugduni, 1675; FRANCISCI GUERRA, *Maiestas gratiarum et virtutum omnium Deiparae V. Mariae*, Hispali, 1659; et CAROLI DEL MORAL, *Fons illimis theologiae scoticae marianae*, Matriti, 1730. Ex his enim scriptoribus A. diligenti inquisitione deprompsit auctoritates ad hoc privilegium marianum spectantes; et fatendum est tum scriptores veteres tum A. dilucide ac clare exposuisse naturam huius mysterii, elementa quae assumptioni antecedunt (mortem, incorruptionem, resurrectionem), assumptionem et glorificationem (certitudinem huius veritatis, definibilitatem eiusque argumenta), demum consectaria, praecipue patrocinium universale quod Mariae in caelum assumptae et cum Christo regnanti competit, a quo dumtaxat damnati in inferno excluduntur. P. MELCHIOR

461. — M. CALDENTEY, T.O.R., *La asunción de la Virgen María en los escritores catalanes de la Edad Media*, in *Estudios Marianos*, 1947, t. VI, p. 429-455.

Ex scriptoribus qui idiomate Catalauniae proprio saec. XIII-XV scripserunt, A. excerpsit textus RAYMUNDI LULL (1233-1315?), T.O.F.,

et FRANCISCI EXIMENIS, O.MIN. († 1409?), quibus clare exhibentur et factum assumptionis Dei Genitricis et rationes convenientiae quibus hoc privilegium innititur. Insuper affertur testimonium ELISABETHAE DE VILLENA, O.S.CL. (1430-1490), et in lucem profertur fragmentum ineditum *Vitae Jesu Christi* a laudato FRANCISCO EXIMENIS exaratae.

P. MELCHIOR

462. — PELAYO DE ZAMAYÓN, O.F.M.CAP., *La muerte y la asunción de la santísima Virgen en la literatura teológico-homilética de la provincia capuchina de Castilla,* in *Verdad y Vida,* 1948, t. VI, p. 285-304.

Ut ostendatur quid sodales religiosi provinciae Castellae O.F.M. Cap. in propugnando privilegio Assumptionis B. Virginis perfecerint, A. in primis cultum publicum eidem in ecclesiis provinciae exhibitum examinat, deinde autem ad trutinam revocat conciones nondum editas quindecim praedicatorum, qui populo christiano hanc proponebant veritatem; demum fusiore calamo disserit de dissertatione theologica HYACINTHI MARTÍNEZ Y SÁEZ A PENACERRADA, O.F.M.CAP., quae inscribitur *De Virgine assumpta brevis pertractatio,* Matriti, 1872, ostendens vim argumentorum ad veritatem dogmaticam Assumptionis commonstrandam eiusque definibilitatem suadendam. P. MELCHIOR

463. — S. NAVARRO CEA, C.M.F., *La asunción en la poesía clásica castellana,* in *Estudios Marianos,* 1947, t. VI, p. 493-518.

Inter hos poetas qui triumphum Virginis Mariae in caelum assumptae celebrarunt, memorari quoque poterat ARCHANGELUS ALARCON DE TORDESILLAS, O.F.M.CAP. († 1598), qui in suo opere *Vergel de plantas divinas,* Barcelona, 1594, tria poematia huic mysterio dicavit. P. MELCHIOR

464. — *Preces quas Ministri Provinciales quinque provinciarum FF. Min. Capuccinorum Hispaniae, suo omniumque suorum religiosorum nomine, Pio XII Pontifici Maximo, pro corporeae in caelum assumptionis B. M. V. dogmatica definitione, humiliter atque enixe adhibent,* in *Bolet. Ofic. Prov. Cap. Navarra-Cant., Arag.,* 1947, t. II, p. 20-24.

Supplici hoc libello, quo moderatores Fr. Min. Capuccinorum Hispaniae dogmaticam Assumptionis B. Virginis definitionem efflagitant, argumenta exponunt quibus haec doctrina nititur; persuasum enim sibi habent « eam formaliter implicite in *Gen. III, 15,* virtualiter saltem cum in praecelsa divinae maternitatis dignitate, tum in B.M.V. immaculata conceptione contineri ». P. MELCHIOR

465. — JOÂO DIOGO CRESPO, O.F.M., *A Assunção nos místicos portugueses,* in *Actas Congr. Mariano Franciscanos de Portugal,* p. 155-164, Lisboa, 1948.

Litterario modo exscribuntur aliqui textus scriptorum mysticorum ac poetarum Lusitaniae, e quibus eorumdem mens circa hoc privilegium marianum eruitur. P. MELCHIOR

466. — MARIO BRANCO, O.F.M., *Assunção de Nossa Senhora na oratória portuguesa*, in *Actas Congr. Mariano Franciscanos de Portugal*, p. 135-154, Lisboa, 1948.

Finis quem sibi A. praestituit assequendum est demonstrare ex sacris Lusitaniae oratoribus doctrinam catholicam circa mortem, resurrectionem et glorificationem Dei Genitricis Mariae. Ex concionatoribus O.F.M. sequentes afferuntur: JOANNES DE CEITA (┼ 1633), JOANNES BAPTISTA ALPARCA, FERDINANADUS DA SOLEDADE, ALEXANDER PHALARES A SPIRITU SANCTO, EMMANUEL DOROTEO A S. ANTONIO, JOANNES A S. FRANCISCO, CHRISTOPHORUS AB ULISSIPONE. P. MELCHIOR

467. — P. VISENTIN, O.F.M., *L'Assunzione nel culto delle provincie francescane dell'Italia Settentrionale*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 241-250, Roma, 1948.

468. — A. FARNETI, O.F.M., *L'Assunzione nel culto delle provincie francescane dell'Italia Centrale*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 251-260, Roma, 1948.

469. — G.M. TRAVAGLINO, O.F.M., *L'Assunzione nel culto delle provincie francescane dell'Italia Meridionale*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 261-280, Roma, 1948.

In his tribus relationibus (nn. 467-469) propagatio describitur cultus Assumptioni B. Virginis in provinciis Ordinis franciscalis Italiae exhibiti; relatores enim collegerunt et ediderunt catalogum ecclesiarum et sacellorum, quae procedente tempore in memoriam huius privilegii mariani erectae sunt, necnon imagines, picturae, opera et tectoria et alia huiusmodi in eisdem adservata. P. MELCHIOR

470. — J. DÉZIEL, O.F.M., *Le témoignage de l'art au Canada* (*sur l'Assomption*), in *Vers le dogme de l'Assomption*, p. 261-275, Montréal, 1948.

Ex hac dissertatione ad rem franciscanam quod spectat novimus Fr. LUCAM, O.F.M.REC. (cf. G. MORISSET, *La vie et l'œuvre du frère Luc*, Québec, 1944), omnium primum imaginem Virginis in caelum assumptam in provincia Canadiensi (1670-1671) identidem pinxisse; quod quidem argumentum etiam coloribus expressit an. 1735 FRANCISCUS BREKEMMACHER, O.F.M.REC. P. MELCHIOR

471. — CRISÓSTOMO DE PAMPLONA, O.F.M.CAP., *La asunción, basada en los grandes privilegios marianos*, in *Estudios Marianos*, 1947, t. VI, p. 263-279.

Privilegia marialia ex quibus gloriosa in caelum assumptio demonstratur haec sunt, nimirum: maternitas divina, immaculata conceptio, et virginitas. Potissimum ex conceptione immaculata Deiparae concluditur quod quum intuitu meritorum Christi praeservata esset ab omni peccati labe, praeservari etiam debuit, sin minus a morte, quam ipsemet Christus subiit, saltem a carnis corruptione per acceleratam resurrectionem et gloriosam in caelum Assumptionem. P. MELCHIOR

472. — J. FR. BONNEFOY, O.F.M., *L'Assomption de la Très Sainte Vierge et sa prédestination*, in *Vers le dogme de l'Assomption*, p. 293-335, Montréal, 1948.

Postquam A. ordinem divinum circa Jesum Christum, Mariam Virginem ceterasque omnes creaturas ad mentem JOANNIS DUNS SCOTI de ultima incarnationis Domini ratione disserentis breviter, sed modo omnino personali et originali exposuit (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 312* sq.), universam de Assumptione Deiparae doctrinam lumine illius principii ad trutinam revocat et ad conclusiones pervenit, quae certe disputationibus obnoxiae erunt; quodlibet debitum incurrendi peccatum in B. Maria Virgine denegat; mortem eiusdem Virginis dumtaxat « ex conditione carnis » probari potest; obiectum huius veritatis, scil. Assumptionis, praesentia Virginis Mariae in caelo cum corpore et anima ornatae intrinseca gloria, cui nulla maior post Christum, idque demonstratur tum ex praedestinatione, tum ex maternitate, tum denique munere corredemptionis Deiparae.

P. MELCHIOR

473. — R.M. HUBER, O.F.M.CONV., *St. Anthony on the Assumption*, in *Amer. Eccl. Rev.*, 1947, t. CXVII, p. 371-376.

Agitur de simplici analysi unius sermonis Doctoris Evangelici *de Assumptione B. Mariae Virginis*, qui insuper veluti exemplar praedicationis homileticae S. ANTONII PATAVINI proponitur. Veritas haec mariologica communibus argumentis convenientiae et locis e S. Scriptura depromptis demonstratur. Idem argumentum pertractavit L. DI FONZO, O.F.M.CONV., *La mariologia di S. Antonio*, in *S. Antonio Dottore della Chiesa*, p. 145-148, Città del Vaticano, 1947. Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 256-257.

P. MELCHIOR

474. — MARIANUS ŽUGAJ, O.F.M.CONV. *Assumptio B. M. Virginis in « Arbor vitae crucifixae Jesu » (a. 1305) Fr. Ubertini de Casali, O.Min.* Excerptum ex Dissertatione ad Lauream apud Pontificiam Facultatem Theologicam O.F.M.Conv. in Urbe. Romae, Editrice «Miscellanea Francescana», 1947. In-8°, 39 p.

Ad lauream in Facultate Theologica obtinendam A. die 1. aug. an. 1946 doctrinam mariologicam HUBERTINI CASALENSIS, O.MIN., publice explanavit, cuius specimen hoc in capite proponitur et editur, quod in *Misc. Franc.*, 1946, t. XLVI, p. 124-156, typis quoque vulgatum est. Quamquam HUBERTINUS communem sententiam de Assumptione Beatae Mariae Virginis tradat, eius expositio magni habenda est, tum quia traditionem continuavit, tum quia ex eo multa excerpsit S. BERNARDINUS SENENSIS (cf. *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 5-44; 1936, t. VI, p. 57-76; 1940, t. X, p. 383-394). A. singula elementa, quae Assumptio complectitur, perscrutatus est et comparate ad alios scriptores descripsit, nempe: mortem, de qua nullum explicitum testimonium invenitur; resurrectionem, incorruptionem corporis corpoream que in caelum assumptionem, quae auctoritate traditionis demonstratur necnon argumentis rationis, quae saltem maximam convenientiam prae se ferunt. Pariter ostenditur Dei Genitricem in caelum assumptam Reginam a Deo coronatam esse atque regno Filii Regis associatam.

P. MELCHIOR

475. — C. GENNARO, O.F.M., *Il principio mariano scotista e l'Assunzione*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 598-613, Roma, 1948.

Principium illud notis verbis exprimitur: *Potuit, decuit, ergo fecit*. Postquam autem A. illius originem, naturam ac vim universalem (dummodo debitis sub conditionibus adhibeatur) illustravit, singulariter loquitur de eiusdem principii momento ad doctrinam de Assumptione corporea B. Mariae Virginis commonstrandam.

P. MELCHIOR

476. — L.N. PUECH, O.F.M., *Une preuve scotiste* (*de l'Assomption*): *la médiation parfaite du Christ*, in *Vers le dogme de l'Assomption*, p. 337-358, Montréal, 1948.

Fautores « sanctificationis » B. Virginis Mariae saec. XIII maximopere innitebantur, ad negandam Conceptionem Immaculatam, universalitate redemptionis Jesu Christi ex qua honor et excellentia eidem Salvatori ampliantur; verumtamen J. DUNS SCOTUS acute demonstravit ex hoc « magis sequi oppositum quam propositum », nam perfectissimus mediator necesse est ut habeat respectu alicuius personae perfectissimum mediandi actum possibilem; iam praeservare aliquem a contrahendo peccato perfectius est quam illum a peccato contracto liberari. Exinde A. demonstrat Beatam Virginem perfectissimo modo esse redemptam, et ex hac perfectissima redemptione privilegium Assumptionis consequi, nam si morti et corruptioni esset subiecta, a consectariis peccati non fuisset immunis, id est, non perfectissime redempta, ergo aut immortalis esse oportebat aut saltem resurrectione anticipata a corruptione sepulcrali praeservari. P. MELCHIOR

477. — IDEM, *Assumptionis B. V. Mariae ad mentem Scoti demonstratio*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 133-137.

Breviter exponit A. id quod in praecedente dissertatione explicaverat, et quum hanc doctrinam ipse teneat implicite esse revelatam, illam definibilem esse propugnat. P. MELCHIOR

478. — M. CALDENTEY, T.O.REG., *El primer monumento teológico asuncionista en romance, atribuido a Raimundo Lulio*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 305-315.

Sermo est in hoc articulo de opere inscripto *Llibre de Benedicta tu in mulieribus*, quem alii RAYMUNDO LULL adiciunt (cf. B. SALVÁ, T.O.REG., *Sobre la autenticidad del libro « De Benedicta tu in mulieribus » atribuido al beato Ramón Lull*, Palma de Mallorca, 1946), alii autem scriptori ignoto illum attribuunt, qui viginti circiter annis post obitum RAYMUNDI LULL illum exarabat. Quidquid de eius authenticitate iudicandum sit, certum est quod hic liber doctrinam assumptionisticam omnino conformem sententiis operum authenticorum illius beati viri continet et inter excellentiores tractatus per saecula XIII-XIV exaratos de Assumptione B. Virginis Mariae recensendus est.

P. MELCHIOR

479. — HILÁRIO DEL BURGO, O.F.M.CAP., *A Assunção de Maria Santissima nas obras de S. Lourenço de Brindes*, in *Actas Congr. Mariano Franciscanos de Portugal*, p. 87-114, Lisboa, 1948.

Praemissa notitia quadam generali de vi ac momento doctrinae S. LAURENTII BRUNDUSINI, A., textibus ex operibus editis excerptis, perscrutatur sententiam huius praeclari mariologi circa Assumptionem corpoream Deiparae et deinde argumenta affert, quibus sanctus ille vir hanc veritatem corroborat, nimirum: a) ex sacra Scriptura quae etsi, eo fatente, « nihil aperte » dicat de transitu et assumptione Virginis, tamen « de hoc mysterio cum admiratione loquitur »; b) ex traditione, quamquam magis sensum, ut ita dicam, quam sanctorum patrum auctoritates afferat; c) ex convenientia, nempe id postulabat honor et gloria Christi, conformitas Virginis cum Filio, utilitas hominum. Ratio cur S. LAURENTIUS minus de hoc privilegio mariano quam de ceteris B. Mariae Virginis praerogativis et excellentiis agat, ex eo desumitur quod sua aetate e nemine in dubium revocabatur.

P. MELCHIOR

480. — SERAFÍN DE AUSEJO, O.F.M.CAP., *Doctrina asuncionista del beato Diego José de Cádiz, delatada a la Inquisición*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 317-343.

B. DIDACUS JOSEPHUS A GADIBUS, O.F.M.CAP., saepe suis in concionibus de privilegio mariano Assumptionis corporeae Deiparae in caelum locutus est, doctrinam communem ac traditionalem populo fideli exhibens. Anno autem 1796 Arundae sermonem habuit, qui bis in lucem prolatus est, in quo singularem doctrinam de causis mortis B. Mariae exposuit, scil. secundum ipsum Maria Virgo e vita mortali migravit non lege naturae pro omnibus Adae filiis lata, sed actu libero et meritorio ut Filio suo se conformaret, nimirum: Maria exempta ab omni peccato, exempta quoque fuit ab eius consectariis etiam a morte corporali; vi quidem naturae humanae *poterat* mori, sed causae reales ac verae eiusdem mortis fuerunt obedientia et amor, quibus pro suo abitrio privilegio immortalitatis renuntiavit.

An. 1800 DIDACUS JOSEPHUS ad tribunal Inquisitionis Hispanae delatus est, quod etiam hanc doctrinam de libertate mortis B. Virginis Mariae impugnavit; ille vero morte praeventus (24 mart. 1801) inceptum responsum perficere non valuit, ex notulis autem adservatis apparet in defensione principia allata novis argumentis propugnare voluisse.

P. MELCHIOR

481. — IDEM, *El derecho de María a la inmortalidad según las obras del beato Diego José de Cádiz delatadas a la Inquisición*, in *Estudios Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 329-352.

In hac altera dissertatione A. argumenta quibus B. DIDACUS JOSEPHUS A GADIBUS suam de causis mortis Virginis sententiam propugnabat, explanare contendit; porro uti fundamentum proponit ius Jesu Christi ad immortalitatem immediatam, quia argumentum princeps sententiae desumitur ex perfecta similitudine Dei Genitricis cum Christo Jesu.

P. MELCHIOR

482. — M. Bertagna, O.F.M., *P. Remigio Buselli, O.F.M., e il movimento assunzionistico contemporaneo*, in *Atti Congr. Naz. Mariano, Frati Min. d'Italia*, p. 403-414, Roma, 1948.

Exordiente post medium saec. XIX motu assumptionistico, Remigius Buselli, O.F.M. (1827-1889), verbo et scriptis illum promovit, praesertim edito libro cui titulus: *La Vergine Maria vivente in corpo ed in anima in cielo*, Firenze, 1863; insuper in Concilio Vaticano indefesse adlaboravit pro dogmatice adserenda doctrina de Assumptione B. Virginis Mariae. P. Melchior

483. — D. Scaramuzzi, O.F.M., *L'Assunzione corporea di Maria al cielo nella teologia francescana moderna*, in *Atti Congr. Naz. Mariano Frati Min. d'Italia*, p. 363-377, Roma, 1948.

Quamquam titulis aliud significare videatur, A. doctrinam assumptionisticam dumtaxat pervestigavit contentam in operibus Cornelii Musso, O.F.M.Conv. (┼1574) et Ludovici a Castelplanio, O.F.M. Obs. (┼ 1871). Ceterum catalogus scriptorum franciscalium de hoc argumento (p. 365-366) satis imperfectus apparet; pag. 365, nota 1, duo errores irrepserunt, scil. *Mariano Fabiano* pro *Mario Fabiani*, et *L'Italia serafica*, pro *L'Italia Francescana*. Scriptores O.F.M.Cap. de B. Maria Virgine recensiti sunt ab Eduardo Alenconiensi, O.F.M. Cap., *Bibliotheca Mariana Ordinis FF. Min. Capuccinorum*, Romae, 1910. P. Melchior

484. — Nazario Pérez, S.J., *La maternidad espiritual en la teología y literatura española*, in *Estudios Marianos*, 1948, t. VII, p. 287-298.

Primus qui inter Hispanos de maternitate spirituali Virginis Mariae erga homines locutus est, videtur fuisse Raymundus Lull; primas autem inter mariologos saec. XIX tulit Hyacinthus Martínez Sáez a Penacerrada, O.F.M.Cap., qui abundantius quam ceteri scriptores de hoc eodem argumento scripsit. P. Melchior

485. — Godefroy de Paris, O.F.M.Cap., *L'intercession de Marie d'après la mariologie franciscaine primitive*, in *Prop. Trois Ave Marie*, 1947, t. XLVI, p. 10-13.

An. 1477 Mediolani typis edebatur opus *Vita del glorioso Serafico Padre S. Francescho*, quod nuper A. in linguam gallicam vertit (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 130-131); substantialiter idem est ac opus cui titulus *Floretum*, sed aliqua capita comprehendit quod in hoc desiderantur, v.gr. caput IV in quo per transennam agitur de Maria Virgine *Advocata nostra;* nunc autem A. vim huius praerogativae marianae explicat ad mentem S. Francisci, atque ad eius sententiam roborandam alia testimonia affert ex *Legendis* franciscanis, praesertim caput CL *Legendae II* Thomae de Celano, secundum quem S. Pater Virginem Matrem «Ordinis advocatam constituit, suisque alis quos relicturus erat filios usque in finem fovendos et protegendos submisit » (cf. *Analecta Franc.*, t. X, n. 198, p. 244, Ad Claras Aquas, 1926-1941). P. Melchior

486. — DONATIEN [DOMINIQUE DE ST. DENIS], O.F.M.CAP., *Marie médiatrice et l'Ordre franciscain,* in *Annal. Rép.*, 1948, t. XXIII, p. 174-178.

Excerpuntur aliqui textus ex operibus editis scriptorum franciscalium, e quibus mediatio universalis Virginis Mariae comprobatur; prae aliis afferuntur S. ANTONIUS PATAVINUS, S. BONAVENTURA, S. BERNARDINUS SENENSIS, S. LAURENTIUS BRUNDUSINUS et S. VERONICA GIULIANI. P. MELCHIOR

487. — DONATIEN [DOMINIQUE DE ST. DENIS], O.F.M.CAP., *Le nom de Marie et l'Ordre de Saint François,* in *Annal. Rép.*, 1948, t. XIII, p. 228-229.

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS ardente prosequebatur devotione nomen Virginis Mariae et post illum sodales franciscani, v.gr. S. ANTONIUS PATAVINUS, S. BONAVENTURA, S. LAURENTIUS A BRUNDUSIO et S. LEONARDUS A PORTO MAURIZIO, idem nomen Mariae laudibus extulerunt. P. MELCHIOR

488. — *María, Madre y Divina Pastora de las almas,* in *Mensajero Seráf.*, 1947, t. LX, p. 134, 151-152, 185-186, 207, 231, 254, 271.

Breves notitiae traduntur de primordiis ac propagatione devotionis specialisque cultus in honorem B. Mariae Virginis sub titulo Matris Divini Pastoris, simulque fundamenta theologica huius veritatis significantur una cum artificibus qui coloribus eam manifestabant.
P. MELCHIOR

489. — JUAN BAUTISTA DE ARDALES, O.F.M.CAP., *Monografías de la Divina Pastora. En busca de luz,* in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 7-8, 24-25, 42-43, 89, 104, 193; 1948, t. XLIX, p. 18, 182-185.

Quum an. 1946 ALPHONSUS M. A MONTECORVINO, O.F.M.CAP., in sua monographia *La Divina Pastora en la Napolitania,* in *Apost. Franc.*, 1946, t. XXXIII, p. 127-128, 230-232, 261-262, notitias non omnino certas tradiderit circa originem cultus ergo B. Mariam Virginem cum titulo Matris Divini Pastoris, A. errores emendare contendit et veritatem historicam ostendere. P. MELCHIOR

490. — IDEM, *Monografías de la Divina Pastora. La devoción en Jaén,* in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 164-165, 181-182.

Paucis verbis describitur imago sculpta, quam incolae civitatis Giennensis venerantur, et pia sodalitas in honorem Matris Divini Pastoris in eadem instaurata. P. MELCHIOR

491. — ANTON MARIA VON SCHRAMBERG, O.F.M.CAP. *Mutter des Guten Hirten.* Altenstadt (Vorarlberg), Caritasverlag Gebhard Lins, (1947). In-8°, 24 p.

Apud populos linguae germanicae parum usqueadhuc notus fuerat cultus ergo Beatam Virginem Mariam sub titulo Matris Divini Pastoris, quem ineunte saeculo XVIII sodales Capuccini Hispaniae late propagarunt. Nunc autem A., multum confidens hanc specialem reli-

gionis formam multum conferre posse ad animarum conversionem, illam propagare nititur, quare et singulare opus a Matre Divini Pastoris nuncupatum instituit, cuius sodales tum orationibus tum sacrificiis reditum dispersarum ovium ad Christi ovile obtinere possint; idque praesente opusculo explicatur. P. MELCHIOR

492. — HOWARD MEUNIER [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *Mother of the Divine Shepherd*, in *Round Table Franc. Research*, 1947, t. XII, p. 162-168.

Postquam A. primordia et progressionem peculiaris cultus descripsit, quo Beata Virgo Maria tamquam Mater Divini Pastoris veneratur, motiva quoque perscrutatur quibus titulus ipse Dei Genitrici conveniat. Huiusmodi autem religionis forma originem trahit ab ISIDORO AB HISPALI, O.F.M.CAP. († 1750), qui ab an. 1703 illam apud Hispanos vulgare coepit, cuius vestigia deinde concionatores Capuccini Hispani tum in metropoli tum in coloniis americanis ardenter secuti sunt; an. 1795 PIUS VI pro iisdem religiosis sodalibus officium et missam approbavit. Rationes autem quibus haec pia devotio innititur, desumuntur ex muneribus pastoris, quippe quod etiam Beata Virgo animas fidelium una cum Christo Jesu ducit, protegit ac pascit.

Notitiae historicae huc traditae excerptae sunt ex parvis dissertationibus iam notis; motiva autem theologica vix innuuntur, additis testimoniis ex Scriptura sacra et ex litteratura patristica desumptis. Intimius autem argumentum perscrutatus est PETRUS MORANT AB OBERBÜREN, O.F.M.CAP., dissertatione quam A. ignorare videtur: *Maria, die Mutter des Guten Hirten*, in *St. Fidelis*, 1929, t. XVI, p. 1-5, 46-50, 65-68. Nuperrime autem prodiit egregium opus quod hoc negotium fuse et accurate pertractat: JUAN B. DE ARDALES, O.F.M.CAP., *La Divina Pastora y el Beato Diego José de Cádiz. Estudio histórico.* T. I (*1703-1900*), Sevilla, 1949 (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 407-410). P. MELCHIOR

493. — CLEMENT DILLENSCHNEIDER, C.SS.R. *Marie au service de notre rédemption. Le mérite médiateur de la nouvelle Eve dans l'économie rédemptrice.* Haguenau (Bas-Rhin), Bureaux du Perpétuel Secours, 1947. In-8°, XIII-431 p.

Cf. *infra*, n. 495.

494. — HERMANN SEILER, S.J. - PAULUS STRÄTER, S.J., *De modalitate corredeptionis B. Mariae V.*, in *Greg.*, 1947, t. XXVIII, p. 293-336.

Corredemptionis *factum* cum vera probabilitate iam probatum esse supponens, P. STRÄTER textus auctorum, ab H. SEILER in quodam articulo nondum edito collectos, nova synthesi redegit et ad melius illustrandam quaestionem de *modalitate* corredemptionis edendos curavit. Sententiae auctorum in tres classes dividuntur, quarum prima tenet Mariam esse Christo adiutorium simile sibi et cooperari spirituali procreationis prolis; pro hac sententia adducuntur, praeter alios auctores, S. BONAVENTURA, O.MIN., et JOANNES DE CARTHAGENA, O.F.M.OBS. Secunda classis, considerans oblationem a B. Virgine factam,

affirmat Mariam praebuisse adiutorium materiale pariendo hostiam vel pretium redemptionis, et insuper adiutorium spirituale offerendo Patri aeterno passionem vitamque Filii atque dolores suos proprios, ita ergo, ut iuxta plerosque huius classis auctores duae actiones separatae in redemptione habeantur, Filii et Matris, quae quidem ambae coniunguntur in acceptatione Patris; pro hac sententia textus afferuntur, praeter alios, e S. Bonaventura, S. Birgitta, T.O.S., S. Bernardino Senensi, O.F.M.Obs., S. Laurentio a Brindisi, O.F.M.Cap., Francisco Guerra, O.F.M.Obs. Tertiae denique classis sententia dicit Mariam habuisse influxum determinantem in voluntatem humanam Filii, sese in cruce sacrificantis, et propterea eam formaliter corredemptricem esse. A. hanc sententiam fusius exponit et probabiliorem esse declarat; pro hac sententia textus scriptorum franciscalium non adducuntur nisi solius S. Boanaventurae.

P. Bonaventura

495. — H. Lennerz, S.J., *De cooperatione B. Virginis in ipso opere redemptionis*, in *Greg.*, 1947, t. XXVIII, p. 574-597; 1948, t. XXIX, p. 118-141.

Critice examinans opus Clément Dillenschneider, C.SS.R., *Marie au service de notre rédemption. Le mérite médiateur de la nouvelle Eve dans l'économie rédemptrice* (Haguenau, 1947), A. discutit atque exquirit, num textus auctorum, in isto opere ad defendendam cooperationem immediatam et formalem B. Virginis in ipso opere redemptionis obiectivae allatos, revera hanc sententiam contineant. Examinantur, praeter alios, etiam quidam textus scriptorum franciscalium, scil. S. Bonaventurae, Alberti a Bulsano, O.F.M.Cap., S. Laurentii a Brindisi, O.F.M.Cap., S. Bernardini Senensis, O.F.M.Obs., Hubertini de Casale, O.Min., dum examen ceterorum textuum scriptorum franciscanorum in opere adductorum, uti Francisci van Hondeghem, O.F.M.Rec., Balthasar a Riez, O.F.M.Cap., omittitur. Concludit A. maiorem partem auctorum examinatorum nullomodo sententiam a Cl. Dillenschneider defensam docuisse, sed potius hanc excludisse. Si termini ab illis auctoribus adhibiti huic sententiae modernae faverent, usum talium terminorum per se non esse argumentum, auctorem aliquem loqui velle de cooperatione in ipso opere redemptionis obiectivae, sed hoc aliunde probandum esse rectissime inculcat A., huiusmodi autem probationem in opere examinato frustra quaeri. P. Bonaventura

496. — J.B. Carol, *Testimonia saeculi XVIII de Beata Virgine co-redemptrice*, in *Marianum*, 1947, t. IX, p. 37-63.

Post accuratam doctrinae theologorum saec. XVIII investigationem et aestimationem, A. concludere potest illo tempore communiter doceri B. Virginem Mariam operi salvifico Divini Redemptoris intime sociatam esse et theologos hodiernam sententiam de cooperatione immediata ad redemptionem obiectivam propugnare (cf. iudicium contrarium H. Lennerz, S.J., *supra*, n. 495). Hos inter eminent Salvator Montalbanus a Sambuca, O.F.M.Cap., « cuius opus vere monumentale, tribus voluminibus digestum, totam rem fusiori calamo quam ceteri simul sumpti longe lateque pertractat » (p. 38); post

ipsum CAROLUS DEL MORAL, O.F.M.OBS., « primus omnium qui de corredemptione mariana per meritum et satisfactionem de condigno argumentationem vere theologicam ex professo elaboravit » (p. 40); item DOMINICUS LOSADA, ANTONIUS PÉREZ, DIDACUS GONZÁLEZ, DOMINICUS A S. PETRO DE ALCANTARA, DALMATIUS KICK, EMMANUEL MARTÍNEZ, omnes sodales Ordinis Fr. Minorum. P. MELCHIOR

497. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae* (de Pia Praxi expiatoria Mariana), in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 10-12.

Hisce litteris circularibus, Romae die 2 febr. an. 1947 datis, Minister generalis O.F.M. suos subditos certiores facit de historia institutionis *Piae Praxis Expiatoriae Marianae,* quam Venetiis, an. 1933 ALOISIUS PICCHINI instauravit ad expiandas iniurias quas voce et scripto impii homines Cordi Immaculato B. Virginis inferunt. Porro quum haec peculiaris devotio magis ac magis in dies dilataretur, pio fundatori opportunum visum est illam Ordini religioso committere, qui illam continuo foveret; quod munus laudatus Minister generalis pro Ordine Fratr. Min. suscepit atque immediatam directionem moderatori provinciae Venetiarum S. Antonii Patavini concredidit.

P. MELCHIOR

4. - *De iure particulari*

498. — AMÉDÉE TEETAERT [DE ZEDELGEM], O.F.M.CAP. *Deux questions inédites de Gérard d'Abbeville en faveur du clergé séculier,* in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra,* n. 102), p. 347-387, Louvain, 1947.

Agitur de quaestionibus 5 et 6 in *Quodl. V,* iuxta *cod. Vat. lat. 1015,* f. 24rb-32rb, vel *Quodl. III,* iuxta *cod. Paris. Nat. lat. 16405,* f. 40va-46ra, ubi inscripta sunt: *Utrum communium Ecclesiae facultatum dispensatio in praelatis diminuat de excellentia perfectionis* (q. 5), et: *Utrum habere et administrare Ecclesiae facultates expediat praelatis ad sui status perfectionem et officii administrationem* (q. 6). Quaestionibus accurate iuxta duos codices descriptis, exponitur materiae in iisdem tractatae summa et divisio, earumdem quaestionum compositionis tempus (post *Sermonem factum apud Fratres Minores,* et quidem inter 10 et 17 diem martii 1269), necnon locus quem occupant in secunda parte (1266/67-1271) secundae periodi (1254-1271) litis doctrinalis inter professores Universitatis Parisiensis e clero saeculari et Ordinibus Mendicantium. A. imprimis confirmat sententias P. GLORIEUX et S. CLASEN, O.F.M., cuius tamen elucubrationem de GERARDI DE ABBATISVILLA *Quaestione duplici* cognoscere nondum potuit (cf. *infra,* n. 500). De editione critica duarum quaestionum cf. *infra,* n. 499. P. BONAVENTURA

499. — AMÉDÉE TEETAERT [DE ZEDELGEM], O.F.M.CAP. *Quatre questions inédites de Gérard d'Abbeville pour la défense de la supé-*

riorité du clergé séculier. (Roma, Istituto Grafico Tiberino, 1948). In-4°, a p. 83 ad p. 178.

Duae quaestiones GERARDI DE ABBATISVILLA, de quibus A. in *Mélanges Auguste Pelzer* iam tractaverat (cf. *supra*, n. 498), hic splendide eduntur (in collectione quam J. DE LUCCA intendit edere ac nuncupare « Archivio di pietà ») unacum aliis duabus eiusdem GERARDI quaestionibus, quae quidem in *cod. Paris. Nat. lat. 16405* non habentur, sed exstant in *cod. Vat. lat. 1015*, f. 111va-113va, ubi inscribuntur: *Utrum Christus docuerit ad apicem summae perfectionis apostolos et praelatos nihil omnino habere in proprio vel in communi* (*Quodl. XVI*, q. 1), et: *Utrum praelati recipere potuerunt possessionem sine diminutione perfectioni* (*Quodl. XVI*, q. 2). In introductione A. primo litem saecularem inter clerum saecularem et regularem inde ab an. 1252 usque ad Concilium Tridentinum presse describit (p. 86-101), tractat deinde de GERARDO DE ABBATISVILLA eiusque operibus et positione doctrinali (p. 101-106), denique de quattuor quaestionibus edendis (descriptio codicographica, materiae tractatae summa et divisio, tempus compositionis quod pro ultimis duabus quaestionibus ponitur ante *Sermonem factum apud Fratres Minores*, nempe in adventu 1268, locus quattuor quaestionum in discussione an. 1269-1271, ratio editionis criticae: p. 106-127). Plurima in hac introductione dicta iam exposita erant in *Mélanges Auguste Pelzer, loc. cit.* Sequitur textus quattuor quaestionum, iuxta solum *cod. Vat.*, cum *cod. Par.* pro primis duabus quaestionibus edendis comparare A. non potuerit. P. BONAVENTURA

500. — S. CLASEN, O.F.M., *Die « duplex quaestio » des Gerhard von Abbeville über den Ordenseintritt Jugendlicher*, in *Antonianum*, 1947, t. XXII, p. 177-200.

Ad illustrandam celebrem litem inter Ordines Mendicantes et Universitatis Parisiensis professores saec. XIII A. opere *Der hl. Bonaventura und das Mendikantentum*, Werl i.W., 1940 (cf. *Collect. Franc.*, 1944, t. XIV, p. 330-334) iam plurimum contulit. Nunc in praesente elucubratione accuratius istius litis partem illam exponit, quae attinet ad admissionem puerorum in Ordines religiosos. Contra P. GLORIEUX, qui de hac quaestione siedictam *Quaestionem disputatam duplicem* GERARDI DE ABBATISVILLA reppererat, atque declaraverat hanc fuisse GERARDI responsionem ad JOANNIS DE PECKHAM quaestionem disputatam *De pueris oblatis in Ordine Minorum* (cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 324), A. ostendit bonis argumentis contrarium esse tenendum, scil. JOANNEM DE PECKHAM respondisse ad GERARDI *Quaestionem duplicem*, hanc autem esse GERARDI responsionem ad *Collationem de dono consilii*, qua S. BONAVENTURA refutavisset GULIELMUM DE S. AMORE. Sequitur GERARDI *Quaestio duplex* iuxta *cod. Paris. Nat. lat. 16297*, f. 165va-166vb, critice edita. P. BONAVENTURA

501. — G. DE LAGARDE. *Naissance de l'esprit laïc au déclin du moyen âge.* Tom. I: *Bilan du XIIIème siècle.* 2e éd. Paris, Presses Universitaires de France, 1948. In-8°, 265 p.

Quid sit laicismus, A. in introductione explicat. Duplicem sensum distinguit. Laici sunt in Ecclesia illi qui non sunt clerici, unde inter cleros et laicos dissensio, ita ut laicismus sit haec contentio qua laici Ecclesiam regere conantur. Laici etiam sunt illi qui civili potestate fruebantur coram illis qui potestate fruebantur ecclesiastica, ita ut laicismus dicatur quoque contentio haec qua potestas civilis potestatem ecclesiasticam spoliare conatur. Postea ostendit A. quomodo duplex haec notio evolvatur ab Ecclesiae initio usque ad saec. XIII (p. 18-47), qualis fuerit saec. XIII initio distinctio spiritualis et temporalis (p. 48-71), qualis eodem tempore fuerit Summi Pontificis «plenitudo potestatis » (p. 72-82), quomodo denique Summi Pontifices coram potestate civili se habuerint (p. 85-96). Tunc A. de S. FRANCISCO diffusius scribit. Indicat quomodo subito inter Fratres Mendicantes et clerum saecularem primo, inter Fratres Minores et Summos Pontifices postea, graves dissensiones fuerint quae ecclesiasticam potestatem paulatim infirmarunt (p. 97-110). Interim, haereticae sectae crescebant (p. 111-122), civilis potestas renovabatur (p. 123-129), ita ut potestas civilis paulatim dominium imperiumque singulare obtineret et ab Ecclesia discederet (p. 130-143). Ius Romanum accuratius legitur et cognoscitur (p. 144-165), quidam aristotelismus audaciae potestatis civilis favet (p. 166-185) et iam sub XIII saec. finem laicismus manifestari coepit (p. 186-225). PHILIPPUS PULCHER, Galliae rex, et BONIFATIUS VIII tunc inter se decertarunt, ita ut pugna haec saec. XIII finem poneret et inciperent tempora nova. Sic vincit mens spiritusque « laicorum ».

De hoc egregio opere iam relatae sunt paginae quae de S. FRANCISCO tractant. Agitur breviter de ALEXANDRO HALENSI, S. ANTONIO DE PADOVA, S. BONAVENTURA, qui sanctitate scientiaque Summorum Pontificum fidem meruerunt (p. 102-103), diffusius de PETRO JOANNIS OLIVI, ANGELO CLARENO, HUBERTINO DE CASALE, JACOPONE DE TODI, qui, cum a multis sanctissimi iudicarentur, multos secum adversus Summos Pontifices traxerunt et sic permiserunt, ut mens spiritusque « laicorum » per Ecclesiam serperet (p. 106-108), praesertim cum MICHAEL DE CESENA, adversus JOANNEM XXII, de vera paupertate definientem, abiecisset oboedientiam (p. 109-110), denique de GULIELMO DE OCKHAM, qui agens, docens et scribens, « laicorum » menti spirituique philosophicum fundamentum praebuit (p. 24, 75, 226, 255); hic tantum rei imago ostenditur, quam aliis in tomis A. diffusius explicabit.

P. JULIANUS EYMARD

502. — TIMOTHEUS SCHÄFER AB HECHINGEN, O.F.M.CAP. *De Religiosis ad normam Codicis Iuris Canonici*. Editio quarta aucta et emendata. Roma, Editrice « Apostolato Cattolico », 1947. In-8°, LXIV-1214-10* p.

Non est cur in hoc egregio opere examinando et laudando immoremur, quandoquidem in nostro commentario ample recensitum est (cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 276-277). Mutationes praecipuas inter tertiam et quartam editionem his verbis A. ipse significat: « Textus quinta parte ampliatus est, etsi numerus totalis paginarum, aucta earum forma, eiusmodi augmentum non demonstrent. Indicem analyticum, ultra modum prolixum, a minus utilibus pur-

gavimus. Tandem, plurium desideriis obsecundantes, numeros marginales frequentiores adhibuimus ». Feliciter tamen horum numerorum utriusque editionis concordantia additur in fine; pariter duo documenta maximi momenti ad calcem voluminis vulgantur, scilicet *Instructio S. Congr. de Prop. Fide de congregationibus religiosis indigenis condendis* (19 mart. 1937) et *Normae* (28 iun. 1910) in approbandis novis institutis votorum simplicium sequendae. Demum exscribitur textus const. apost. *Provida Mater Ecclesiae* (2 febr. 1947).

P. MELCHIOR

503. — G. PACE, S.D.B., *Le leggi mere penali*, in *Salesianum*, 1947, t. IX, p. 297-317, 466-486; 1948, t. X, p. 29-42.

Quaestio de legibus mere poenalibus plurimorum scriptorum mentem exagitavit, qui procedente tempore earum naturam et extensionem explicare conati sunt, ex quo ALPHONSUS DE CASTRO, O.F.M. OBS. († 1558) omnium primus doctrinam de lege poenali secundum certa principia exposuit (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 242-244). A. huius disquisitionis prorsus negat exsistentiam legum mere poenalium, ad quam quidem conclusionem pervenit ex examine philosophico legis huius doctrinae, opinatur enim quod quaestio solvenda est ex principiis promanantibus ex intima legis natura, minime vero ex principiis theologicis, iuridicis vel pastoralibus. Nostra maxime interest quod de obligatione regularum religiosorum profert; quae tametsi dumtaxat poenales sint, exinde concludi non potest idem sentiendum esse de legibus civilibus, nam alia est natura societatis religiosae, i.e. liberae et positivae, alia indoles societatis civilis, i.e. naturalis et necessarie, quae proinde aliam vim ac normam habent ad ordinandos sodales ad bonum commune. P. MELCHIOR

504. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *La Comisión para la formación religiosa y clerical, literaria, científica y ministerial en la S. Congregación de Religiosos*, in *Rev. Españ. de Derecho Can.*, 1947, t. II, p. 605-625.

Die 24 ian. an. 1944 constitutus est in sinu S. Congregationis Religiosorum specialis virorum idoneorum coetus, « qui omnes quaestiones ac negotia quavis ratione ad adspirantium et novitiorum iuniorumque sodalium... religiosam et clericalem educationem atque in litteris scientiisque et ministeriis institutionem spectantia pertractet » (cf. *Acta Apost. Sedis*, 1944, t. XXVI, p. 213-214); quod quidem munus obeundum A. explicat et auctoritate sacrorum canonum et documentorum Sedis Apostolicae illustrat, additis duobus capitibus, de praeparatione ad sacros Ordines suscipiendum unum, et de studio disciplinarum prosequendo post sacerdotalem ordinationem alterum.

P. MELCHIOR

505. — PACIFICUS CAPOBIANCO, O.F.M. *Privilegia et facultates Ordinis Fratrum Minorum*. Editio altera. Nuceriae Sup. (Salerno), Conventus S. Mariae Angelorum, 1948. In-8°, XIV-362 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 307-308, ubi prima editio recensetur huius operis, non solum Fratribus Minoribus, sed omnibus

etiam Regularibus perutilis. In hac altera editione nonnulla reviduntur, addantur, accuratius determinantur. P. Bonaventura

506. — Aleixo, O.F.M., *Privilégio de isenção dos Regulares e visita canônica do Ordinário do lugar*, in *Rev. Ecl. Brasil.* 1948, t. VIII, p. 398-401.

Breviter memorantur canones *Codicis Iuris Canonici* circa hoc exemptionis privilegium, quo Regulares fruuntur. P. Melchior

507. — A. Fogliasso, S.D.B., *De extensione iuridici instituti exemptionis religiosorum logice atque historice considerati*, in *Salesianum*, 1947, t. IX, p. 1-64, 147-206, 318-359.

Praesens monographia triplicem partem complectitur, in quarum prima natura et divisionis exemptionis religiosorum exponitur; in altera autem evolutio historica huius instituti iuridici enucleatur a suis primordiis usque ad Ordines Mendicantes, et deinde usque ad promulgationem *Codicis Iuris Canonici;* in tertia denique explicatur « physiognomia » propria uniuscuiusque religionis quoad privilegium exemptionis ab Ordinario loci. Quum autem hodiernus *Codex Iuris Canonici* plures subiectionis gradus Ordinario loci agnoscat, A. ex intrinseco illius normarum examine concludit ad institutum exemptionis pertinere illas quoque libertates a iure communi vigenti religiosis non-exemptis concessas. P. Melchior

508. — E. Wagner, O.F.M., *De relatione iuridica inter religionum Costitutiones et Codicem Iuris Canonici, in basi praesertim clausularum*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 43-70.

Multiplex iuris communis habitudo ad ius Ordinum religiosorum particulare enucleatur, praesertim prout ex « clausulis » illius erui potest, et totum argumentum A. ad tria capita contrahit, scil.: a) de *suppletione*, nempe de normis in Constitutionibus contentis, quae in *Codice Iuris Canonici* desiderantur, vel quae in eo « sunt parce, succincte et generaliter tantum prolatae »; b) *de superadditione*, nempe de his quae indolem seu naturam instituti propriam significant vel adumbrant, v.gr. de subsidiis ad perfectionem religiosam adipiscendam, quorum alia sunt secundum Codicem et alia praeter Codicem; c) demum de *oppositione* Codicem inter et Constitutiones, quae ex vario capite oriri potest. Pro singulis dissertationis capitibus demonstrandis A. articulos ex Constitutionibus Generalibus O.F.M. depromit ac norman sequendam in singulis casibus exhibet. P. Melchior

509. — E. Wagner, O.F.M., *De legibus Constitutionum Generalium O.F.M. Codici Iuris Canonici contrariis*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 255-295.

A. resumens doctrinam de contrarietate sive oppositione legum (cf. *supra*, n. 508), illam nunc exponit et exemplis illustrat comparate ad Constitutiones Generales O.F.M. Primum illas Constitutionum normas examinat *Codici Iuris Canonici* quidem contrarias sed « clausula » seu vi eiusdem *Codicis* confirmatas; deinde in medium profert

Constitutionum dispositiones statutis *Codicis* oppositas, quae tamen privilegio roboratae sunt; demum recenset praescriptiones « absolute seu etiam in effectu » contrarias, quae quum omni protectione iuris et corroboratione destitutae sint, ad normam can. 489 « abrogatae sunt ». P. MELCHIOR

510. — E. WAGNER, O.F.M., *De Guardianatibus in iure particulari et praxi iuridica Ordinis Fratrum Minorum*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 137-146.

Ad explanationem articulorum 316 et 317 Constitutionum Generalium O.F.M., disseritur de natura iuridica « conventus » et « residentiae », quandoquidem haec vocabula aliam significationem in iure communi et aliam in iure particulari habent; quaestio autem practice agitatur, nimirum ut ius suffragii et obligatio officii choralis accuratius determinentur. A. in enucleanda quaestione discrepat a sententia S. GALASSO, O.F.M.: *De notione domus formatae et non formatae in iure communi et in iure particulari Ordinis Fratrum Minorum*, in *Comm. Rel. Miss.*, 1942, t. XIII, p. 125-131, qui demonstrare contendit Constitutiones O.F.M. hoc in casu derogare notioni domus formatae iuris communis; e contrario A. opinatur agi de lege superaddita, quae aeque vigere potest in Ordine absque ulla iuris collisione. P. MELCHIOR

511. — DIONIGI DA GANGI, O.F.M.CAP. « *Se ti facessero superiore* ». (Pensieri formativi). Palermo, Tipografia « Fiamma Serafica », 1948. In-16°, 182 p.

Exceptis quibusdam capitibus, hic libellus proprie franciscanus non est et omnibus vitae mixtae religionibus prodesse potest. Prima pars de futurorum superiorum praeparatione tractat et quaerit quales sint eorum praecipuae qualitates in ordine naturali, sociali, humanitateque et doctrina. Secunda pars superiorem ostendit muneris sui partes agentem, sive quid iubetur, sive permittitur, sive prohibetur. Tertia pars de illis qui non sunt superiores breviter tractat. De re peculiariter franciscana in secundae partis capite quarto praesertim agitur (p. 90-93). Triplex appendix adiungitur, quae primum apostolorum et virorum sanctorum sententias refert, postea de fratribus foras mittendis tractat, denique de usu tabaci loquitur.

P. JULIANUS EYMARD

C. - De doctrinis franciscanis in specie seu de singulis scriptoribus franciscalibus

1. - *A S. Francisco Assisiensi ad Joannem Duns Scotum (1226-1308)*

S. Antonius Patavinus, O.Min., † 13 iun. 1231

Vide etiam: 89 opera; 393 primatus Christi; 473 Assumptio B.M.V.

512. - GERTRUD HERZOG-HAUSER. *Antonius von Padua. Sein Leben und sein Werk.* Luzern, Rex-Verlag, 1947. In-8°, 227 p.

S. ANTONIUS PATAVINUS pluribus notus est sub titulo tantum thaumaturgi. Doctrinae vero eius praestantiam revelare certe honorificum est, postquam Summus Pontifex ipsum inter Doctores Ecclesiae inseruit. Quam operam A. impendit in proponendis praecipuis S. ANTONII argumentis ex sermonibus eius depromptis. Attamen spuria quoque scripta usurpantur, quia A. fidem habuit in editiones A.M. AZZOGUIDI, O.F.M.CONV., et J. DE LA HAYE, O.F.M.REF. (de scriptis S. ANTONII optime disseruit C. BALIĆ, O.F.M., *Gli scritti di Sant'Antonio*, in *S. Antonio Dottore della Chiesa*, p. 295-330; cf. *supra*, n. 89).

Prima libri pars (p. 1-67) vitam describit Patavini ad tramitem tenuium documentorum, quorum defectus atque lacunae in aperto sunt. Cum hoc opus ad nos missum non fuerit, ea tantum adnotavimus quae in *Franc. Leven*, 1949, t. XXXII, p. 128, excipiuntur.

P. LAURENTIUS

513. - J. CALVET. *Saint Antoine de Padoue* (Collection: Héraults du Christ: Apôtres, saints, martyrs, n° 4). Paris, Éditions de l'Arc, 1947. In-8°, 64 p.

Innixus super historiam franciscalem atque nota documenta A. vitam S. ANTONII PATAVINI enarrat intexens pulcherrimas considerationes.

P. LAURENTIUS

514. - F.F. LOPES, O.F.M. *S. António de Lisbôa Doutor Evangélico.* Braga, Edição do « Boletim Mensal », 1946. In-8°, 293 p.

Haec nova, ad populi instructionem et aedificationem conscripta vita S. ANTONII, qui patriae nomine « de Lisbôa » nominatur, ad

evulgatorum fontium fidem conciliandam eventus enarrat. In fine voluminis notae atque appendices adponuntur ad singula quaedam puncta melius et serius dilucidanda, praesertim id quod ad familiam et chronologiam attinet. Contra sententiam communiter receptam annum nativitatis circiter 1190 (pro a. 1195) admittit A., ita ut S. ANTONIUS tempore ordinationis sacerdotalis (a. 1219) aetatem canonicam tunc praescriptam (circa 30 annorum) attigisse dicendus sit. Hae notitiae debentur *Misc. Franc.*, 1949, t. XLIX, p. 450. P. LAURENTIUS

515. - WILLIBRORD DE PARIS, O.F.M.CAP. *Saint Antoine de Padoue, docteur de l'Église. Sa vie. Son œuvre.* Paris, Librairie Saint François, 1947. In-12°, 245 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 288.

516. - RAPHAEL M. HUBER, O.F.M.CONV. *St. Anthony of Padua, Doctor of the Church Universal. A critical study of the historical sources of the life, sanctity, learning and miracles of the Saint of Padua and Lisbon.* Milwaukee, The Bruce Publishing Company, 1948. In-8°, XIV-209 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 287-288.

517. - *S. Antonio Dottore della Chiesa. Atti delle Settimane Antoniane tenute a Roma e a Padova nel 1946.* Città del Vaticano, Tip. Poliglotta Vaticana, 1947. In-8°, XIX-520 p.

518. - S. *Antonio di Padova, Dottore Evangelico. Volume commemorativo della proclamazione di S. Antonio a Dottore della Chiesa universale,* a cura della Provincia Patavina di S. Antonio dei FF. Min. Conventuali. Padova, « Il Messaggero di S. Antonio », 1946. In-8°, 214 p.

Recensio horum operum (n. 517-518) habetur in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 247-277.

519. - C. BALIĆ, O.F.M. *S. Antonio «Dottore Evangelico» e gli altri dottori della scolastica francescana.* (Extr. ex *S. Antonio, Dottore della Chiesa*). Città del Vaticano, Tipografia Vaticana, 1947. In-8°, p. 3-30.

A. quaerit quae sint relationes primum inter scholasticam in genere et S. ANTONIUM, secundo inter S. ANTONIUM et doctrinam franciscanam. Ad primum, A. exponit opinionem doctorum saec. XIII qui illum dicunt «multa litteratura fundatum», «malleum haereticorum», quia ex ipsis viri sancti scriptis iudicare poterant, nos vero tantum ex diversis compilationibus. Distinguendum est quoque initium saec. XIII, quod est scholasticae praeparatorium, et ipsum saec. XIII, quod est scholasticae aurea aetas; et oportet cogitare S. ANTONIUM ad illud initium pertinere. Denique scholastica methodus tria comprehendit: lectionem, disputationem, praedicationem, et igitur ex hac ultima parte referri ad scholasticam potest; non est obiciendum, S. ANTONIUM non ordinem systematicum ostendere, quoniam nec S. THOMAS DE AQUINO nec S. BONAVENTURA in sermonibus hunc systematicum ordinem ostendunt, et haec systematica ratio ad scholasticae essentiam non pertinet. Ad secundum, scil. quales relationes cum scholastica franciscana

S. ANTONIUS habuerit, A. respondet: Tres sunt scholasticae franciscanae notae insignes: augustinismus, Christi primatus, B. M. Virginis Mariae Immaculata Conceptio; hae tres notae insignes facile apud S. ANTONIUM inveniri possunt. Notandum est quoque quod idem vir sanctus primus lector in Ordine Minorum fuit, ita ut eius disciplina auctoritatem magnam habere debuerit. Denique ante omnia S. ANTONIUS apostolus fuit, totus ad animarum conversionem attentus quae apostolatus nota apud omnes doctores franciscanos invenitur.

P. JULIANUS EYMARD

520. - ANTÓNIO GONÇALVES, *Os escritos de Santo António*, in *Bol. Mens. Missões Franc.*, 1947, t. XL, p. 34-39, 69-71, 116-120.

Per tria capita argumentum propositum A. evolvit, disserens de editionibus operum S. ANTONII PATAVINI hucusque factis, de eiusdem Sancti Doctoris scriptis authenticis, deque operibus perperam eidem adscriptis. Conclusiones communiter receptae vulgantur absque fontium significatione vel argumentorum disquisitione. P. MELCHIOR

521. - E. LONGPRÉ, O.F.M., *Saint Antoine de Padoue, docteur évangélique*, in *Regards sur l'Église* (Lumières d'Assise, n. 2-3), p. 149-159, Paris, 1946.

Paulo post S. ANTONII mortem, JOANNES A RUPELLA, O.MIN., tribus sermonibus eiusdem viri sancti scientiam laudabat. Nuper PIUS XII eundem Ecclesiae Doctorem declaravit. A. harum laudum, huius declarationis rationem quaerit. Ulyssipone, apud Augustinianos, qui Scripturarum lectionem imponebant, S. ANTONIUS Scripturis Sacris operam dedit. Postea, hoc in studio apud Franciscanos perseveravit: « Nec diebus, nec noctibus a lectione divina cessabat ». Hoc S. FRANCISCUM percussit, qui eum suum doctorem nominavit, ita ut S. ANTONIUS scholae franciscanae princeps conditorque dici possit. Ut apologeta, S. DOMINICI missionem prosequitur; ut mysticus, in commentario in *Canticum Canticorum*, S. BERNARDI doctrinam alte perspexit. Utriusque successor recte dici potest. P. JULIANUS EYMARD

522. - GILBERT OF LONDON, O.F.M.CAP., *The Evangelic Doctor*, in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 152-157.

Optime dicitur S. ANTONIUM PATAVINUM a S. AUGUSTINO illuminatam mentem, a S. FRANCISCO ASSISIENSI vero cordis affectum hereditasse. Ex duplici hoc fonte potavit insuper Sacrae Scripturae dilectionem. Hanc Patavini partem A. exemplis, interiectis iudiciis propriis, illustrat. P. LAURENTIUS

523. - D. SCARAMUZZI, O.F.M., *Echi del dottorato del Santo di Padova*, in *Oss. Rom.*, 1947, 27-28 ott., p. 4.

A. refert elenchum libri *S. Antonio Dottore della Chiesa. Atti delle Settimane Antoniane a Roma e a Padova nel 1946* (Città del Vaticano, 1947), cuius dissertationes recensitae sunt in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 247 ss. P. LAURENTIUS

524. - *St. Anthony of Padua Doctor of the Church Universal. Souvenir of the Commemorative Ceremonies at the Catholic University of America. 11 Nov. 1946.* Washington, 1947. In-8°, 84 p.

Tres eduntur dissertationes habitae in obsequium S. ANTONII PATAVINI. IGNATIUS SMITH, O.P., Sanctum celebravit qua verbi Dei praeconem eximium; THOMAS PLASSMANN, O.F.M., descripsit praecipua dogmata ab eo enuntiata maxime in ordine ad scholam franciscanam, et GERALDUS G. WALSH, S.J., apostolatum S. ANTONII inter plebem magni fecit. Cum has notitias nonnisi ex *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 206, hauserimus, ad singula nihil dicere possumus.

P. LAURENTIUS

525. - *In honorem Sancti Antonii Patavini Universalis Ecclesiae Doctoris Evangelici*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 21-23.

Ob titulum Doctoris nuper per Litteras Apostolicas Thaumaturgo Patavino conlatum diversae habitae sunt Neapoli, Venetiis, Florentiae et Senis a quattuor Franciscalium sodalium familiis, festivae commemorationes, quae brevibus verbis referuntur. P. LAURENTIUS

526. - *Celebrationes scientificae et religiosae in honorem S. Antonii O. N. Doctoris Ecclesiae renuntiati*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 43-50.

Ad amplissimum Doctoris Evangelici titulum rite commemorandum indictae fuerunt festivitates in variis O.F.M.Conv. provinciis Italiae et Americae, quorum ordo et sollemnitas narrantur.

P. LAURENTIUS

527. - TIMOTHEUS BARTH, O.F.M., *Lehrer des Evangeliums*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 33-41.

Brevi in conspectu ponuntur vita atque operositas S. ANTONII PATAVINI ad Tertiariorum S. Francisci instructionem.

P. LAURENTIUS

528. - QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP., *In de school van de H. Antonius van Padua, Kerkleeraar*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 41-52, 146-157, 177-187.

Ex sermonibus S. ANTONII, novi Ecclesiae Doctoris, vulgantur et exponuntur piae sententiae. P. LAURENTIUS

529. - LOUIS F. ROHR, O.F.M. *The Use of Sacred Scripture in the Sermons of St. Anthony of Padua.* (The Catholic University of America. Studies in Sacred Theology. Second Series. No. 20). Washington, D.C., The Catholic University of America Press, 1948. In-8°, X-119 p.

Notitiis brevibus in primo capite de methodo exegetica SS. Patrum et priorum scholasticorum praemissis, A. in secundo capite exponit, quibus magistris S. ANTONIUS in studio S. Scripturae utebatur et qua pollebat cognitione ipsius sacri textus necnon linguarum biblicarum scientia. In tertio capite describitur ratio hermeneutica Doctoris Evangelici in genere et in specie eiusdem expositio litteralis, allegorica, moralis et anagogica. Quattuor horum sensuum biblicorum usus magis illustratur in capite quarto de interpretatione locorum S. Scripturae ad B. V. Mariam pertinentium. Sequitur appendix de operibus a S. ANTONIO compositis, deinde elenchus librorum et dissertationum ab A. adhibitarum, denique index nominum et rerum atque locorum S. Scripturae.

Dissertatio, magna cum diligentia exarata et accurate typis expressa, res novas non proponit, et eius conclusiones conveniunt cum iis quae L.G. Da Fonseca, S.J., et G. Stano, O.F.M.Conv., iam antea exposuerant (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 253 s.). Huius ultimi auctoris expositionem, sicut etiam dissertationem Silv. Larrañaga, O.F.M., *San Antonio, Maestro « in Sacra Pagina »*, in *Verdad y Vida*, 1946, t. IV, p. 615-667, A. inspicere nondum potuisse videtur.

P. Bonaventura

530. - F. Sarri, O.F.M., *La predicazione sociale di S. Antonio di Padova*, in *Italia Franc.*, 1947, XXII, p. 137-156.

Paucis praemissis notitiis de condicione sociali et politica necnon de haereticis saeculi XIII, describitur actio socialis S. Antonii in septentrionalibus Italiae partibus. Strenuus praedicator Patavinus sermones habuit contra iniustitiam in rebus gerendis, item contra haereticos, sacerdotes atque praelatos pecuniae avidos et contra lucri facientes et usuram. Laudatur S. Antonii interventus pro concordia Patavii constituenda, pro veris pauperibus et pro pace. Hominibus honorum cupidis inimicissimus dicitur S. Antonius.

Melius erat si maior sententiarum ordo adhibitus fuerit. Mirandum sane, quod nostris adhuc diebus commentitiae fabulae iam reprobatae defendantur, scil. miraculum de infante bimestri loquente (p. 143). Vide seriem historiarum id genus apud H. Günter, *Psychologie der Legende*, p. 96 s. (Freiburg i. Br., 1949). Inter fabulas pariter recensenda est historia de corde inter nummos invento (p. 149), uti probaverunt H. Felder, O.F.M.Cap., *Die Antoniuswunder nach den ältesten Quellen*, p. 103 (Paderborn, 1933) et S. Clasen, O.F.M., *Die geistige Gestalt des hl. Antonius von Padua*, in *Wiss. Weish.*, 1949, t. XII, p. 50.

P. Laurentius

531. - Francis O'Gorman, O.F.M.Conv., *St. Anthony and the Assumption*, in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 243-247.

S. Antonii erga B. V. Mariam devotio verbis sat generalibus laudatur, quin argumentum principale pertractetur. P. Laurentius

532. - Sophronius Clasen, O.F.M., *Der Heilige Antonius in unserer Zeit*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 42-45.

Etsi difficultates saec. XIII a nostris sat diversae fuerint, duo tamen bona a S. Antonii Patavini operositate discere possumus, errores scil. lumine veritatis fugare, et discrimen inter fidem atque vitam removere. En huius articuli summa. P. Laurentius

533. - E. Barbaix - M. Notts. *Baas Best en Sint Antonius. En religieus spel in een proloog en vijf taferelen.* Bussum, Ons Lekenspel, s. a.

Cum pauci inveniantur ludi scaenici, qui vitam S. Antonii Patavini fabulam describerent, libenter annuntiamus praefatum spectaculum, quod simplicis tamen est naturae. Narratur (exscribimus ex *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 186) misera sors cauponis Baas Best, qui aere alieno pressus ad desperationem pervenit. Quem Frater Minor quidam frustra inde eripere conabatur, quia diabolus obsistebat fortiter, S. Antonius, rogatus a cauponis uxore, mirabili liberat interventu.

P. Laurentius

534. - P. Dounavis, O.F.M. *Le Saint des miracles. Petit vie de S. Antoine de Padoue.* Caire, C.E. Albertiri, 1948. In-16°, 59 p.

535. - M. FARNUM. *St. Anthony of Padua: his Life and Miracles.* New York, Didier, 1948. In-8°, 175 p.

536 - E. ROSALES, O.F.M. *San Antonio de Padua.* Buenos Aires, Editorial Difusión S.A., 1947. In-12°, 179 p.

537. - VALENTIN SCHAAF, O.F.M. *S. Antoine de Padoue, Docteur de l' Église.* Montréal, Éditions Franciscaines, 1947. In-16°, 35 p.

538. - DIETMAR WESTEMEYER, O.F.M. *Antonius von Padua als Kirchenlehrer, Doctor Evangelicus.* Münster, Regensbergsche Verlagsbuchhandlung, 1947. In-8°, 44 p.

539. - F. COITEUX, O.F.M. *L'avènement de Jésus dans l'âme.* Traduction des sermons sur le mystère de l'enfance, par S. ANTOINE DE PADOUE, Docteur Evangélique. 2 vol. Montréal. Éditions Franciscaines, 1948. In-16°, 255 et 275 p.

540. - L. MESTRE, *Enseñanzas místicas de S. Antonio de Padua,* in *Vida Sobrenatural,* 1947, t. XLIX, p. 180-187.

541. - FR. CÂNCIO BERRI, O.F.M. *Vida de Santo Antonio contada às crianças.* Petrópolis, Ed. Vozes, 1948. In-8°, 126 p.

542. - GASTAO DE BETTENCOURT. *Os trés santos de junho no folclore brasileiro* (o 1° deles S. Antonio). Rio de Janeiro, L. Agir Editora, 1947, 163 p.

In honorem S. ANTONII PATAVINI, qui die 16 ianuarii 1946 titulo Doctoris Ecclesiae decoratus fuit, ubique terrarum solemnitates peragebantur sive orationibus publicis, sive nuntiis radiophonicis, sive libris divulgatis. P. LAURENTIUS

543. - FERDINAND COITEUX, O.F.M. *L'Église Canadienne glorifie S. Antoine de Padoue. - S. Antoine de Padoue, Docteur de l'Église. - S. Antoine de Padoue dans son milieu et sa mission doctrinale.* 3 vol. Montréal, Éditions Franciscaines, 1947-1948. In-16°, 63, 35, 45 p.

Haec tria opuscula continent allocutiones radiophonicas, quas FERDINANDUS COITEUX, DAMASUS LABERGE, olim Provincialis O.F.M. Canadensium et nunc Praefectus Apostolicus regionis Peruanae, PHILIPPUS PERRIER, Vicarius generalis dioecesis Montréal, PIUS GAUDREAULT, Provincialis O.P., et RODERICUS CARD. VILLENEUVE, O.M.I., divulgaverunt. Accedunt Litterae Apostolicae PII XII *Exulta Lusitania felix,* in linguam gallicam translatae, et circulares Litterae VALENTINI SCHAAF, tunc Ministri generalis O.F.M., necnon brevis tractatus de momento doctrinali S. ANTONII exaratus a P. EPHREM LONGPRÉ, O.F.M.

P. LAURENTIUS

544. - ANTONIO GARCIA CORREDOR, O.F.M. *San Antonio de Padua. Devocionario completo del glorioso Doctor de la Iglesia y gran Taumaturgo franciscano.* Sevilla, Imp. San Antonio, 1947. In-24°, 278 p.

Agitur de libro devotionis ad cultum Antonianum fovendum, qui praeter preces ad Sanctum praefatum continet orationes pro adorando et Deo, et Christo atque B. V. Maria colenda. P. LAURENTIUS

545. - FABIANUS [VAN UDENHOUT], O.F.M.CAP. *St. Antonius van Padua. Levenschets, noveen, gebeden en godvruchtige oefeningen ter ere van de grote Wonderdoener.* Den Bosch, G. Mosmans Zoon, 1948. In-16°, 107 p.

Cultus sanctorum tribus rebus constat, nempe laude, imitatione eorumque invocatione. Ideo A. vitam brevem describit, caput addit de veneratione sanctorum in genere et S. ANTONII in specie, et preces pro S. Missa, S. Communione, S. Confessione, speciales vero ad notum Sanctum. Opusculum sanum, solidum et practicum commendatur.

P. MENNAS

Bartholomaeus Anglicus, O.Min., fl. 1231

546. - J.G. MILNE - ELISABETH SWEETING, *Marginalia in a Copy of Bartholomaeus Anglicus'* De Proprietatibus Rerum. *A New Version of the Nine Worthies*, in *Modern Language Rev.*, 1945, t. XL, p. 85-90.

547. - J.G. MILNE - ELISABETH SWEETING, *Further Marginalia from a Copy of Bartholomaeus Anglicus*, in *Modern Language Review*, 1945, t. XL, p. 237-245.

Joannes de Rupella, O.Min., † 3 martii 1245

Vide etiam: 7 manuscripta; 371-372 conceptus libertatis; 382 aristotelismus; 558 «Summa Halesiana»; 559 epistemologia theologica; 597 virtus religionis.

548. - D.H. SALMAN, O.P., *Jean de la Rochelle et les débuts de l'averroisme latin*, in *Arch. Hist. Doctr. Litt. M.A.*, 1947-1948, t. XVI, p. 133-144.

Averroismum in doctrinam philosophicam quorumdam scriptorum catholicorum irrepsisse compertum est. PHILIPPUS CANCELLARIUS, S. AUGUSTINO falso attribuens opus *De spiritu et anima* quod revera ALCHERO DE CLAIRVAUX, S.O.CIST., adscribitur, asserebat inter sensus et intelligentiam ponendam esse rationem magis proprie sumptam, quae elementum esset corruptibile intellectus passibilis. Hanc opinionem averroisticam noster quoque JOANNES DE LA ROCHELLE amplexus est in suo tractatu *De divisione multiplici potentiarum animae*, quem post annum 1233 scripsit, tempore scil. quo nondum unanimis exstabat doctrina de potentiis animae (cf. O. LOTTIN, O.S.B., *Psychologie et Morale aux XII^e et XIII^e siècles*. T. I: *Problèmes de Psychologie*, Gembloux, 1942).

P. LAURENTIUS

Alexander de Hales, O.Min., † 21 aug. 1245

Vide etiam: 7 manuscripta; 334 creatura; 367 angeli; 371, 372 conceptus libertatis; 375 aesthetica; 381 condemnatio Paris. 1241; 391 supernaturale; 395 meritum Christi; 400 poenitentia sacramentalis; 402 theologia moralis christologica; 403 usura; 440 Immaculata Conceptio; 588 apud S. Bonaventuram.

549. - *Doctoris Irrefragabilis Alexandri de Hales, Ordinis Minorum, Summa theologica seu sic ab origine dicta «Summa Fratris Alexandri»*, iussu et auctoritate Rmi P. PACIFICI M. PERANTONI, totius Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae ad fidem codicum edita. Tomus IV: *Liber Tertius*. 2 vol.: 1. (V. DOUCET, O.F.M.), *Prolegomena*. - 2. *Textus*. Ad Claras Aquas (Quaracchi) prope Florentiam, Collegium S. Bonaventurae, 1948. In-fol., CCCCXVII et XII-1171 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 411-417.

550. - PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., *A milestone of research in Scholasticism,* in *Franc. Studies,* 1948, t. VIII, p. 295-300.

Annuntiatur editio IV voluminis *Summae Fratris Alexandri Halensis,* quae longa temporis mora interiecta a prioribus voluminibus lucem vidit, quippe quae annis 1924, 1928 et 1930 prodiere. Laudantur praesertim *Prolegomena,* quae ultimo tomo praeficiuntur et per 400 paginas protracta indefesso studio atque labori VICTORINI DOUCET, O.F.M., adscribenda sunt. Cf. *Collect. Franc.,* 1951, t. XXI, p. 411-417.

P. LAURENTIUS

551. - PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae occasione IV voluminis «Summae» Alexandri Halensis typis impressi, necnon voluminis quod* Prolegomena *inscribitur,* in *Acta Ord. Min.,* 1948, t. LXVII, p. 170-172.

Novae editioni vol. IV *Summae Fratris Alexandri* meritissimam laudem tribuens, Minister generalis O.F.M. praecipua *Prolegomenorum* capita recenset et PP. Editores ad genuina opera Doctoris Irrefragabilis, nuper reperta, primo quoque tempore edenda incitat.

P. BONAVENTURA

552. - VICTORIN DOUCET, O.F.M., *The History of the Problem of the Authenticity of the Summa,* in *Franc. Studies,* 1947, t. VII, p. 26-41, 274-312.

553. - *De «Summa Fratris Alexandri Halensis» historice considerata,* in *Riv. Filos. Neo-Scol.,* 1948, t. XL, p. 1-44.

Duae hae expositiones extractae sunt ex *Prolegomenis ad Summam Fratris Alexandri*; cf. *Collect. Franc.,* 1951, t. XXI, p. 413.

554. - VICTORIN DOUCET, O.F.M., *Une nouvelle source de la «Summa Fratris Alexandri»: Le Commentaire sur les Sentences d'Alexandre de Halès,* in *Rev. Univ. Ottawa,* 1947, t. XVII, p. 51*-66*.

555. - O. LOTTIN, O.S.B., *Le Commentaire d'Alexandre de Halès sur les Sentences,* in *Rech. Théol. Anc. Méd.,* 1947, t. XIV, p. 93-96.

556. - LORENZO DI FONZO, O.F.M.CONV., *Il P. M.° Alessandro d'Hales, O.Min. († 1245), e il ritrovato suo «Commento» alle Sentenze del Lombardo,* in *Misc. Franc.,* 1947, t. XLVII, p. 412-435.

557. - BOAVENTURA KLOPPENBURG, O.F.M., *Novidades sobre Alexandre de Hales,* in *Rev. Ecles. Bras.,* 1948, t. VIII, p. 356-360.

Primam notitiam de *Commentario* ALEXANDRI HALENSIS in *Sententias* PETRI LOMBARDI consociato labore feliciter reperto dederunt an. 1946, eodem tempore, F.-M. HENQUINET in Europa (*Le Commentaire d'Alexandre de Halès sur les Sentences enfin retrouvé,* in *Miscellanea Giovanni Mercati,* vol. II [Studi e Testi, t. 122; Città del Vaticano, 1946], p. 359-382), et V. DOUCET in America (*A new source of the «Summa Fratris Alexandri». The Commentary on the Sentences of Alexander of Hales,* in *Franc. Studies,* 1946, t. VI, p. 403-417). Huius ultimi articuli versio gallica habetur in supra citato n. 554. Res in iisdem articulis tractata iterum proposita est in *Prolegomenis ad Summam Fratris Alexandri* (p. CCIII-CCXI) et denuo in Prolegomenis ad primum tomum ipsius *Glossae,* de quo cf. *Collect. Franc.,* 1951, t. XXI, p. 417-420.

O. LOTTIN in n. 555 confirmat opinionem in articulis supra citatis propositam circa *cod. Londin. Lambeth 347* a PP. HENQUINET et DOUCET, qui, cum eundem codicem ipsi inspicere nondum possent, *Commentarium in Sent. I-III* in hoc codice NICOLAO TRIVET, O.P., manu recentiore adscriptum, ALEXANDRO HALENSI attribuendum esse coniectaverant. Dum textum lib. I-II huius codicis eundem ac textum adservatum in *cod. Assis. 189* esse statuit, A. textum lib. III *cod. Lambeth 347* satis a textu *cod. Assis. 189* differre ostendit. Unde tres sibi ponit quaestiones. Primo quaerit, quisnam textus sit anterior, et breviter ostendit *Lambeth 347* esse posteriorem. Ex hoc oritur secunda quaestio: auctor textus *Lambeth 347* estne idem ac auctor *Assis. 189?* A. responsum ab editoribus *Glossae* exspectandum esse declarat. Hi quidem recenter in Prolegomenis ad *Glossam I* (p. 83*) solum dicunt sibi improbabilem videri sententiam P. HENQUINET, lib. III *cod. Lambeth 347* esse opus omnino diversum aliusque auctoris, et responsum ultimum ad editionem lib. III remittunt. Tertio quaeri potest, quandonam istae duae redactiones compositae sint. A. redactionem *cod. Lambeth* in expositione de donis Spiritus Sancti a *Summa* PHILIPPI CANCELLARII pendere opinatur, et ideo eam post hanc *Summam*, sed ante ODONEM RIGALDUM ponit. Etiam *cod. Assis.* a CANCELLARIO pendere et quaestione *cod. Douai 434, t. II* de synderesi, circa an. 1234 composita, usum esse affirmat. Cum *Summam* PHILIPPI ponat circa an. 1233-1234, redactio *cod. Assis.* ponenda est post an. 1234, et brevi postea redactio *cod. Lambeth.* Hanc sententiam A. postea retractavit (*Psychologie et Morale aux XII*^e^ *et XIII*^e^ *siècles*, t. III, p. 676 s., Louvain-Gembloux, 1949), iuxta expositiones H. BETTI, O.F.M., *Animadversiones in opera Guidonis de Orchellis*, in *Antonianum*, 1949, t. XXIV, p. 43-64, F.-M. HENQUINET, O.F.M., in *Arch. Franc. Hist.*, 1946 (prodiit 1948), t. XXXXIX, p. 305-315, et V. DOUCET, O.F.M., in *Prolegomena in Summam Fratris Alexandri*, p. CXLVII s., admittens maiorem probabilitatem compositionis *Commentarii* ALEXANDRI ante an. 1231. Nuperrime editores *Glossae I* statuerunt tempus compositionis inter an. 1223 et 1227 (cf. *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 419).

L. DI FONZO in n. 556 disserit de vita et operibus ALEXANDRI HALENSIS iuxta statum, quem discussiones scientificae circa « quaestionem Halesianam » an. 1947 ceperant. Cum A. ante editionem *Prolegomenorum ad Summam Fratris Alexandri* et *Glossam I* scripserit, expositio eius iuxta has recentiores elucubrationes retractanda vel complenda est.

B. KLOPPENBURG in n. 557 clare et succincte refert quae V. DOUCET exposuit in *Prolegomenis ad Summam Fratris Alexandri.*

P. BONAVENTURA

558. - F.-M. HENQUINET, O.F.M., *Fr. Considerans, l'un des auteurs jumeaux de la Summa Fratris Alexandri primitive*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1948, t. XV, p. 76-96.

Primus F. PELSTER, S.J., in sua dissertatione *Intorno all'origine e all'autenticità della « Summa » di Alessandro di Hales*, in *Civ. Catt.*, 1931, an. LXXXII, t. I, p. 37-49, 414-431 (cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 120 s.) studiosorum animos convertit in diversitatem formularum litterariarum occurrentium in *Summae*, communiter ALEXANDRO

HALENSI adscriptae, lib. I et III ex una parte (*inquirere, inquisitio*) et lib. II ex altera parte (*considerare, consideratio*). F.-M. HENQUINET postea, sed istius dissertationis F. PELSTER inscius, proprio marte eandem diversitatem detexit et subtilius pervestigavit. Huius non facilis laboris exhibet descriptionem et conclusiones, quae statuunt duos fuisse redactores *Summae I-III*, scil. *Fr. Inquirentem* et *Fr. Considerantem*, ita appellatos iuxta formulas litterarias ab unoquoque potissimum adhibitas. *Fr. Inquirens* composuit lib. I et III, et alius non est nisi JOANNES DE RUPELLA. *Fr. Considerans* composuit lib. II, sed quisnam fuit, determinari nunc non potest. A. excludit, nimirum igitur praeter JOANNEM DE RUPELLA, ODONEM RIGALDUM, ipsum ALEXANDRUM HALENSEM, ODONEM DE ROSNY, GULIELMUM DE MELITONA, RICHARDUM RUFUM, BERTRANDUM DE BAYONNE, JOANNEM DE PARMA, non vero ROBERTUM DE LA BASSÉE, unum ex *Quattuor Magistris*, cui quaedam indicia favent. V. DOUCET etiam hunc excludit in *Prolegomenis in Librum III necnon in Libros I et II «Summa Fratris Alexandri»* et magis favet ipsi ALEXANDRO. P. BONAVENTURA

559. - MARTIN GRABMANN. *Die theologische Erkenntnis- und Einleitungslehre des hl. Thomas von Aquin auf Grund seiner Schrift «In Boethium de Trinitate». Im Zusammenhang der Scholastik des 13. und beginnenden 14. Jahrhunderts dargestellt*. (Thomistische Studien. Tom. IV). Freiburg (Schw.), Paulusverlag, 1948. In-8°, XV-392 p.

Momentum magnum huius operis etiam pro historia scholae franciscanae iam ex titulo apparet. Cum tamen ad nos transmissum non sit nequedum illud accuratius examinare potuerimus, hic saltem nomina theologorum scholae franciscanae referre opportunum ducimus, de quorum doctrinis circa quaestiones epistemologicas earumque cum schola S. THOMAE connexu A. tractavit, scil. ALEXANDER HALENSIS, ODO RIGAUD, GULIELMUS DE MELITONA, S. BONAVENTURA, RICHARDUS DE MEDIAVILLA, GUALTERUS BRUGENSIS, GULIELMUS DE WARE, JOANNES DUNS SCOTUS. P. BONAVENTURA

560. - BERARDUS WINGENFELD, O.F.M., *Das Zusammenwirken von göttlicher Gnade und menschlicher Freiheit bei Alexander von Hales*, in *Der Mensch vor Gott. Beiträge zum Verständnis der menschlichen Gottbegegnung* (*Festschrift Th. Steinbüchel*, ed. PH. WEINDEL et R. HOFMANN, Düsseldorf, 1948), p. 48-54.

Doctrinam ALEXANDRI HALENSIS circa concursum gratiae divinae et liberi arbitrii non iuxta rationem discussionum inter thomistas et molinistas post novatores saec. XVI exortarum explicandam esse rectissime monet A. eamque breviter describit ostendens ALEXANDRUM minus de praescientia divina cogitavisse quam potius de praedilectione Dei in creaturam suam, quam bonitatis suae participem fieri voluit.
P. BONAVENTURA

561. - P. MASCARUCCI, O.P., *Il progresso di Cristo nella scienza in Sant'Alberto Magno. Studio comparativo con i teologi del suo tempo*, in *Div. Thom. (Piac.)*, 1948, ser. 3, t. XXV, p. 217-250.

Bis saltem data opera S. ALBERTUS MAGNUS de profectu seu progressione scientiae Jesu Christi disseruit, scil. in tractatu *De Incarna-*

tione et in *Commentario ad Sententias*, aliam atque aliam sententiam utrobique docens. In primo quidem tractatu scientiam Christi, quam unionis vocant, admisit, quam postmodum in altero acriter reiecit illamque ad scientiam beatam reduxit. Porro scientiam unionis professi sunt magistri franciscani ALEXANDER HALENSIS et ODO RIGAUD, eamque S. BONAVENTURA explicavit uti scientiam quae absque omni alio habitu medio perficitur. E contrario, ut iidem magistri franciscani, S. ALBERTUS MAGNUS in *Commentario* scientiam infusam tribuit Jesu Christo propter statum innocentiae, quum antea in opusculo *De Incarnatione* docuisset Christum illam scientiam habuisse propter statum beati comprehensoris. Demum in eodem *Commentario* sententiam magistrorum franciscalium amplectitur de progressione Jesu Christi in scientia quantum ad actum, minime vero quantum ad habitum, uti magistri scholae dominicanae docebant. P. MELCHIOR

562. - LAWRENCE P. EVERETT, C.SS.R. *The Nature of Sacramental Grace.* (The Catholic University of America Studies in Sacred Theology. Second Series. No. 7). Washington, D.C., The Catholic University of America Press, 1948. In-8°, IX-151 p.

Videns theologos recentiores quaestionem de natura gratiae sacramentalis nimis neglexisse, A. de hoc argumento expositionem historicam et doctrinalem exhibere sibi proposuit. Praemissis paucis notis generalibus de gratiae sacramentalis effectuumque sacramentalium conceptu et in S. Scriptura atque magisterio Ecclesiae significatione, exponitur doctrina SS. Patrum, theologorum prioris scholasticae, scholasticorum saec. XIII (scholae franciscanae et dominicanae), et scholasticae saec. XIV-XX (scholae PETRI DE PALUDE et JOANNIS CAPREOLI, cardinalis CAJETANI, JOANNIS DE S. THOMA). E schola franciscana recensentur ALEXANDER DE HALES (cui A., nihil sciens vel saltem nihil dicens de quaestione genuinitatis, simpliciter adscribit *Summam theologicam*, immo et librum IV, quem allegat nescio iuxta quamnam editionem, cum in bibliographia sola editio Collegii S. Bonaventurae indicetur, cuius tria prima volumina solum lib. I-II comprehendunt et insuper non an. 1930, sed 1924-1930 edita sunt), S. BONAVENTURA, J. DUNS SCOTUS, cuius sola opera genuina iuxta A. sunt *Opus*, (sic) *Oxoniense, Reportata Parisiensa* (sic), *De Primo Principio, Quodlibeta* (sic) et *Questiones Super XII Libros Metaphysicos Aristotelis* (sic), CLAUDIUS FRASSEN, O.F.M.CONV., HIERONYMUS DE MONTEFORTINO, O.F.M.REF. († 1738, non 1728). P. BONAVENTURA

563. - MARTIN GRABMANN, *Das Weiterleben und Weiterwirken des moraltheologischen Schrifttums des hl. Thomas von Aquin im Mittelalter*, in *Divus Thomas* (*Frib.*), 1947, t. XXV, p. 3-28.

Notitiae historico-litterariae proponuntur quibus vis et auctoritas doctrinae S. THOMAE DE AQUINO circa theologiam moralem apud magistros et scriptores saec. XIII exeuntis et saec. XIV illustratur. Maior pars asseclarum ad Ordinem Praedicatorum pertinet, attamen pauca etiam adnotantur quae theologos franciscanos respiciunt. Ita RAYNERIUS DE PISA, O.P. († 1348), in opere *Pantheologia* praeter scripta S. THOMAE, quae fontes praecipui sibi erant, prae ceteris doctoribus ALEXANDRUM HALENSEM citavit; adiungimus quod praeter JACOBUM

FLORENTINUM, O.MIN., qui de editione eiusdem operis Venetiis an. 1486 typis mandata bene meruit, etiam alius quidam theologus franciscanus, scil. JOANNES FRANCISCUS NARDI FANENSIS, O.F.M.CONV., eiusdem operis editionem curavit, scil. Brixiensem an. 1580, et quod editio curata a JOANNE NICOLAI, O.P., non prodiit an. 1760, sed 1655 et 1670 (cf. J.H. SBARALEA, O.F.M.CONV., *Supplementum et castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci*, t. II, p. 9, Romae, 1921). - Affertur etiam laus, quam quidam Frater Minor Erphordiensis S. THOMAE tribuit propter doctrinam « precipue in moralibus» in *Chronica minor*, continuatio IV (ed. *Mon. Germ. Hist., Scriptores*, t. XXIV, p. 212). - Denique auctoritas Doctoris Communis in *Summa Astesana* adumbratur (p. 24-26), in qua, praesertim in parte secunda quae de virtutibus et peccatis agit, Doctor Angelicus saepissime allegatur. His notitiis ab illustri M. GRABMANN allatis ulteriores indagationes alia exempla adiungere poterunt. P. BONAVENTURA

Frater Helwicus, O.Min., † 28 sept. 1252

563[a]. - FR. HELWICK, O.MIN., *Tithe and tenstring*, in *Franc. Herald and Forum*, 1947, t. XXVI, p. 105-109, 138-140, 188-191, 205-207, 232-234, 250, 268-269, 265.

Prima vice in linguam anglicam convertitur FR. HELWICI, O. MIN., lectoris Magdeburgensis et Erfordiensis, tractatus mysticus *Denarius sive Decacordum valde devotum*, quem ex unico codice tunc noto *scil. cod. Berolin. theol. fol. 501*, edidit F. DOELLE, O.F.M., in *Beiträge z. Gesch. d. Sächs. Franz.-Prov.* (Düsseldorf), 1908, t. I, p. 87-96, praemissa dissertatione de auctore (p. 68-80). Postea aliud exemplar innotuit, scil. *cod. 36* in JACQUES ROSENTHAL, *Bibliotheca medii aevi manuscripta. Pars prima. Einhundert Handschriften des abendländischen Mittelalters vom neunten bis zum fünfzehnten Jahrhundert. Katalog 83*, p. 31 s. (München, 1926), ubi auctor *Helmiricus* vocatur (cf. *Antonianum*, 1926, t. I, p. 471). Versionem germanicam eiusdem tractatus edidit W. MEYER, O.F.M., *Das Büchlein von den göttlichen Wohltaten von Bruder Helwich, Lektor der Minderbrüder zu Magdeburg* (1252), Werl i.W., 1926 (cf. *Études Franc.*, 1928, t. XL, p. 310). P. BONAVENTURA

Robertus Grosseteste, Ep. Lincolniensis, † 9 oct. 1253

Vide etiam: 16 manuscriptum; 440 Immaculata Conceptio.

564. - ROBERT GROSSETESTE. *On Light* (*De luce*). Transl. from the Latin, with an introduction by CLARE C. RIEDL. (Mediaeval Philos. Texts in Transl., 1). Milwaukee, Marquette Univ. Press, 1942. In-8°, 17 p.

565. - J.T. MUCKLE, *The Hexaemeron of Robert Grosseteste. The First Chapters of Part Seven*, in *Mediaeval Studies*, 1944, t. VI, p. 151-174.

566. - J.T. MUCKLE, *Robert Grosseteste's Use of Greek Sources in his Hexaemeron*, in *Medievalia et Humanistica*, 1945, fasc. 3.

567. - D.A. CALLUS, O.P., *The Date of Grosseteste's Translations and Commentaries on Pseudo-Dionysius and the Nichomachean Ethics*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1947, t. XIV, p. 186-210.

Cum constet ROBERTUM GROSSETESTE translationes et commentaria in PSEUDO-DIONYSIUM et *Ethicam ad Nicomachum* confecisse, et quidem, iuxta communem sententiam, ultima vitae parte, cum iam episcopus fuerit (1235-1253), A. tempus quo opera citata conscripta sint, accuratius determinare intendit. Magni momenti in hac quaestione est quaedam epistula scripta ab ADAMO DE MARISCO, O.MIN., amico ROBERTI GROSSETESTE, ad THOMAM GALLUM, O.S.B., abbatem Vercellensem, ex qua notitiae de chronologia operum, de amicitia hactenus nondum nota inter GROSSETESTE et THOMAM GALLUM et de relationibus inter abbatiam S. Andreae Vercellensem et Angliam erui possunt. Haec epistula, in qua dies non adscriptus est, a G. THÉRY, O.P., in *Arch. Hist. Doct. Litt. M.A.*, 1939, t. XII, p. 177, inter an. 1241-1244 collocata, iuxta D.A. CALLUS non ante an. 1238 nec post an. 1243, sed inter an. 1241-1242 scripta est. Quae in epistula citantur *Expositiones super Angelicam Hierarchiam* (non: *Laetare*), non sunt opus ADAMI DE MARSH, sed amici eius ROBERTI GROSSETESTE. Hoc opus ante ceteras expositiones conscriptum est, et quidem hoc ordine chronologico: primo *De Angelica Hierarchia* (inter 1240 et 1241/42), deinde *De Ecclesiastica Hierarchia,* postea THOMAE GALLI *De Divinis Nominibus,* denique eiusdem *Mystica Theologia* (inter 1240-1243).

Quod attinet ad commentarium in *Ethicam ad Nicomachum,* qui iuxta A. PELZER inter an. 1240-1243 et iuxta S. H. THOMSON ante an. 1244, fortasse ante 1242 collocandus est, sed secundum D.M. POWICKE an. 1250 probabiliter nondum absolutus erat et secundum O. LOTTIN, O.S.B., an. 1249 primum a S. ALBERTO MAGNO adhibebatur, D.A. CALLUS affirmat totam translationem in usum venisse non ante an. 1245/46, probabilius an. 1246/47, et commendat opinionem ROBERTUM hoc opus aggressum esse an. 1242/43. Haec chronologica determinatio magis firmatur duabus epistulis ab ADAMO DE MARSH ad ROBERTUM GROSSETESTE scriptis circa an. 1250 et 1251. Plenam huius quaestionis illustrationem A. exspectat ab editione critica *Aristotelis Latini.* P. BONAVENTURA

568. - D.A. PH. CALLUS, O.P., *The «Summa theologiae» of Robert Grosseteste,* in *Studies in Medieval History presented to Frederick Maurice Powicke,* ed. by R.W. HUNT, W.A. PANTIN, R.W. SOUTHERN, p. 180-208, Oxford, 1948.

569. - A. BIRKENMAJER, *Robert Grosseteste and Richard Fournival,* in *Medievalia et Humanistica,* 1948, t. V, p. 36-41.

Has commentationes hoc loco adducimus pro momento et auctoritate ROBERTI GROSSETESTE in schola franciscana formanda, quamvis de prima (n. 568), cum ad nos transmissa non sit, non plus dicere possimus quam quod legi potest in *Bull. Théol. Anc. Méd.*, t. VI, n. 485; in altero autem commentariolo ostenditur quod opus *De vetula* RICHARDI DE FOURNIVAL, poetae et cancellarii ecclesiae Ambianensis (1201 - c. 1260), pendet e ROBERTO GROSSETESTE et vim habuit apud ROGERUM BACONEM. P. BONAVENTURA

570. - E.J. WESTERMANN, *A Comparison of Some of the Sermons and the «Dicta» of Robert Grosseteste,* in *Medievalia et Humanistica,* 1945, fasc. 3.

571. - L.E. Lynch, *The Doctrine of Divine Ideas and Illumination in Robert Grosseteste*, in *Mediaeval Studies*, 1941, t. III.

572. - C.K. McKeon. *A Study of the «Summa philosophie» of the Pseudo-Grosseteste*. (Columbia Studies in Philosophy. X). New York, Columbia University Press, 1948. In-8°, XII-226 p.

De hoc opere, ad nos non transmisso, iuxta *Bull. Théol. Anc. Méd.*, t. VI, n. 218, hoc tantum referre possumus, quod eius A. magnam auctoritatem, quam Rogerus Bacon habuit in *Summam philosophiae*, circa an. 1265-75 conscriptam, affirmat et notionem veritatis in eadem *Summa* expositam etiam cum doctrina S. Bonaventurae comparavit. P. Bonaventura

Adam de Marsh, O.Min., † 18 nov. 1258

Vide etiam: 567 commercium cum Th. Gallo et R. Grosseteste.

573. - Gustavus Cantini, O.F.M., *Adam de Marisco, O.F.M., auctor spiritualis*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 441-474.

Adam de Marsh inter primos Ordinem Minorum, nuper in Anglia constitutum, ingressus est (circa a. 1224), sacerdotali iam auctus dignitate et Magistri Artium titulo decoratus. Roberto Grosseteste duce et amico theologicam scientiam auxit docuitque, qui etiam prohibuit, quominus Parisios ad docendum in studio Fratrum Minorum vocaretur. Adam causam Ordinis defendit contra Eliam de Assisio, Ministrum generalem, et severiorem sententiam de Regula exponenda amplexatus est (cf. *Expositio quatuor Magistrorum super Regulam Fratrum Minorum (1241-1242)*, ed. Livarius Oliger, O.F.M., p. 12, Romae, 1950).

Ex operibus eius hucusque nonnisi 247 *epistolae* notae sunt, quae variis viris et mulieribus, condicionis praesertim eminentis, missae sunt: e. gr. 61 ad praefatum Robertum, episc. Lincolniensem; 4 ad Thomam Gallum, abbatem Vercellensem; una ad reginam Angliae et sororem eius; duo ad Joannem Parmensem, Ministrum gen. Ordinis, ad S. Bonaventuram; 40 ad Gulielmum de Nottingham, Provincialem Angliae. Omnes Adae epistolae paternum sunt incitamentum ad virtutes sectandas et mala fugienda. Plures testantur ipsum amicitiam uti medium ad vitam spiritualem fovendam excoluisse. Haud paucae ad disciplinam proprie asceticam et mysticam pertinent, quae tamen vix altissimas radices agit, si ex his quae A. adponit iudicium inferre liceat. Demum inquiritur utrum Adam de Marisco doctrinam Joachim de Fiori secutus sit. Quod iure negatur, quamvis scripta huius «sancti viri», sicut ipse aiebat, magni fecisse videatur.

P. Laurentius

Gulielmus de Melitona, O.Min., † inter febr. 1257 et mai. 1260

Vide etiam: 558 «Summa Halesiana»; 559 epistemologia theologica.

574. - B. Smalley, *Some More Exegetical Works of Simon of Hinton*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1948, t. XV, p. 97-106.

Novas notitias referens imprimis de commentariis biblicis Simonis de Hinton, O.P., A. breviter Joannem de Kilkenny, O.Min., qui eundem Simonem de Evangelio S. Matthaei legentem audivit, com-

memorat et duos codices nondum notos *Postillarum super XII Prophetas Minores* GULIELMI DE MELITONA, O.MIN., significat, scil. *cod. Vat. lat. 4225* (folia non indicantur) et *cod. Casanat. 454* (antea *A.II.8*), f. 81-256v.

P. BONAVENTURA

Thomas de Celano, O.Min., † c. 1260

575. - P. HOONHOUT. *Het Latijn van Thomas van Celano, biograaf van Sint Franciscus*. (Academisch Proefschrift ... in de Letteren en Wijsbegeerte aan de Universiteit van Amsterdam). Amsterdam, Noord-Hollandsche Uitgevers Maatschappij, 1947. In-8°, VI-262 p.

Quisquis textum latinum *Vitarum* S. FRANCISCI ASSISIENSIS, quas THOMAS DE CELANO composuit, perlegerit non potuit quin elegantiam sermonis, concinnitatem sententiarum et uberes verborum constructiones admiraretur, simulque difficultates versionis in linguam vernaculam sentiret. Quapropter grata erit permultis dissertatio A. quae latinitatem primi biographi Seraphici Patris miranda eruditione philologica pervestigat. In prima parte (p. 7-56) stilus atque lingua examinantur, distinguendo inter varia orationis elementa palaeo-latina, latina classica, post-classica, vocabula dictaque christiana, alia tardae latinitatis, vulgaria, deprompta ex novis idiomatibus illius temporis. Hinc opus in dictionarium fere latinitatis excrescit. Secunda pars (p. 57-154) versatur circa syntaxim casuum, pronominum etc., tertia pars (p. 155-228) complexiorem syntaxim verborum explanat.

Latinitas Celanensis triplicem subibat influxum, scilicet 1. antiquae litteraturae classicae in scholis perceptae (paucos tamen auctores adhibuit ad sui ipsius orationis ornamentum); 2. litteraturae christianae hagiographicae ac praeprimis Vulgatae; 3. eloquii latini tunc adhuc quotidiani atque vivi. - In Appendice I (p. 235-241) necessitudines inter *Vitam II* Celanensis et alias S. FRANCISCI *Vitas* breviter tanguntur; ex parte tamen philologica mutua relatio nondum determinata est. In Appendice II (p. 243-244) inquiritur, utrum necne *Legenda S. Clarae* ex stili argumentis THOMAM DE CELANO auctorem habeat. Plura sententiae affirmativae favent; sed iudicium absolutum ferri nequit. Philologica enim scientia non ad omnia dirimenda valet, etsi utilissima sit. - Has notitias exscripsimus ex *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 276-279, ubi opus A. valde laudatur. Quae excipienda sunt notantur in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 29-32.

P. LAURENTIUS

Gulielmus de Baslo (Baarlo?), O.Min., fl. 1266-67

575ᵃ. - J.P.H. VAN DEN BROEK. *Bijdragen tot de Geschiedenis van Baerle*. Tilburg, W. Bergmans, 1947. In-8°, 266 p. cum ill.

Hoc opus ipsi inspicere nondum potuimus, attamen illud hoc loco adducere opportunum credimus. Refert enim D. DE KOK, O.F.M., (in *Franciscana*, 1949, t. IV, p. 231 s.), praeter alias notitias ad historiam franciscanam localem pertinentes, quod operis A. in nota 422, auctoritate P. CUNIBERTI SLOOTS scripsit GULIELMUM DE BAARLO, O.F.M., non fuisse de nobilibus incolis loci Baarle, quamquam KRÜGER contrarium asserit. Nondum scire potuimus, ubinam C. SLOOTS sententiam suam aperuit, neque ubi KRÜGER contrariam opinionem expo-

suit (an in opere *Geschiedenis van het bisdom van Breda*, Roossendaal, 1872-78?), sed ex relatione D. DE KOK concludendum esse videtur, et ipsum et J.P.H. VAN DEN BROEK et C. SLOOTS et KRÜGER admittere illum GULIELMUM revera de Baerle oriundum fuisse. Idem tenuisse videtur (iuxta relationem brevem in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 114) etiam FERD. SASSEN in opere *De wijsbegeerte der Middeleeuwen in de Nederlanden* (Lochem, 1944), ubi praeter GUIBERTUM TORNACENSEM, GUALTERUM BRUGENSEM, JOANNEM TUNGRENSEM et HENRICUM HERP, etiam illum GULIELMUM DE BAARLO adduxit. Attamen iam V. DOUCET, O.F.M., statuit (*Arch. Franc. Hist.*, 1934, t. XXVII, p. 548 s.) pro *de Barlo* legendum esse *de Baslo*, et H. LIPPENS, O.F.M., contra W. SCHMITZ, O.F.M., *Het aandeel der Minderbroeders in onze Middeleeuwse Literatuur* (Nijmegen-Utrecht, 1936) hanc rem iterum inculcavit (cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1938, t. XXXI, p. 488). Nihilominus, has animadversiones a V. DOUCET et H. LIPPENS factas recentius neglexit etiam FR. STEGMÜLLER, *Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi*, t. I, p. 129, n. 284, 14 (Herbipoli, 1947), et recentissime ipse P. GLORIEUX, *Maîtres franciscains régents à Paris. Mise au point*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1951, t. XVIII, p. 324, 327, 329, formam *de Barlo* retinuit, sicut iam antea in *La littérature quodlibétique de 1260 à 1320*, t. II, p. 115 (Paris, 1935).

Omni qua in his rebus par est cautione, studiosorum GULIELMI *de Barlo* animos convertimus in collectionem sermonum *De tempore*, adservatam in *cod. Paris. Nat. lat. 16476*, de quo tractavit B. HAURÉAU in *Histoire littéraire de la France*, t. XXIX, p. 557-561 (Paris, 1885). In dorso huius codicis, qui fuit inter volumina a GODEFRIDO DE FONTAINES bibliothecae Sorbonicae legata, iuxta B. HAURÉAU legitur hic titulus: *Sermones mag. Guillelmi de Barro*. De hoc *magistro* GUILLELMO DE BARRO (de Ware?) et de *cod. 16476* apud recentiores scriptores nihil invenimus. Forsitan novum huius codicis examen ad aliquam novam cognitionem ducere potest. P. BONAVENTURA

Bertholdus de Regensburg, O.Min., † 13/14 dec. 1272

Vide etiam: 20b manuscripta.

576. - REMO JOSEPH IANUCCI. *The Treatment of the Capital Sins and the Decalogue in the German Sermons of Berthold von Regensburg*. (The Catholic University of America. Studies in German. Vol. XVII). Washington, D.C., The Catholic University of America Press, 1942. In-8°, XVII-128 p.

In hac dissertatione, bibliographia generali et speciali accurate instructa, certa ratione et distributione ordinatim exponuntur sententiae de septem vitiis capitalibus virtutibusque iisdem oppositis et de peccatis contra decalogum, de quibus BERTHOLDUS RATISBONENSIS in suis sermonibus sparsim locutus est. Expositio sequitur editionem sermonum germanicorum a F. PFEIFFER et J. STROBL curatam. Sermones lingua latina redacti, utpote nondum typis editi, ab A. penitus praetermittuntur, quamquam pro genuina doctrina Fratris BERTHOLDI definienda multo maioris momenti sunt quam conciones lingua vernacula redactae, quarum textus authenticitas adhuc in dubitatione versatur. De hac authenticitatis quaestione, de qua A. omnino silet, cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 540. P. BONAVENTURA

S. Bonaventura, O.Min., † 14/15 iul. 1274

Vide etiam: 6 «Compendium Bonaventurae»; 7, 20, 20a, 20b manuscripta; 359 philosophia; 360 visio vitae christiana; 371, 372 conceptus libertatis; 375 aesthetica; 382 aristotelismus; 388 auctoritas saec. XIX; 389 actus fidei; 391 supernaturale; 392 Christus in creatione; 393 primatus Christi; 395 meritum Christi; 396 mediatio Christi et Mariae; 400 poenitentia sacramentalis; 401 finis matrimonii; 402 theologia moralis christologica; 403 usura; 406 visiones supernaturales; 416 theologia mystica; 440 Immaculata Conceptio; 494, 495 Corredemptio B.M.V.; 500 Gulielmus de S. Amore; 559 epistemologia theologica; 561 scientia Christi; 562 gratia sacramentalis; 572 notio veritatis; 639 «Fasciculus Morum»; 646a «Stabat Mater»; 678 theoria distinctionum.

577. - *Obras de San Buenaventura*. Edición bilingüe. Tomo Tercero: *Colaciones sobre el Hexaémeron o Iluminaciones de la Iglesia. - Del reino de Dios descrito en las parábolas del Evangelio. - Tratado de la plantación del paraíso*. Edición dirigida, anotada y con introducciones por los Padres Fr. León Amorós, O.F.M., Fr. Bernardo Aperribay, O.F.M., Fr. Miguel Oromí, O.F.M. (Biblioteca de Autores Cristianos. Sección II: Teología y Cánones). Madrid, La Editorial Católica, S.A., 1947. In-8°, XI-800 p.

578. - *Idem*. Tomo Cuarto: *Las tres vías. - Soliloquios. - Gobierno del alma. - Discursos ascético-místicos. - Vida perfecta para religiosas. - Las seis alas del Serafín. - Veinticinco memoriales de perfección. - Discursos mariológicos*. Edición preparada por los Redactores de «Verdad y Vida», bajo la dirección de Fr. Bernardo Aperribay, O.F.M., Fr. Miguel Oromí, O.F.M., Fr. Miguel Oltra. (Biblioteca de Autores Cristianos. Sección II: Teología y Cánones). Madrid, La Editorial Católica, S.A., 1947. In-8°, VII-975 p.

579. - *Idem*. Tomo Quinto: *Cuestiones disputadas sobre el misterio de la Santísima Trinidad. - Colaciones sobre los siete dones del Espíritu Santo. - Colaciones sobre los diez mandamientos*. Edición preparada por los Redactores de «Verdad y Vida», bajo la dirección de Fr. Bernardo Aperribay, O.F.M., Fr. Miguel Oromí, O.F.M., Fr. Miguel Oltra, O.F.M. (Biblioteca de Autores Cristianos. Sección II: Teología y Cánones). Madrid, La Editorial Católica, S.A., 1948. In-8°, VII-755 p.

Laudabile interpretum propositum selecta Doctoris Seraphici opera in sermonem hispanicum vertendi, ut illius doctrina latius pateret, ad felicem exitum perducitur. Textus in binis columnis seu paginis dispositus exhibetur; prima adamussim refert textum latinum excerptum ex editione olim (Ad Claras Aquas - Quaracchi, 1882-1902) a PP. Collegii S. Bonaventurae critice instructa; altera autem columna seu pagina continet versionem hispanicam, praetermissis bibliographicis animadversionibus, quibus textus latinus in prima columna ditatur. Praeterea interpretes hispanici ita rem disposuere, ut quodlibet seriei volumen aliquam veluti unitatem doctrinae prae se ferret. Reapse vol. III exhibet opuscula philosophica; vol. IV, ea quae theologiam spiritualem spectant; vol. V, tractatus de S.ma Trinitate. Singulis opusculis praemittitur brevis introductio specialis circa eorum authen-

ticitatem, traditionem litterariam, indolem et argumentum; voluminibus autem praemittitur sat amplus tractatus introductorius, in quo conspectus generalis doctrinae S. BONAVENTURAE proponitur de peculiari argumento, nempe: MICHAEL OROMÍ disserit de philosophia, quam aiunt, exemplaritatis Doctoris Seraphici (vol. III, p. 3-138); IGNATIUS OMAECHEVARRÍA, O.F.M., exponit (vol. IV, p. 3-96) illius doctrinam mysticam; demum MICHAEL OLTRA capita selecta doctrinae trinitariae discutit (vol. V, p. 3-86). Huiusmodi introductiones generales, uti versionis hispanicae indoles postulat, magis ad divulgationem quam ad scientiae progressionem spectant; nihilominus clare et tute lectorem manuducunt ad intelligentiam Doctoris Seraphici doctrinae, idque quam maxime interpretes exoptabant. Demum in eundem finem additur *Lexicon bonaventurianum*, quod verba seu terminos difficiliores explicat; item index nominum et rerum notabilium alphabeticus. Tituli priorum voluminum huius collectionis videri possunt in *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 100, n. 1515-16.

P. MELCHIOR

580. - ST. BONAVENTURE, O.MIN. *Breviloquium.* Transl. by ERWIN ESSER NEMMERS. St. Louis, Herder Book Company, 1946. In-8°, XXII-248 p.

581. - EMMA THER. HEALY. *S. Bonaventure's De reductione artium ad theologiam.* Commentary with Introd. and Transl. New York, S. Bonaventura College, 1940. X-212 p.

582. - S. BOAVENTURA. *Redução das ciências à teologia.* Tradução do original latino, anotado e com uma introdução do P. ILIDIO DE SOUSA RIBEIRO, O.F.M. Coimbra, Atlántida, 1948. In-8°, 48 p.

583. - FRANCESCO MACCONO, O.F.M. *S. Bonaventura da Bagnorea. Itinerario della mente a Dio ed altri scritti.* (Ascetica e mistica. Collana di letture spirituali). Torino, U.T.E.T., 1947. In-16°, 395 p.

584. - S. BONAVENTURE. *Les Trois Voies de la vie spirituelle.* Introduction-Traduction. Notes du P.J.F. BONNEFOY, O.F.M. Montréal, Éditions Franciscaines, (1945). In-16°, 140 p.

Quando anno 1929, IOANNES DE DEO A CHAMPSECRET, O.F.M.CAP., S. BONAVENTURAE opusculum de *Triplici via* gallice ediderat (*Les trois voies de la vie spirituelle.* Paris, Librairie Saint François, 1929), A. cum illo controversiam habuit ex qua exortus est liber cui titulus *Le S. Esprit et ses dons d'après S. Bonaventure* (Paris, J. Vrin, 1929; cf. *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 243-245). Postea eadem de materia plures articulos conscripsit (cf. *La France Franciscaine*, 1932, t. XV, p. 227-264, 311-359; 1933, t. XVI, p. 259-326), quos in uno libro collegit, inscripto *Une somme bonaventurienne de théologie mystique* (Paris, Librairie Saint-François, 1934). Nunc A. ipsum S. BONAVENTURAE textum edit, sed sine apparatu scientifico; eius enim scopus non est de doctrina bonaventuriana controversiam agere neque eandem doctrinam accuratius exponere, sed, ut dicit (p. 10), ad vulgi intentionem aedificationemque opus bonaventurianum edere. In introductione igitur non agitur, ut aliis in operibus, de fontibus, neque de diversorum vocabulorum significationibus, neque de auctoritate quam apud posteros hoc opusculum habuit, sed tantum de rerum dispositione quae hoc in opusculo continentur. Et A. rem feliciter et ex

sententia gerit. Nitide, clare, simpliciterque S. BONAVENTURAE mystica doctrina exponitur. Traductio quoque fidelis est et quandam legenti delectationem affert, ita ut cum A. congratulari sincere possimus.

P. JULIANUS EYMARD

585. - S. BUENAVENTURA. *Diez opúsculos místicos*. Buenos Aires, Ediciones Franciscanas «Pax et Bonum», (1947). In-8°, 349 p.

Hanc versionem, cui P. JOANNES CANALI, O.F.M., prologum praemisit, videre nondum potuimus.

586. - S. BONAVENTURA. *De zes vleugelen van den Seraf of Noodzakelike deugden en eigenschappen van een goed Overste*. Vertaald naar de critische uitg. van Quaracchi. Mechelen, Sint Franciscus-Drukkerij, 1947. In-8°, 112 p.

Opusculum *De sex alis Seraphim* in sermonem neerlandicum primus vertit CORNELIUS THIELMANS, O.F.M.OBS., eiusque versio prodiit Antverpiae typis G. Lesteens an. 1626 (cf. L. WADDING, *Scriptores Ordinis Minorum*, p. 68, Romae, 1906). Alteram versionem typis mandavit STEPHANUS SCHOUTENS, O.F.M.OBS., an. 1878, Lyrae, apud Jos. van In. Hanc tertiam curavit LIVINUS DERUDDER, O.F.M., qui in introductione breviter Seraphici Doctoris vitam, scriptorum eius momentum et praesentis opusculi indolem describit. P. BONAVENTURA

587. - JAKAB MILANOI, O.F.M. - GEDEON GÁL, O.F.M. *Stimulus Amoris. A Szeretet Zsarátnoka*. Budapest, Ferences Tartományfönökség kiadása, 1941. In-16°, 120 p.

588. - FRANÇOIS HENQUINET, O.F.M., *Trois petits écrits théologiques de Saint Bonaventure à la lumière d'un quatrième, inédit*, in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra*, n. 102), p. 195-216, Louvain, 1947.

Authenticitatem primi istorum trium scriptorum, scil. *Praelocutionis S. Bonaventurae*, in dubium vocaverunt M.M. GORCE, O.P. (*New Scholasticism*, 1931, t. V, p. 56), et postea B. GEYER eiusque discipulus J. FRIEDERICHS (*Zum «Vorwort des hl. Bonaventura»* (*Op. o. II, 1-3*), in *Franz. Stud.*, 1942, t. XXIX, p. 78-89). Ista *Praelocutio* in solo *cod. 201* (antea *193*), f. 164rb-165ra, *Bibl. Munic.*, Andegavi adservatur, ubi inscriptio deest. Prima vice, et mendose, edita est in *Opera Omnia*, t. II, p. 1-3 (Ad Claras Aquas, 1885), deinde emendata a F. DELORME, O.F.M., in *S. Bonaventurae Collationes* in *Hexaemeron et Bonaventuriana quaedam selecta*, p. 357-362 (ibid., 1934), denique in *S. Bonaventurae Opera theologica selecta*, ed. minor, t. II, p. 1-4 (ibid., 1938). Melius fuit, iuxta A. qui in hoc assentitur opinioni J. FRIEDERICHS, hunc textum inscribere *Epilogus* I Sent. - Secundum scriptum a PP. editoribus *Operum Omnium* appellatum est *Additamentum*, et quia iidem editores textum non integrum ediderunt in *Opera Omnia*, t. I, p. 473b-474b, totum edidit J. FRIEDERICHS, iuxta *cod. 1252 A.A. XI. 16*, f. 90va-91rb, *Bibl. Univ.*, Cracoviae, in *Franz. Stud.*, 1942, t. XXIX, p. 86-89. De eius authenticitate consentiunt DELORME, GEYER, FRIEDERICHS et ipse A. - Tertium scriptum, editum sub inscriptione *Dubia circa litteram Magistri* in *Opera Omnia*, t. II, p. 1015-1016, iuxta A. melius appellandum est *Epilogus II Sent.*, et sine dubio authenticum est.

Discutiens deinde propositiones J. FRIEDERICHS, A. opinionem eiusdem, quod duo *Epilogi*, non obstantibus stili similitudine et quibusdam considerationibus benevolis, penitus inter se discrepent duplici ratione, scil. S. Doctoris modo se gerendi adversus PETRUM LOMBARDUM et imprimis adversus ALEXANDRUM HALENSEM, ratione ALEXANDRI laudat, ratione autem LOMBARDI argumentis non firmatam declarat. Contra conclusionem J. FRIEDERICHS, qui ex authenticitate *Epilogi II Sent.* dubitavit de authenticitate *Epilogi I Sent.* i.e. *Praelocutionis*, A. affinitatem huius scripti cum duobus ceteris genuinis affirmat, tenens S. BONAVENTURAM illud e communi usu resumpsisse et in eius locum cetera duo scripta substituisse, et ita *Epilogum I Sent.* in uno codice tantum adservatum esse. Hanc sententiam comprobat quodam textu, a se reperto in *cod. Assis. 138*, f. 273v, margini inferiori ab ipso S. BONAVENTURA plumbo adscripto, qui authenticitatem *Praelocutionis* clare ostendit. Ordo igitur chronologicus quattuor scriptorum est: *Epilogus I Sent.* (*Praelocutio*) - textus cod. *Assis. 138*, f. 273v - *Epilogus II Sent.* - *Additamentum*. P. BONAVENTURA

589. - Z. ALSZEGHY, S.J., *Abbreviationes Bonaventurae. Handschriftliche Auszüge aus dem Sentenzenkommentar des hl. Bonaventura im Mittelalter*, in *Gregorianum*, 1947, t. XXVIII, p. 474-510.

Iam PP. Editores *Operum Omnium* S. BONAVENTURAE in tomo I, p. LXIVa-LXXa (Ad Claras Aquas, 1882), 53 *Abbreviationes Commentariorum in Sent.* eiusdem S. Doctoris descripserunt. Huic elencho satis completo FR. PELSTER nonnullas correctiones et tres novas *Abbreviationes* addidit et momentum istorum operum ad illustrandam historiam doctrinalem aevi medii, et imprimis scholae S. BONAVENTURAE, indicavit (*Literargeschichtliche Probleme im Anschluss an die Bonaventuraausgabe von Quaracchi*, in *Zeitschr. f. kath. Theol.*, 1924, t. XLVIII, p. 500-532; *Die älteste Abkürzung und Kritik vom Sentenzenkommentar des hl. Bonaventura, ein Werk des Richardus Rufus de Cornubia* (*Paris 1253-1255*), in *Gregorianum*, 1936, t. XVII, p. 195-223). Ulteriores correctiones illi elencho nunc affert A. circa manuscripta in bibliothecis italicis adservata, et sub num. 54 aliam *Abbreviationem* nondum notam describit, adservatam in *cod. Conv. Soppr. D. 3. 224, Bibl. Nationalis*, Florentiae, qui continet extractum ex *Commentario in III Sent.* Deinde A. disserit de methodo, quam auctores abbreviando adhibuerunt. Etsi singuli in singulis propria ratione processerint, quaedam lineamenta generalia statui possunt. Omnes fere *Abbreviationes* indicibus instructae erant, sed istae tabulae non semper cum divisionibus ipsius operis conveniebant. Divisio textus *Abbreviationum* dilucida est et generaliter ordinem *Commentarii* S. BONAVENTURAE servat; sed non desunt omissiones quaestionum textus originalis nec novarum quaestionum tractationes. A. in *Abbreviationibus*, quas examinavit, non alia S. Doctoris opera allegata nec laudes eidem tributas invenit, sicut habentur apud abbreviatores S. THOMAE AQUINATIS, ita ut concludat S. BONAVENTURAE non posse attribui scholam eodem sensu ac S. THOMAE. Duplex argumentatio textus originalis (positiva et negativa: fundamenta et opposita) in *Abbreviationibus Bonaventurae* communiter recepta est, ita quidem ut argumenta ex auctoritate ab abbreviatoribus videantur anteposita esse illis ex ra-

tione. Quod ad *corpus articuli* vel *conclusionem* attinet, abbreviatores alii vix plus quam *capitulum* solum, alii fere integrum textum originalem, plurimi vero sententiam Seraphici suis verbis breviter referunt, penitus neglecta indole ascetico-mystica textus originalis. Circa ipsam doctrinam, abbreviatores rarissime sententias S. Doctoris reprehendunt, etsi auctoritas Philosophi apud eos maior appareat. Imprimis autem a Seraphico recedunt in quaestionibus de vita affectiva, ad quam ille praesertim animum attendebat, ipsi vero vix respiciebant, uti A. ostendit exemplo doctrinae de dilectione. Pro ulterioribus inquisitionibus instituendis A. proponit, primo ut *Abbreviationum Bonaventurae* auctores et compositionis tempus ac locus ceteraque argumenta litteraria accuratius pervestigentur, deinde ut earum momentum in historia theologiae definiatur. Recte monet A., ne *Abbreviationes* ad textum originalem interpretandum adhibeantur, cum nimis breves sint neque constet utrum auctores ipsum S. Doctorem recte intellexerint necne.

Animadvertimus eodem tempore, quo A. hanc dissertationem edidit, etiam Fr. Stegmüller in perutili opere *Repertorium Commentariorum in Sententias Petri Lombardi*, t. I, p. 61-67, n. 123-161, 1, elenchum *Abbreviationum Bonaventurae* exhibuisse, qui ulteriores notitias praebet, necnon G. Abate, O.F.M.Conv., indicasse aliam abbreviationem nondum notam, quae asservatur Sarnani (Sarnano, Marche), *Bibl. Comun., cod. E. 82* (membr., saec. XIV) (cf. *supra*, n. 7).

P. Bonaventura

590. - R. Sciamannini, O.F.M.Conv., *Allegorismo dinamico in San Bonaventura*, in *La Città di Vita*, 1946, t. I, p. 446-451.

A. affirmat S. Thomam Aq. res statice, i. e. in suis elementis constitutivis (actus et potentia) et qualitatibus accidentalibus considerare; S. Bonaventuram econtra conceptum dynamicum rerum habere in eo consistentem, ut semper summum esse prae oculis habeat. Dicitur insuper priorem cogitandi modum abstractionem praesupponere, alterum intuitionem; sententiam thomisticam omnibus quattuor causis uti, illam autem S. Bonaventurae causalitatem exemplarem extollere. Consilium suum A. illustrat notione gratiae. S. Thomas intendebat in naturam gratiae, resolvens istam secundum substantiam et accidentia. Seraphicus Doctor omnem laborem impendebat ad modum operandi gratiae describendum, et propterea allegorias adhibuit multas, v.gr. lucis, fontis, ignis, seminis, olei, pluviae, stellae, venti, aquilae, equi etc., ut inculcet: « Gratia est influentia a Deo exiens et ad Deum reducens » (*III Sent.*, d. 2, a. 3, q. 2: *Op. Omn.*, t. III, p. 53a).

Quae omnia vera sunt. At nimis in partem tracta. Variae enim conceptae formae seu species non sibi opponuntur, immo sese complent. S. Bonaventura abstractionem non repudiavit (cf. L. Veuthey, O.F.M.Conv., *S. Bonaventurae philosophia christiana*, p. 60 s., Romae, 1943), nec S. Thomas dynamismum ignoravit, cum in ipsa doctrina de potentia et actu contineatur (cf. G. Manser, O.P., *Das Wesen des Thomismus*, ed. 2, p. 118 s., Freiburg Schw., 1935). Aquinas potius analogiam entis, ille magis analogiam fidei excoluit (cf. G. Söhngen, *Bonaventura als Klassiker der analogia fidei*, in *Wiss. Weish.*, 1935, t. II, p. 97-111).

P. Laurentius

591. - Albert Lang, *Die ersten Ansätze zu systematischer Glaubensbegründung*, in *Divus Thomas (Frib.)*, 1948, t. XXVI, p. 361-394.

Pluries in hoc articulo sermo fit de doctoribus scholae franciscanae saec. XIII et XIV, sed vix novae notitiae adduntur iis qui A. iam

proposuit in laudato suo opere de *Die Wege der Glaubensbegründung bei den Scholastikern des 14. Jahrhunderts* (cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 626). De S. BONAVENTURA aliisque prioris scholae franciscanae magistris, qui in isto opere nimis praetermissi erant, nunc paulo plus dicitur, sed multo plus remanet dicendum. Attamen A. de his accuratius disserere in animo non habuit, cum imprimis nexum et momentum doctrinae HENRICI DE LANGENSTEIN pro historia theologiae fundamentalis hoc loco significare sibi proponeret.

P. BONAVENTURA

592. - BERNARDINO FARNETANI, *La conoscenza di Dio secondo S. Bonaventura*, in *Città di Vita*, 1947, t. II, p. 357-360.

593. - EFREM BETTONI, O.F.M., *L'uomo secondo San Bonaventura*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 5-11.

Cum humanismus aetatis modernae omnem hominis salutem felicitatemque conatus sit ponere in sola institutione hominis ad vitam cultumque mere humanum civilemque, plures iam de vera, perfecta atque plena humanitate, quae nempe etiam hominis christiani condicionem respiceret, ultimis annis disseruerunt. His accedit A. praesentis articuli, presse et dilucide exponens fundamenta et lineamenta doctrinae Seraphici Doctoris de homine, videlicet de eius corpore, anima, intellectu, voluntate totiusque compositi vocatione divina. Si humanismi est confirmare et celebrare dignitatem humanam, concludit A., iusto iure istam de homine doctrinam nominari posse humanismum franciscanum. P. BONAVENTURA

594. - ORESTE VIGHETTI, *Origine, informazione e connessione delle virtù cardinali secondo S. Bonaventura*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 103-131, et separatim: Roma, Editrice «Miscellanea Francescana», 1947. In-8°, 32 p.

Ex dissertatione ad lauream in Universitate Gregoriana obtinendam conscripta A. exhibet hoc extractum, in quo, praemissis generalibus notionibus de exsistentia et conceptu virtutum cardinalium, exponit S. BONAVENTURAE doctrinam de earumdem origine, informatione et connexione. Ad primum quod attinet, virtutes cardinales, si «politicae» sunt i. e. sub respectu philosophico considerantur, originem habent a natura, quatenus humanis actibus acquiruntur, si vero theologice considerantur, a Deo originem ducunt, quatenus sunt gratuitae ac supernaturaliter infusae; quod hae virtutes cardinales infusae vel gratuitae revera exsistant, quandonam et quanam ratione infundantur, utrum et quonam sensu gratia sanctificans sit earum causa efficiens et quomodo ab eisdem differat scil. realiter, haec omnia A. breviter, sed clare describit. Formatio deinde virtutum cardinalium, tam gratuitarum vel infusarum, quam politicarum vel acquisitarum, fit per gratiam, quae gratificat animam et habitus exsistentes in ea eamque efficit Deo placitam et acceptam (perfectio imprimis entitativa), et fit per caritatem, quae easdem virtutes efficit meritorias (perfectio imprimis operativa). Circa connexionem virtutum cardinalium, Seraphicus docet virtutes gratuitas (infusas) habere connexionem, cum necesse sit, habentem gratiam habere omnes virtutes, quae sunt perfectae, vel aliquid eis correspondens, inter virtutes autem politicas

(acquisitas), simpliciter loquendo, videlicet quantum ad omne tempus et quantum ad ipsos habitus virtutum, non esse connexionem, hanc tamen reperiri tam secundum statum perfectionis, quia una virtus nunquam perfecte haberetur, nisi ceterae haberentur, quam ratione quarundam condicionum communium, videlicet arduitatis, aequitatis, honestatis et utilitatis, cum hae quattuor condiciones singillatim quattuor virtutibus cardinalibus approprientur et tamen simul ad quamlibet virtutem requirantur.

Hac expositione A. cum explicationibus ipsius S. BONAVENTURAE comparata, animadvertimus A. saltem sententias praecipuas Seraphici bene, licet satis compendiose, exposuisse. Qui autem totam de hac materia doctrinam Doctoris Seraphici cognoscere cupit, ipsum textum originalem cum scholiis in editione *Operum Omnium* maiore cum fructu adibit. P. BONAVENTURA

595. - ANTHONY J. FALANGA, C.M.V. *Charity the Form of the Virtues According to Saint Thomas.* (The Catholic University of America. Studies in Sacred Theology. Second Series. No. 18). Washington, D.C., The Catholic University of America Press. 1948. In-8°, XVI-265 p.

Hanc expositionem doctrinae S. THOMAE AQUINATIS circa caritatem, formam virtutum, hoc loco indicamus, quia A. non omisit sententias S. BONAVENTURAE et J. DUNS SCOTI eiusque asseclarum circa caritatem qua formam virtutum, imprimis circa distinctionem inter caritatem et gratiam et circa actiones indifferentes in statu gratiae, saltem breviter exponere et cum doctrina Doctoris Angelici conferre, ideoque studiosos doctrinam scholae franciscanae de hoc argumento accuratius exploraturos ad hanc dissertationem non praetermittendam delegamus. Cum insuper etiam multorum aliorum theologorum post S. THOMAM sententiae allatae sint ab A., liber eius omnibus theologiae professoribus utilis erit, etsi cultoribus historiae theologiae minus placebit, quod sententiarum explicatio historica, praesertim quod doctrinam ipsius Doctoris Communis attinet, nimis neglecta est.

P. BONAVENTURA

596. - A. STÉVAUX, *La doctrine de la charité dans les Commentaires des Sentences de saint Albert, de saint Bonaventure et de saint Thomas*, in *Ephem. Theol. Lovan.*, 1948. t. XXIV, p. 59-97.

Ad determinandum momentum, quod cognitio novae versionis totius *Ethicae ad Nicomachum* in doctrinam de caritate apud tres magistros principes saec. XIII habuerit, A. imprimis doctrinas a singulis in *Comm. in Sent. III*, dist. 27-32, expositas examinare intendit. Postquam duplicem viam traditionemque, augustinianam videlicet et pseudo-dionysianam, auctorum Aquinati anteriorum breviter descripsit et opportunas notitias chronologicas de versione *Ethicae ad Nicomachum* et de compositione singulorum trium *Commentariorum in Sent.* praemisit, singulorum magistrorum sententias exponit, et primum circa exsistentiam et naturam dilectionis Dei naturalis distinctae a caritate, deinde circa doctrinam philosophicam de amore, tum de conceptione theologica caritatis, denique de ratione intercedente inter amorem Dei et amorem sui ipsius. Quod ad Doctorem Seraphicum attinet, dissertationibus conscriptis a J. KAUP, O.F.M., *Die theologische Tugend der Liebe nach der Lehre des hl. Bonaventura* (Fran-

ziskanische Studien, Beiheft 12; Münster i.W., 1927), et a Z. Alszeghy, S.J., *Grundformen der Liebe. Die Theorie der Gottesliebe bei dem hl. Bonaventura* (Analecta Gregoriana, Series Fac. Theol., sectio B, n. 16; Roma, 1946 - cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 302-305) A. id solum adiunxit, quod locus S. Bonaventurae in receptione doctrinae Aristotelis inter S. Albertum et S. Thomam accuratius circumscribitur. Cum Doctor Seraphicus nova versione *Ethicae ad Nicomachum* in *Commentario in Sent.* nondum usus sit, contra S. Thomas expositionem Philosophi de amicitia in eiusdem *Ethicae* lib. VIII et IX in rem suam convertit et doctrinam scholasticam de caritate novis conceptibus novoque ordine redegit. P. Bonaventura

597. - Odon Lottin, O.S.B., *La définition classique de la vertu de religion*, in *Ephem. Theol. Lovan.*, 1948, t. XXIV, p. 333-353.

Animadvertens magnam partem quam virtus religionis habet in vita nostra morali, exiguum autem momentum quod eidem virtuti tribuitur ab eruditis in virtutum moralium descriptione in classes, ubi iuxta S. Thomam communiter inseritur velut pars potentialis virtutis iustitiae, A. ponit et pervestigat quaestionem utrum definitio huius virtutis reapse respondeat momento functionis eius. Exposita sententia Ciceronis, quam doctores mediaevales minus recte interpretabantur, A. primum describit historiam doctrinae de virtute religionis apud philosophos scholae Abaelardi et Porretani, deinde apud ipsos theologos anteriores S. Thomae, qui tamen potius difficultates mere theologicas discutere quam de ipsa natura virtutis religionis disserere solent. Inter hos A. breviter exponit doctrinam primorum magistrorum scholae franciscanae Joannis de Rupella, Odonis Rigaldi et S. Bonaventurae, qui descriptionem a Philippo Cancellario propositam assumpserunt et magis explanaverunt. Hi etiam, cum ceterarum scholarum theologis, propensi erant ad introducendum in materiam virtutis religionis etiam actus trium virtutum theologicarum, velut si hi actus non solum a virtute religionis imperarentur, sed etiam ipsimet essent obiectum huius virtutis, immo iuxta S. Bonaventuram virtus religionis, secundum quod proprie accipitur pro habitu dirigente ad cultum exteriorem, spectat quidem ad iustitiam, scilicet virtutem cardinalem, si autem dicit cultum interiorem, qui proprie spectat ad virtutes theologicas, non est virtus cardinalis, sed theologica, non ab aliis distincta, sed consequens ad omnes illas.

In secunda parte dissertationis A. doctrinam S. Thomae exponit eiusque momentum doctrinale perpendit. Doctrinas franciscanas ibidem non tangit, attamen, quae exponit, tanti momenti tantaeque utilitatis esse nobis videntur, ut de eis saltem brevem notitiam hic exhibeamus. Ut A. erudite exponit, S. Thomas in descriptione virtutis religionis magnam auctoritatem tribuit doctoribus anterioribus et cum his plane admittit duo axiomata scil. quod quaelibet virtus moralis non ipsum finem ultimum, sed solum media ut obiectum habet, et quod quattuor tantum sunt virtutes principales seu cardinales, unde tenet virtutem religionis esse virtutem moralem et partem potentialem virtutis cardinalis iustitiae. Nihilominus, non abhorruit a propositionibus quibus Deus non solum ut finis ultimus, sed etiam ut obiectum directum virtutis religionis significatur atque huius virtutis natura, locus et praestantia ita exprimuntur, ut hae propositiones ab istis duobus axiomatibus nec imperatae nec elicitae appareant, sed ad contrariam sententiam tenendam invitent. Itaque A. menti S. Thomae omnino consonum esse putat dividere virtutes in classes sequentes, scil. secundum quod regulant rationem nos gerendi erga nosmet ipsos (temperantia et fortitudo), erga aequales (benevolen-

tia et iustitia), erga creaturas nobis superiores, parentes, magistros, patriam (auctoritatis obsequium), denique erga Deum (religio), omnia haec dirigente recta ratione (prudentia). Hoc enim modo compareret primum virtutis religionis natura propria, quippe cum sola habeat Deum ut obiectum, deinde locus ei conveniens, quoniam qua virtus habens Deum ut obiectum praecedat ceteras omnes quae respiciunt res creatas, nosmet ipsos et proximum, denique propria eius praestantia, quia tendens in summum bonum signat culmen honestatis moralis. Rationes methodologicae, quas A. pro istiusmodi S. THOMAE interpretatione affert, graves et, mutatis mutandis, etiam pro interpretatione et explicatione doctrinarum scholae franciscanae utiles esse nobis videntur. P. BONAVENTURA

598. - EUG. SCHILTZ, C.I.C.M., *La solution scolastique du problème de l'union hypostatique*, in *Div. Thom.* (*Plac.*), 1947, t. XXIV, p. 246-254.

Presse exponitur, praeter aliorum magistrorum, praesertim Magistri BANDINI et S. THOMAE doctrinam, imprimis etiam sententia S. BONAVENTURAE circa quaestionem quomodo in Christo substantificatio est a persona divina et non a natura humana. Praecipui textus afferuntur, quibus S. BONAVENTURAE concordia in hac re cum doctrina S. THOMAE ostenditur, sed res novae non proponuntur, nisi animadversiones utiles ad scholasticorum textus recte interpretandum.

P. BONAVENTURA

599. - AUGUSTIN SÉPINSKI, O.F.M. *La Psychologie du Christ chez S. Bonaventure.* Paris, Librairie Philosophique J. Vrin, 1948. In-8°, XII-266 p.

A. ab anno 1951 munere Ministri generalis O.F.M. fungitur et iam antehac inter supremos Ordinis moderatores erat. Quare omnino mirandum est quod multiplicibus curis abstractus hoc opus, anno 1939 inceptum, sed belli causa intermissum, ad finem perducere potuit. Non agitur enim de dissertatione obiter vel ad gradus academicos tantum adipiscendos exarata. Quaevis pagina assiduas investigationes et libros die noctuque versatos manifestat. S. BONAVENTURAE doctrina psychologica de Jesu Christo labore impenso et immenso vere digna erat. Nam nulla hucusque de hac re exstabat expositio systematica.

Quantam diligentiam A. in evolvendis argumentis adhibet inde ab introductione perspicimus. Ad indolem problematis delineandam evangelica atque patristica testimonia perscrutatur A. et accurate omnia illa elementa exponuntur quae Seraphicus Doctor in scriptis theologorum praedecessorum invenire potuit. Deinde peculiaris S. BONAVENTURAE methodus describitur (p. 25-34). Libri divisio eruitur « de la manière la plus naturelle» ex tribus facultatibus quae activitatem psychicam regere dicuntur: « Intelligence, volonté, sensibilité du Christ, ces deux dernières groupées par le Moyen Age sous le terme générique d'appetitus » (p. 25). Quapropter A. indagationes suas duabus partibus aggreditur, quarum prima de vita intellectuali, altera vero de activitate volitiva Christi agit.

Ductu ipsius S. BONAVENTURAE tria capita in prima sectione pertractantur: Scientia de Verbo, in Verbo, a Verbo, id est omnes illae quaestiones afferuntur, quae e tractatibus dogmaticis notae sunt. Attamen diligenter et iure meritoque illa quae Seraphico Doctori propria sunt ornantur et commendantur. Uberrimus fons aperitur e quo non tantum Ordinis Minoritici sodales haurire oporteat, sed omnes quibus

interest. Nam A. saepius admonet libros ad usum theologorum conscriptos doctrinam S. Bonaventurae haud recte proponere.

In altera libri sectione A. praeprimis «hominis assumpti» voluntatis exercitium, perfectionem et limites lucide et profunde exponit. Admittuntur in Christo liberum arbitrium et potentia peccandi, etsi de facto nunquam labefacta sit. Rationes huius impeccabilitatis perpenduntur respectu semper habito ad opiniones aliorum theologorum illius temporis et ad modernum quaestionis statum. Quae de gratiae superabundantia, eiusdem sanctificante virtute, influxu in angelos atque homines, de virtutibus infusis, septiformi dono Spiritus Sancti et meritis Christi expediuntur, non secundum paginarum numerum mensuranda sunt. A. enim minime verbosus est; eius sententiae refertae sunt rebus et luminibus, et adnotationes stipatae sunt innumeris lectionibus et locis auctorum concordantium vel adversantium.

Simplicior est expositio de potentiis quae dicuntur passivis, seu de his quae Christus passus est dolore, tristitia, ira, timore etc. Ubique apparet profundus sensus S. Bonaventurae pro intimis assumpti hominis motibus, quamvis non instar psychologi hodierni res tractaverit. Demum tres adduntur «applications», in quibus A. loquitur de oratione Christi, de tentationibus, renuntiationis actibus et virtute caritatis, de physicis et psychicis hominis assumpti motibus atque dilectionis dolorisque affectibus. Haec mirabilis doctrinae S. Bonaventurae visio denique ad summa capita reducitur et iudiciis vere discretis opus, merita laude commendabile ac fructuose legendum, absolvitur, additis tribus indicibus, unus S. Scripturae locorum, alter auctorum omnium, tertius vero rerum notabilium.

Etiamsi egregias huius libri dotes magni faciamus et nil de superius dictis retrahamus, nihilominus opus quodam defectu laborare opinamur. Cum de psychologica consideratione Christi ageretur, exponenda erant quae S. Bonaventura de intima mentis structura docuit. A. S. Augustino didicerat tres esse animae facultates: memoriam, intellectum et voluntatem. Cum vero A. sileat de *memoria*, quaedam principalis pars tractatus deesse nobis videtur. « Per operationes memoriae apparet, quod ipsa anima est *imago Dei* et similitudo adeo sibi praesens et eum habens praesentem, quod eum *actu capit* et per potentiam capax eius est » (*Itinerarium mentis in Deum*, c. 3 n. 2; *Op. Omn.*, t. V, p. 304). Doctrina S. Bonaventurae de imagine Dei in hoc capite de memoria pertractanda erat (cf. *De scientia Christi*, q. IV; *Op. Omn.*, t. V, p. 17-27, specialius p. 24). Quaestiones de rationibus aeternis et de certitudine cognitionis necnon de illuminatione mentis (p. 103 s.) solvi non possunt sine recursu ad doctrinam memoriae, quia in ipsa facultate retentiva conservantur species innatae. Sub hoc respectu memoria antecedit ipsam intelligentiam et voluntatem (cf. *I Sent.*, d. 3, p. 2, a. 1, q. 1). Quia « memoria retinet praeterita per recordationem, praesentia per susceptionem, futura per praevisionem » (*ib.*), alia quoque elementa psychicae vitae Christi forsan proponenda erant. A. pulcherrimos textus, qui de oratione Christi loquuntur, congessit (p. 196 s.). Orationem ut actum intellectus et voluntatis intelligit. Iamvero S. Bonaventura saepius ipsam definit « ascensionem *mentis* in Deum » (p. 198, n. 5). Potestne mens ad facultatem intellectivam reduci sicut in doctrina S. Thomae? Minime. « Haec tria, scilicet mens generans, verbum et amor sunt in anima quoad memoriam, intelligentiam et voluntatem » (*Itinerarium mentis*, c. 3, n. 5). Videtur ergo oratio principaliter ad exercitium summae facultatis pertinere. His in particularibus apparet diversitas spiritualitatis, ad quam praeprimis attenti esse voluimus.

P. Laurentius

600. - Guy Grimes [of Corona], O.F.M.Cap., *Dogma of the Passion*, in *Round Table Franc. Research*, 1948, t. XIII, p. 71-74.

601. - Valentine Thibedeau [of Chippewa Falls], O.F.M.Cap., *The Sufferings of Christ, ibid.*, p. 74-77.

602. - Christian Schembri [of New York], O.F.M.Cap., *The Sacred Heart, ibid.*, p. 77-80.

Studentes theologiae Provinciae O.F.M.Cap. Calvariensis pro *Academia S. Bonaventurae* ulteriora exaraverunt commentariola de doctrina Seraphici Doctoris (cf. *infra*, n. 605-607). Argumentum commune an. 1947/48 propositum erat doctrina Seraphici de passione Domini, cuius partem imprimis dogmaticam G. Grimes iuxta *Breviloquium* (omisso *Comment. in Sent.*), partem imprimis mystico-asceticam V. Thibedeau praesertim iuxta *Vitim Mysticam* descripsit, dum C. Schembri praecipuos textus S. Bonaventurae de Sacro Corde Jesu commentatur. Expositiones breves sunt neque res omnino novae in eis proponuntur, nihilominus valde gavisi sumus de manifesto auctorum studio ac diligentia in legendo, examinando et citando originales textus Seraphici Doctoris. P. Bonaventura

603. - Celestino Piana, O.F.M., *L'influsso di S. Bonaventura su la Cristologia di Bombologno da Bologna, frate domenicano contemporaneo di S. Tomaso (Saggio)*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 475-500.

Praemissis notitiis historicis, bibliographicis et codicographicis quae comprehendunt omnia a studiosis usque adhuc in lucem prolata, A., qui iam antea auctoritatem S. Bonaventurae apud Bombolognum de Bologna, O.P., in quaestione *De sanctificatione Virginis* ostenderat (cf. *La controversia della Concezione della Vergine nella Chiesa Bolognese prima di G. Duns Scoto*, in *Studi Franc.*, 1941, ser. 3, t. XIII, p. 3-36; *Questione inedita «De Sanctificatione B. V. Mariae» di Bombologno da Bologna O.P.*, *ibid.*, p. 185-196), eiusdem Doctoris Seraphici auctoritatem etiam in Bombologni *Commentario in Sent.* repperit. Examinans et comparans primas decem distinctiones libri III *Commentarii* Bombologni, iuxta *cod. 755 (Frati 1508), Bibl. Univ.*, Bononiae, cum iisdem distinctionibus *Commentarii* S. Bonaventurae, A. clare demonstrat Bombolognum saepissime a Seraphico, tacito nomine, vel ipsa verba vel sententiam mutuatum esse, attamen non semper secutum esse hunc magistrum, sed pluries S. Thomam et Petrum de Tarantasia. Ducibus his tribus magistris, iuxta A., Bombolognus *Commentarium* exaravit superiorem *Commentario* S. Thomae, quantum ad compositionem, non vero quantum ad ingenii sollertiam et fertilitatem attinet. P. Bonaventura

604. - Ermin Bantle [of La Crosse], O.F.M.Cap., *St. Bonaventure on the Corporeal Assumption*, in *Round Table Franc. Research*, 1947, t. XII, p. 118-120.

Brevis explicatio sententiae S. Bonaventurae de corporea Assumptione B. V. Mariae iuxta eiusdem *Sermones*, in quibus sententia affirmativa non argumentationibus dogmatice comprobatur, sed potius velut fundamentum paraenesi supponitur. P. Bonaventura

605. - Lucian Pulvermacher [of Bakerville], O.F.M.Cap., *Remission of Sin and Guilt in Purgatory*, in *Round Table Franc. Research*, 1947, t. XII, p. 85-87.

606. - Caspar Stollenwerk [of St. Ann], O.F.M.Cap., *The Sufferings of Purgatory, ibid.*, p. 87-90.

607. - Thaddeus MacVicar [of New Durham], O.F.M.Cap., *Purgatory: its Lights and Shadows, ibid.*, p. 90-94.

Tres hae expositiones exaratae sunt pro *Academia S. Bonaventurae* quam studentes theologiae Provinciae Calvariensis O.F.M.Cap. in Statibus Foederatis Americae Sept. instituerunt. Licet singulae breves sint, simul sumptae pulchrum compendium praecipuarum doctrinarum S. Bonaventurae de purgatorio constituunt. Tractavit enim L. Pulvermacher de remissione poenarum temporalium et culparum venialium, C. Stollenwerk de poenis quibus animae in purgatorio cruciantur, Th. MacVicar de consolationibus quibus poenae purgatorii iuxta Doctorem Seraphicum mitigantur. Auctores qui directe iuxta fontes, quos diligenter citant, suum quisque argumentum proponunt, non solum magnum zelum, sed etiam cognitionem materiae et peritiam disserendi ostendunt. Utinam ipsi, institutionis theologicae cursu absoluto, hoc genus studiorum continuent atque successores fratres iuniores iisdem studiis eodem zelo deditos semper inveniant!

P. Bonaventura

608. - Leone Cicchitto, O.F.M.Conv., *L'escatologia di Dante e il francescanesimo*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 217-231.

Quum L. Tondelli in *Il «Libro delle Figure» dell'abate Gioacchino da Fiore* (2 vol., Torino, 1941), *Da Gioacchino a Dante. Nuovi studi. Consensi e contrasti* (Torino, 1944), *Gioacchino, S. Bonaventura, Dante* (in *Humanitas*, 1946, t. I, p. 1267-1273) quasdam analogias detexisse autumaret inter opinionem Dantis Alighieri et sententias quorumdam franciscanorum saec. XIII et XIV, praesertim vero S. Bonaventurae, circa novam ac spiritualem Ecclesiae et mundi renovationem, A. penitius argumentum perscrutatur mentemque suam manifestat. Tametsi renovatio spiritualis communiter utrimque exoptaretur, remedium tamen propositum valde differt; reapse Dante Alighieri subsidia proponebat politica, dum pro franciscanis agebatur de problemate spirituali. A. varios textus affert et examini subicit ad sententiam suam firmandam atque roborandam. P. Melchior

609. -Wendelin Meyer, O.F.M. *A l'école du Docteur Séraphique. Conférences aux religieuses.* Texte et commentaire des «Maximes spirituelles» de saint Bonaventure. Traduit par l'Abbé L. Brevet. Mulhouse, Éditions Salvator, 1948. In-8°, 302 p.

610. - Aidan Carr, O.F.M.Conv., *Poverty in Perfection According to St. Bonaventure*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 313-323, 415-425.

In hoc tractatu, desumpto e dissertatione in Seminario Maiore S. Sulpicii Marianopolitano (Montréal, Canada) an. 1946 ad consequendam lauream exhibita, A. presse exponit, imprimis iuxta S. Bonaventurae *Quaestionem disputatam de perfectione evangelica* et *Apologiam pauperum*, eiusdem doctrinam de momento paupertatis religiosae in consectatione perfectionis christianae. Brevia praebet capita de perfectione religiosa, de momento consiliorum in studio perfectionis, de loco paupertatis in triplici via purgationis, illuminationis et unionis, de paupertate Christi, de pauperis Christi exemplaritate, de

fide huic exemplo praestando. In ultimo capite doctrina S. BONAVENTURAE cum doctrina S. THOMAE de paupertate breviter comparatur. Iuxta A. S. THOMAS initio litis cum GULIELMO DE SAINT-AMOUR eandem sententiam ac S. BONAVENTURA circa paupertatem defendit, postea vero diversam doctrinam proposuit, scribendo de paupertate non quatenus spectet omnium Ordinum religiosorum finem communem, sed quatenus singulorum Ordinum paupertas respondeat particularibus condicionibus operositatis uniuscuiusque instituti, cum contra Doctor Seraphicus constanter absolutam paupertatis superioritatem docuerit.

Expositio A. brevior est, quam ut totum argumentum omnesque a Seraphico Doctore tractatas quaestiones singulas pertractare potuerit. Si pro dissertatione conficienda solum scripta in fine articuli et in notis indicata adhibita sunt — et videtur quod sic —, bibliographica dissertationis instructio, praesertim quod ad litem inter Mendicantes et magistros e clero saeculari in Universitate Parisiensi attinet, perfecta dici non potest. P. BONAVENTURA

611. - IGNACIO OMAECHEVARRÍA, O.F.M., *El trono de Salomón. Los seis grados del amor de Dios*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 99-148.

In hoc commentariolo ad cap. III opusculi S. BONAVENTURAE *De triplici via* (cf. *Opera omnia*, t. VIII, p. 10-11, Ad Claras Aquas, 1898), A. sex gradus dilectionis Dei explanat atque textum bonaventurianum cum aliis sententiis ex operibus S. JOANNIS DE CRUCE, O.C.D., excerptis confert, ita ut hic esse videatur praecipuus dissertationis finis, nempe doctrinam utriusque Doctoris ad invicem conferre.

Introductionis instar praeponitur animadversio in scriptores qui de gradibus amoris data opera egerunt, atque obiter memorantur duo sodales Capuccini, scil. JOANNES A FANO et DIONYSIUS A MONTEFALCO, quorum tamen opera A. proculdubio non inspexit, ideoque minus recte locutus est (p. 101-102). JOANNES A FANO (cf. *Operetta devotissima chiamata Arte della Unione*, fol. 57rv, Brescia, 1536) sex dilectionis gradus distinguit, qui sunt: illuminatio, inflammatio, suavitas et delectatio, esuries seu desiderium, saturitas, raptus seu excessus. Insuper animadvertit quod secundum alios doctores sexto gradui accedunt alii duo, scil. securitas et tranquillitas. De dependentia huius doctrinae a GARCIA DE CISNEROS, O.S.B., cf. REMIGIUS AB ALOSTO, O.F.M.CAP., *De oratione mentali in Ordine Fr. Min. Capuccinorum*, in *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 164-192. P. MELCHIOR

612. - GUSTAVO CANTINI, O.F.M. *La ricerca di Gesù nei sette mistici templi secondo S. Bonaventura.* Quaracchi, Collegio di S. Bonaventura, 1947. In-12°, 172 p.

Inscriptio, divisio et expositio huius libri exordium duxerunt e S. BONAVENTURAE *Commentario in Luc.*, c. XIX, n. 11, ubi Doctor Seraphicus explicat quidnam designet domus Zachaei in qua Christus suscipitur: «Et nota, quod domus, in qua Christus manet, est septiformis, prima scilicet est domus *habitationis materialis*, in qua manet in persona pauperis... Secunda est domus *basilicae materialis*, in qua manet in Sacramento altaris... Tertia est domus *Ecclesiae militantis*, in qua manet in membris suis... Quarta est domus *uteri virginalis*, in qua manet per praesentiam carnis... Quinta est domus *conscientiae mundae*, in qua manet spiritu sanctitatis... Sexta domus est *Scripturae sacrae*, in qua manet in lumine veritatis... Septima domus est *Ierusalem aeternae*, in qua manet in gaudio felicitatis... » (*Opera Omnia*, t. VII, p. 476a). De his A. non tractatum scientificum, sed meditationes paraenetice conscribere intendit ad pietatem franciscanam fovendam. Et hoc, pro nota sua arte oratoria, optime fecit. Animadverti-

mus tamen A. multos alios textus Doctoris Seraphici ad rem aptissimos neglexisse, quibus si usus esset, argumentum suum «secundum S. Bonaventuram» tractatum esse meliore iure in operis titulo dicere potuisset. P. BONAVENTURA

613. - E. LONGPRÉ, O.F.M. *Teología mística de San Buenaventura.* Buenos Aires, «Pax et Bonum», 1946. In-8°, 102 p.

Septimo iam pleno saeculo a nativitate Doctoris Seraphici, A. an. 1921 hoc commentarium gallice scriptum edidit, quod nunc in hispanicum sermonem vertitur (Quaracchi, 1921. Excerptum ex *Arch. Franc. Hist.*, 1921, t. XIV, p. 36-108). Tractatus duas complectitur partes; primo quidem doctrina S. BONAVENTURAE exponitur circa praeparationem ad vitam contemplativam; deinde autem eiusdem Doctoris mens pervestigatur de quaestionibus scientiae mysticae inter scriptores catholicos controversis, v. gr. de contemplatione acquisita, de eius natura et necessitate ad summam perfectionem attingendam, et ita porro. De versione hispanica iudicium ferre non possumus, quia illam prae manibus non habuimus. P. MELCHIOR

614. - BERNARDO APERRIBAY, O.F.M., *Prioridad entre la vida activa y contemplativa según S. Buenaventura*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 65-97.

Vestigia premens Doctoris Seraphici, A. mutuam quae vitam activam inter et contemplativam intercedit relationem subtiliter perscrutatur, ut exinde qualis praeferenda sit statuat. Porro si tempus, quo utraque exercenda est consideratur, asserere oportet otium contemplationis praesupponere exercitium actionis, idque satis probatur inspectis elementis constitutivis utriusque, quae in vita mixta perfectionem attingit. Si autem dignitas seu excellentia prae oculis habeatur, tunc ad oppositam sententiam devenitur, scil. vitam contemplativam esse «priorem», id est, excellentiorem, idque a) ex intrinseca eius natura, quippe quae animam in caelum erigit, eamque ad perpetuitatem et unitatem ducit; b) ex proprietatibus, id est, eminentia, puritate, suavitate, stabilitate et securitate, quibus vitam activam antecellit. P. MELCHIOR

615. - ÉTIENNE GILSON. *La filosofía de san Buenaventura.* Versión castellana de Fray ESTEBAN DE ZUDAIRE, O.F.M.CAP. (Colección Thau). Buenos Aires, Dedebec - Ediciones Desclée de Brouwer, (1948). In-8°, 485 p.

Insignis studiorum mediaevalium cultor ST. GILSON 27 abhinc annis in vulgus edidit *La philosophie de Saint Bonaventure* (Paris, 1924); quod quidem egregium opus viris doctis acceptissimum fuit, ita ut eius exemplaria brevi tempore divendita essent; ideoque A. alteram editionem paulo emendatiorem paravit (Paris, 1943), quae nunc hispanice translata prodiit.

Argumentum per XV capita evolvitur et explicatur. In cap. I A. vitam et animam S. BONAVENTURAE subtili examine pervestigat, disserens de rebus gestis, de indole franciscana, de necessitudine scientiam inter et sanctitatem. In Auctoris laudem cedit quod eius interpretatio generatim a cultoribus historiae franciscanae admittitur. Nuper

J. Abate, O.F.M.Conv., chronologiam penitius perscrutatus est et accuratius significare potuit tempus quo Seraphicus Doctor Parisiis studiis incubuit et deinde (an. 1243) habitum franciscanum induit (cf. *Per la storia e la cronologia di S. Bonaventura, O.Min. (c. 1217-1274)*, in *Misc. Franc.*, 1949, t. IL, p. 534-568). Postmodum autem A. selectiora capita philosophiae investigat, innixus verbis Doctoris Seraphici, quae tamen in luce seu ambitu, ut aiunt, ceterorum scholasticorum interpretatur, scite animadvertens id quod proprium philosophiae bonaventurianae esse existimat. Itaque agit de notione atque significatione philosophiae naturalis, deque eiusdem cum theologia relatione; et postquam Dei exsistentiam explanavit, disserit de scientia divina, de potestate et voluntate Dei necnon de mundi creatione. Deinde autem, analogiae universalis notione perspecta, traditur specialis doctrina de angelis, de corporibus inanimatis et praesertim de luce, de animalibus et rationibus seminalibus, et de anima humana. Demum fusiore calamo exponitur sententia circa illuminationem intellectualem et moralem, quam expositionem excipit triplex argumentum de natura, gratia et beatitudine. Coronidis instar A. singula doctrinae seraphicae capita recapitulat ac spiritum et mentem S. Bonaventurae enucleat.

In hac exquisita dissertatione abunde demonstratur Seraphicum Doctorem non tantum doctrinam spiritualem seu theologicam suis in scriptis tradidisse, sed systema vere philosophicum, cuius fundamentum, proprietates et evolutionem A. summa cum diligentia explicat, prae oculis habens philosophiam Aristotelis et S. Thomae, ut utriusque limites, harmoniam et oppositionem patefaciat. Etsi non omnes Auctoris interpretationes fundamento aeque certo ac firmo nitantur, neque a ceteris historiae philosophiae cultoribus ultro omnes accipiantur, nemo tamen negabit eiusdem acutam synthesim et amplam eruditionem, qua id obtinuit ut doctrina propria S. Bonaventurae penitius cognosceretur et in scholis divulgaretur.

Versio hispanica est fidelis, quandoque tamen nimis litteralis seu ad verbum facta, v.gr. *Fraile Franciscano = Fraile Menor; Egidio = Gil; Gilles de Zamorra = Gil de Zamora.* Interpres hispanicus « addenda et corrigenda » alterius editionis gallicae (p. 406-414) iure suis locis inseruit, sed opportunum foret has mutationes aliquo signo graphico distinguere. Alibi errores Auctoris repetit, v.gr. Julius ab Albi, *O.F.M.*, loco *O.F.M.Cap.*; asseritur (p. 479; ed. gallica, p. 403) quod opus A. Stohr, *Die Trinitätslehre des hl. Bonaventura*, nondum editum est, quum iam ab an. 1923 publicam lucem viderit. Ceterum bibliographia (p. 471-481) accuratior et copiosior esse poterat, inspectis praesertim recentioribus elucubrationibus, de quibus in quolibet fere fasciculo nostri commentarii periodici actum est.

P. Melchior

616. - L. De Simone. *Linee fondamentali del pensiero di S. Bonaventura nella storia della filosofia medioevale.* Napoli, Gruppo Universitario Fascista Mussolini, 1941.

617. - Z. Alszeghy, S.J., *Studia Bonaventuriana*, in *Gregorianum*, 1948, t. XXIX, p. 142-151.

Critice examinans opus conscriptum a Renato Lazzarini, *S. Bonaventura filosofo e mistico del Cristianesimo* (Storia della Filosofia italiana, 4; Milano, Frat. Bocca, 1946; 576 p.), A. ostendit eiusdem operis, optima plane intentione studioque diligenti compositi, duo maxima vitia consistere in explicatione ordinis supernaturalis, iuxta

quam in natura inserta esset exigentia absoluta gratiae, et in gnoseologia irrationali, iuxta quam primum principium cognitionis bonaventurianae intuitio quaedam moralis esset, quae assensum intellectualem scholasticorum contemneret et maiorem similitudinem cum «iudicio valoris» axiologiae modernae haberet. Erroneam hanc interpretationem A. ad id revocat, quod auctor magis ut philosophus, quam ut historicus argumentum tractavisset. Recte A. monet, ne in huiusmodi disquisitionibus problemata eo modo proponantur, quo nostri temporis homines occupantur sive quod ad modernam doctrinam sive quod ad terminologiam attinet. Hoc vitio etiam praeclarum opus E. CHIETTINI, O.F.M., *Mariologia S. Bonaventurae* (cf. hanc *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 102*, n. 1538) quodammodo infectum esse. Itaque A. inculcat, ut studiosi de historia theologiae scribentes non solum in cognitionem, sed etiam ad intelligentiam doctrinarum lectorem ducant perscrutando et exponendo, quomodo singulae sententiae cum integra et concreta realitate historica connecterentur. Propter introductiones ad talem intelligentiam historicam ducentes, A. laudat editiones operum S. BONAVENTURAE unacum versione hispanica curatas a P. PELAGIO A ZAMAYÓN, O.F.M.CAP. (cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 572-576) et praesertim a PP. LEÓN AMORÓS, BERNARDO APERRIBAY et MIGUEL OROMÍ, O.F.M. (cf. hanc *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 100*s, n. 1515 s., et *supra*, n. 577-579). Denique circa quaestionem de aristotelismo vel augustinismo vel eclecticismo S. BONAVENTURAE, A. censet opinionem a F. VAN STEENBERGHEN, expositam in opere *Siger de Brabant d'après ses œuvres inédites*, tom. II: *Siger dans l'histoire de l'aristotélisme* (Les Philosophes Belges. Tom. XIII; Louvain, Éditions de l'Institut supérieur de Philosophie, 1942; in-4°, VIII p. et p. 357-760), iuxta quam philosophia S. BONAVENTURAE non esset augustiniana, sed potius aristotelismus eclecticus, theologiae augustinianae subordinatus. Hanc interpretationem A. iure in dubium vocat, cum in solis *Commentariis in Sententias*, praetermissis «operibus liberis» a S. BONAVENTURA an. 1267-1273 conscriptis, nitatur et in distinguendo aristotelismum et augustinismum nimis numerum fontium nec satis modum philosophandi, et imprimis modum explicandi constitutionem realitatis respiciat, sicut iam M. DE WULF proposuerat et T. DE RÉGNON iam multo antea in opere *Études de théologie positive sur la Sainte Trinité* (Paris, 1892) innuerat. P. BONAVENTURA

618. - UMBERTO A. PADOVANI, *S. Bonaventura e V. Gioberti*, in *Giornale di Metafisica*, 1948, t. III, p. 509-512.

S. BONAVENTURA et VINCENTIUS GIOBERTI hic uniuntur imprimis, «perché appartengono sostanzialmente alla medesima tradizione filosofica platonico-augustiniana». Post et praeter hoc assertum generale, particularia quaedam de similitudine et dissimilitudine inter doctrinas istorum duorum virorum non exponuntur, sed sequitur recensio operis editi a RENATO LAZZARINI, *S. Bonaventura filosofo e mistico del cristianesimo* (Milano, 1946), deinde recensio operis editi a LUIGI STEFANINI, *Gioberti* (Milano, 1947), sine ullo unius cum altero contextu, ita ut inscriptio « S. Bonaventura e V. Gioberti » plus promittat quam praestet.

P. BONAVENTURA

619. - JEAN DE DIEU DE CHAMPSECRET, O.F.M.CAP., *Les exigences idéalistes et la théorie bonaventurienne de la certitude*, in *Rev. Philos. France et Étranger*, 1942-43, t. LXVII, p. 49-80.

620. - SYLVAN CONOVER [OF BROOKLYN], O.F.M.CAP., *St. Bonaventure's Theory of the Rationes Seminales*, in *Round Table Franc. Research*, 1947, t. XII, p. 124-130, 169-176.

Doctrina S. BONAVENTURAE de rationibus seminalibus clare exponitur, descripta primum de eisdem doctrina S. AUGUSTINI et respectu ubique habito doctrinae S. THOMAE et ceterarum ipsius Doctoris Seraphici sententiarum cum doctrina de rationibus seminalibus connexarum (materia et forma, materia spiritualis, pluralitas formarum, creatio). A. novas interpretationes proponere non intendit, sed sequens imprimis expositionem philosophiae S. BONAVENTURAE a ST. GILSON exhibitam et allegans diligenter locos praecipuos ex operibus S. Doctoris, argumentum dilucide pertractavit. P. BONAVENTURA

621. - VIRGILIO GIORGIANNI. *Pensiero morale e politico di Bonaventura da Bagnorea*. Genova, Edizioni L.U.P.A., 1948. In-8°, 128 p.

De argumentis in hoc opere tractatis iam alia duo opera antea conscripta sunt, scil. a HIPPOLYTE J.-L. LEGOWICZ, O.F.M., *Essai sur la philosophie sociale du Docteur Séraphique* (Fribourg, 1937; cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 399-405), et a MATTHEW M. DE BENEDICTIS, O.F.M., *The Social Thought of Saint Bonaventure, a study in Social Philosophy* (The Cath. University of America. Philosophical Series. Vol. XCIII) (Washington. The Cath. Univ. of America Press, 1946; in-8°, XV-276 p.). Cum solum opus H. LEGOWICZ ad nos transmissum sit, quidnam novi posteriores dissertationes proponant de doctrina sociologica S. BONAVENTURAE et quanam ratione singulae inter se conveniant differantve, nosmet ipsi examinare proprioque iudicio exponere non possumus. De opere M.M. DE BENEDICTIS cf. J. SCHNEIDER in *Phil. Jahrb.*, 1947, t. LVII, p. 508-510, de opere autem V. GIORGIANNI cf. O. LOTTIN in *Bull. Théol. Anc. Méd.*, t. V, n. 1439, G. MELANI in *Studi Franc.*, 1947, t. XLIV, p. 189s., et Z. VAN DE WOESTYNE in *Arch. Franc. Hist.*, 1949, t. XLII, p. 320-322. P. BONAVENTURA

622. - FILADELFO CANGIOLI, O.F.M. *La pedagogia di S. Bonaventura ne «Le sei ali del Serafino»*. *Saggio*. Firenze, Tip. E. Rinaldi, 1947. In-16°, 20 p.

A. argumentum sibi propositum nimis breviter et generaliter absolvit, quam ut verum momentum scientificum opusculi Doctoris Seraphici pro paedagogia in iusta luce poneretur. P. BONAVENTURA

Conradus Holtnicker de Saxonia, O.Min., † 30 mai. 1279

623. - CONRAD OF SAXONY, O.MIN., *The Mary Mirror*, in *Franc. Herald and Forum*, 1947, t. XXVI, p. 299-303, 335-336, 344-347, 371-372; 1948, t. XXVII, p. 29-31, 46-48, 62, 89-91, 121-123, 142-144, 155-157, 171-175, 187-188, 203-206, 220-222, 235-239, 252, 267-271, 284-285, 298-302, 316-317, 334-336, 348-350, 365-368, 383; 1949, t. XXVIII, p. 12-16, 32, 46-48, 77-79, 93, 106-109, 123-124, 139-142, 157-158, 170-174, 186-188, 202-205, 224.

Prima vice, quantum scimus, *Speculum Beatae Mariae Virginis super angelicam salutationem* CONRADI DE SAXONIA, O.MIN (✝ 1279), in linguam anglicam vertitur. Versio sequitur textum a PP. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas secundum codices mss. castigatum et denuo an. 1904 editum in *Bibliotheca Franciscana Ascetica Medii Aevi*, tom. II; breviores tamen notitiae praemittuntur et adnotationes, pro indole periodici commentarii, omittuntur. Quisnam hanc versionem fecerit, scire nequimus. Adiungimus, hac occasione data, FR. STEGMÜLLER in opere *Repertorium biblicum Medii Aevi*, t. II, p. 253 (Matriti, 1950), nonnullos codices manuscriptos eiusdem operis indicavisse qui in introductione praefatae editionis criticae desunt.

P. BONAVENTURA

Guibertus (Gilbertus) Tornacensis, O.Min., ✝ 4 oct. 1284

Vide etiam: 20b manuscripta; 378 doctoris theologiae exemplar.

624. - A. CURVERS. *Guibert de Tournai et le traité de la paix.* (Coll. Nationale, 4e Série, 44). Bruxelles, Office de Publicité, 1944. In-8°, 82 p.

Joannes Guallensis, O.Min., ✝ 3 apr. 1285

624a. - FRANCISCO ELÍAS DE TEJADA. *Las doctrinas políticas en la baja Edad Media inglesa.* Madrid, Instituto de Estudios Políticos, 1946. In-8°, 224 p.

Continet sex capita, in quorum primo exponitur doctrina politica scholae Salisburiensis et agitur etiam de JOANNE GUALLENSI, O.MIN. (*Bibl. Hisp.*, 1947, t. V, n. 26163). P. BONAVENTURA

Adam Salimbene de Parma, O.Min., ✝ 1287/88

625. - ANTOINE DONDAINE, O. P., *Guillaume Peyraut. Vie et œuvres*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1948, t. XVIII, p. 162-236.

De fratris GULIELMI PEYRAUT (PERALDUS), O.P., vita et operibus usque ad hoc tempus notitiae paucae et sat imperfectae exstabant, quamquam hic auctor saec. XIII scriptis suis, praesertim *Summa de vitiis et virtutibus*, maximam auctoritatem consecutus est apud aequales et posteriores medii aevi auctores, ut testantur operum eius plurimae citationes et vere ingens numerus codicum manuscriptorum et editionum prioribus artis typographicae temporibus vulgatarum. Momentum huius insignis theologi, moralistae et concionatoris, qui ne baccalaureus quidem theologiae in ulla universitate et «vir sine gradu» (J. GERSON) fuit et, extra «scholam», singularem testem theologiae moralis traditionalis latinae, nova sapientia graeco-arabica nondum imbutae, sese exhibet, nunc ex doctissima dissertatione de GULIELMI vita et operibus clarius apparet et firmius aestimari potest. Ad rem franciscanam quod attinet, propter auctoritatem quam GULIELMUS etiam apud scriptores Ordinis Fratrum Minorum habuit, scholae franciscanae studiosis disquisitio A. perutilis est. Notitiae autem proprie franciscanae in ea paucae habentur, imprimis quidem circa testimonium Fratris SALIMBENE DE PARMA, quod est praecipuum testimonium de GULIELMO PEYRAUT nobis traditum.

Animadvertimus, quod sermones adservati Oxonii, *Magdalen College, cod. 68*, si revera iidem sint ac sermones saec. XV iam typis editi iuxta HAIN, *Repertorium bibliographicum*, n. 8225-8299, ut A. asserit p. 201, nota 9, non cuiusdam GULIELMI PARISIENSIS Ordinis Fratrum Minorum, sed potius Ordinis Fratrum Praedicatorum esse videntur, ut patet ex eodem HAIN, n. 8253, et COPINGER, *Supplement*, II, n. 8257. P. BONAVENTURA

625[a]. - FERDINANDO BERNINI. *L'unico documento originale relativo a Salimbene.* (*La monacazione in Ferrara, nel 1254, di Beatrice d' Este*). Parma, La Bodoniana, 1948. In-8°, 11 p.

Agitur de vestitione religiosa BEATRICIS D'ESTE facta Ferrariae die 26 iun. an. 1254, cuius testis fuit SALIMBENE PARMENSIS, de quo, hanc nactus occasionem, A. aliquas notitias refert. P. MELCHIOR

Joannes de Pecham, O.Min., † 8 dec. 1292

Vide etiam: 7 manuscripta; 372 libertas; 382 condemnatio Oxon. 1284; 389 actus fidei; 500 «De pueris oblatis».

626. - GAUDENTIUS MELANI, O.F.M. *Tractatus de anima Ioannis Pecham.* (Biblioteca di Studi Francescani. 1). Firenze, Edizioni «Studi Francescani», Conv. di S. Francesco, 1948. In-8°, LVII-160 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 131-135.

627. - D.L. DOUIE, *Archbishop Pecham's Sermons and Collations*, in *Studies in Medieval History presented to Fr. M. Powicke*, p. 269-282, Oxford, 1948.

Ex fontibus manuscriptis A. sermones et collationes JOANNIS DE PECHAM, O.MIN., pervestigat, ut internam structuram atque summa capita describat. PECHAM erat brevitatis et simplicitatis amator et Christum primatum in omnibus tenere libenter praedicabat.

P. LAURENTIUS

Rogerus Bacon, O.Min., † 11 iun. 1294

Vide etiam: 359 philosophia; 375 aesthetica; 569 influxus Richardi de Fournival; 572 influxus in «Summam philosophiae»; 713 islamismus.

627[a]. - B. SMALLEY, *Robert Bacon and the early Dominican School at Oxford*, in *Transactions of the Royal Hist. Soc.*, 1948, ser. 4, t. XXX, p. 1-19.

Tractatum super Psalterium, communiter ROGERO BACON, O.MIN., adscriptum (cf. P. GLORIEUX, *Répertoire des maîtres en théologie de Paris*, n. 312 ce, Paris, 1933), non huic, sed ROBERTO BACON, O. P. († 1248), tribuendum esse gravibus argumentis ostendit A., quae alias utiles notitias affert de priore schola dominicana Oxoniensi, et imprimis de augustinismo et anti-aristotelismo scholae Oxoniensis, cuius vi etiam magistri franciscani regebantur. P. BONAVENTURA

628. - A.J.J. VAN DE VELDE, *Roger Bacon 650 jaren na zijn dood herdacht*, in *Jaarboek Kon. Vlaamsche Acad. Wetenschappen, Letteren en Schoone Kunsten van België*, 1942, t. IV.

629. - A.C. CROMBIE, *L'Opus maius de Roger Bacon*, in *Endeavour* (London), 1948, t. VIII, p. 163-166.

630. - STEFAN SWIEZAWSKI, *De initiis contentionis inter scientias naturales et philosophiam scholasticam* (*Bacon et magistri Parisienses*) (polonice), in *Annales de Philos.* (Lublin), 1948, t. I, p. 42-63 (summarium gallicum: p. 318-319).

631. - FREDERICK MAYER, *Religion and Science in Roger Bacon*, in *Personalist* (Los Angeles), 1948, t. XXIX, p. 261-271.

632. - EDWARD SUTFIN, *Bacon's Opinion of His Predecessors*, in *The New Scholasticism*, 1944, t. XVIII, p. 147-184.

633. - JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Inventions made by Friar Roger Bacon*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 350-351.

Brevissime citatur notitia desumpta e *cod. Oxon. Bodl. canonic. 525* de duobus mirabilibus speculis ROGERI BACON, et nihil additur nisi eiusdem generis notitia circa «microphonum» a quodam Capuccino saec. XVII inventum. P. BONAVENTURA

Petrus Joannis Olivi, O.Min., † 14 mart. 1298

Vide etiam: 7, 12, 14 manuscripta; 370 connexio virtutum moralium; 389 actus fidei, 391 supernaturale; 501 spiritualismus; 678 theoria distinctionum.

634. - ANNELIESE MAIER, *Handschriftliches zu Arnaldus de Villanova und Petrus Johannis Olivi*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1948, t. XXI, p. 53-74.

Pauca prostant scripta theologica ARNALDI, quae charactere eschatologico insignita sunt; nam anno 1316, quinque post mortem auctoris annos, ab Inquisitoribus igni tradita fuere. Hucusque tantummodo *cod. Vat. lat. 3824*, anno 1305 scriptus, notus erat. Alio in manuscripto, *Vat. lat. Borgh. 205*, A. varia detexit documenta, quae iam inter a. 1295-1302 composita fuerunt ipso ARNALDO custode et manu propria textum modificante. Iste codex 116 foliis constat, ex quibus sequentia rem franciscalem tangunt: ff. 65v-66r: *Fratribus minoribus Parisius*. Inc. *Deus qui pluviam serotinam*; ff. 66r-67r: *Fratribus minoribus Montispessulani*. Inc. *Quamvis rerum opifex*. Hos textus edidit J. CARRERAS ARTAU in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 395-397 (cf. *infra*, n. 688).

In *cod. Vat. lat. Borgh. 54*, ff. 113v-127v, A. invenit tractatum logicum, qui probabilius PETRO J. OLIVI adscribendus est. Agit de universalibus, praedicamentis et syllogismo, sed interseruntur mira quaedam dicta, quae «eine seltsame Mischung von nüchterner Logik und tollstem Spiritualismus» sunt (p. 67). Tractatus (i. e. 18 quaestiunculae) directus est ad quemdam *Fratrem Hermannum*.

P. LAURENTIUS

635. - VIRGILIUS BIASIOL, O.F.M. *De creatione secundum P. J. Olivi*. Vicenza, 1948. In-8°, XIX-161 p.

De hac dissertatione, ad consequendam lauream in Pont. Athenaeo Antoniano in Urbe exhibita, P. PACIFICUS BORGMANN, O.F.M.,

in *Franz. Stud.*, 1949, t. XXXI, p. 221-224, accuratam scripsit relationem analytico-criticam, ad quam lectorem remittimus, cum ipsum opus ad nos transmissum non sit. P. BONAVENTURA

Gulielmus de la Mare, O.Min., † 1298

Vide etiam: 366 gnoseologia; 372 libertas; 382, 384 impugnatio S. Thomae.

636. - F. PELSTER, S.J., *Das Ur-Correctorium Wilhelms de la Mare. Eine theologische Zensur zu Lehren des hl. Thomas*, in *Greg.*, 1947, t. XXVIII, p. 220-235.

Post capitulum generale Fratrum Minorum, an. 1282 Argentinae habitum, «generalis imponit ministris provincialibus quod non permittant multiplicari Summam Fr. Thome nisi apud lectores notabiliter intelligentes et hoc nisi cum declarationibus Fratris Wilhelmi de Mara, non in marginibus positis, sed in quaternis. Et huiusmodi declarationes non scribantur per aliquos seculares». Hae declarationes Fr. GULIELMI a diversis auctoribus confundebantur cum *Correctorio* Fr. GULIELMI. A. vero post diligens examen *cod. Assis. 174* bene distinguit inter *Declarationes* (quae ex 60 articulis constant et pro solis Fratribus Minoribus scriptae erant) et *Correctorium*, quod sententias sic dictas erroneas S. THOMAE AQUINATIS 118 articulis impugnabat publice. Istud *Correctorium* non ante an. 1282 compositum fuit. Terminus autem *ad quem* nondum certus est; dubia pariter adhuc remanet diversorum *Correctoriorum* ad invicem necessitudo. Editio primi *Correctorii* desideratur, quia textus ab adversario, i. e. THOMA DE SUTTON, O.P., exhibitus mutilatus corruptusque est. Libenter audivimus Fratres Minores saec. XIII exeunte doctrinam S. THOMAE non ex mera rivalitate, sed ex sincero studio fidei purae servandae impugnasse.
P. LAURENTIUS

637. - P. GLORIEUX, «*Non in marginibus positis*», in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1948, t. XV, p. 182-184.

Recensens quae exposuerat FR. PELSTER in *Das Ur-Correctorium Wilhelms de la Mare. Eine theologische Zensur zu Lehren des hl. Thomas*, in *Gregorianum*, 1947, t. XXVIII, p. 220-235 (cf. *supra*, n. 636), A. approbat haec ab eodem asserta, scil. brevem textum *cod. Assis. 174*, f. 55-58v, GULIELMO DE LA MARE adscribendum esse, anteriorem esse *Correctorio* eiusdem GULIELMI, indolem magis theologicam habere nec differre a *Declarationibus in marginibus positis*. Cetera tamen asserta A. oppugnat, affirmans verba «non in marginibus positis» alio modo intelligenda esse: *Declarationes*, de quibus in decreto Ministri generalis, non solum ad textum breviorem, sed etiam ad *Correctorium* se referre, et ideo idem *Correctorium* non redactum esse post illud decretum, sed iam antea compositum et eodem decreto potius publice comprobatum et impositum esse. P. BONAVENTURA

Joannes de Gustedt (Saxonia), O.Min., fl. saec. XIII

638. - JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Little known Franciscan Astronomers of the Middle Ages*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 78-79.

Ex opere ERNST ZINNER, *Die ältesten Räderuhren und modernen Sonnenuhren* (Bamberg, 1939), breves notitiae referuntur de tribus Fratribus Minoribus astronomis, scil. primum de JOANNE DE GUSTEDT DE SAXONIA, qui vixit saec. XIII et reliquit opus inscriptum *Computus novus philosophicus*, adservatum manuscriptum Luniburgi, *Ratsbücherei*, Erlangae, *Universitätsbibliothek*, Hannoverae, *Provinzial-Bibliothek*, Vindobonae, *Nationalbibliothek*; deinde de THEODORO RUFFI, O.MIN., qui vixit an. 1448 in conventu Grünberg (Hassia) et transcripsit ibidem cuiusdam alterius auctoris tractatum *Notandum pro faciendis horologium iacens equidistanter*, cui propria sponte adiunxit designationem deflectionum solariorum, et eodem fere tempore transcripsit aliud opus astronomicum, quod, sicut primum, adservatur Vindobonae, *Nationalbibl.*; denique de magistro HENRICO COLLIS, O.MIN., Argentinensi, qui an. 1456 scripsit tractatum *Semidiametrum horologii equinoctialis*, qui pariter adservatur Vindobonae, *Nationalbibl.*

P. BONAVENTURA

«Fasciculus Morum», saec. XIII

639. — FRANCES A. FOSTER, *A note on the Fasciculus Morum*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 202-204.

Quidam Frater SINTRAM, O.MIN., Germanus, qui anno 1412 Oxoniae studiis se dabat, quattuor exscripsit tractatus, ut eos secum ferret in patriam rediturus. Tres tractatus desumpsit ex operibus HUGONIS A S. VICTORE, AEGIDII ROMANI et S. BONAVENTURAE. Quartum vero manuscriptum, cui titulus *Fasciculus Morum*, ignoto Fratri Minori saec. XIII e Custodia Worcester debetur, qui magnam materiam praedicandi secundum septem vitia atque virtutes oppositas disposuit et exemplis, narrationibus ac versiculis anglice scriptis necnon 42 sermonibus auxit.

De isto tractatu iam egerat A.G. LITTLE, *Studies in English Franciscan History*, p. 139-157, Manchester, 1917. Nunc novae quaedam notitiae de larga tractatus diffusione adduntur. Praeparatur editio critica.

P. LAURENTIUS

Bernardus de Bessa, O.Min., † 1300/04

640. — BERNARD VAN BESSA, O.F.M. *De Kloosterlijke Tucht*. Uit het latijn vertaald door P. UBERTINUS DE VOLDER, O.F.M. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1946. In-12°, 152 p.

Rogerus Marston, O.Min., † 1303

Vide etiam: 371 libertas; 382 impugnatio S. Thomae; 678 theoria distinctionum.

641. — M.J. CONGAR, O.P., *Le salut des « Grecs schismatiques » d'après un théologien du XIII^e siècle* (*Roger Marston, Quodl. II, 10*), in *Mémorial Louis Petit* (cf. *supra*, n. 101), p. 51-55.

Negotium Concilii Lugdunensis circa unionem Ecclesiae Orientis cum Ecclesia Romana nihil fere theologorum animos ad illud argumentum convertit. Excipiendus est ROGERUS MARSTON, O.MIN., S. BONAVENTURAE discipulus, cuius quaestio *Utrum filii schismaticorum sint in statu salutis, maxime illi qui schismati non consentiunt* adservatur

manuscripta Florentiae, *Bibl. Laurenziana, Conv. soppr. 123*, f. 138v-139r. Haec quaestio composita est inter an. 1282-1284, cum multi de unione iam desperarent. ROGERUS MARSTON de salute parvulorum schismaticorum non dubitat, cum et valide baptizati sint et peccare nondum possint, rationis aetatem non habentes. Quod ad ceteros fideles attinet, beneficio bonae fidei et ignorantiae invincibilis gaudent rudes et simplices, qui minime rationem sibi reddunt separationis suae ab Ecclesia Romana; horum autem numerus ROGERO satis exiguus esse videtur. In fine editur textus quaestionis. P. BONAVENTURA

Jacoponus de Todi, O.Min., † 25 dec. 1306

642. — F.A. UGOLINI. *Laude di Iacopo da Todi tratte da due manoscritti umbri*. Con introduzione, note e glossario. Torino, Istituto ed. Gheroni, 1947. In-8°, 140 p.

643. — EMIDIO D'ASCOLI, O.F.M.CAP. *Cantici del Beato frate Iacopone da Todi. Le Laude*. (Collana «Testi dell'Amor Sacro». Vol. I). S. l. (Milano), Edizioni La Via, 1947. In-folio, XXVI-251 p. cum ill.

Dum de editione *Laudum* IACOPONI DA TODI a F. A. UGOLINI curata, utpote ad nos non transmissa, iuxta *Rev. Hist. Eccl.*, 1947, t. XLII, p. 636, id solum dicere possumus quod comprehendit 29 laudes iuxta lectionem *cod. Angel. 2216*, provenientis Assisio, et 13 laudes ex 110 adservatis in *cod. Chantilly*, scripto Tuderti, de editione a P. EMYGDIO AB ASCOLI parata, cuius descriptionem bibliographicam nusquam alibi invenimus, opportunas notitias afferendi facultas nobis data est. Haec enim sumptuosa editio, typis celebris Instituti Geographici DE AGOSTINI, Novariensis, optima charta nitidissime excussa multisque novis tabulis ornamentisque a MARIO SIRONI ingeniose adumbratis elegantissime illustrata, paucis tantum exemplaribus constat, quae plurimo veneunt. Quod ad ipsum textum editum attinet, Editor praemisit pulchram introductionem, in qua de vita JACOPONI breves notitias exhibet, praesertim vero poetae indolem christianam, franciscanam, mysticam apte describit. Deinde sequitur selecta bibliographia, in qua Editor, praecipuis de JACOPONO conscriptis dissertationibus et *Laudum* editionibus enumeratis, lectorem monet se textum *Laudum* ex editione principe a FRANCISCO BONACCORSI an. 1490 Florentiae promulgata et a JOANNE FERRI an. 1915 Barii denuo typis prolata deprompsisse, praeter textum cantici *Udite nova pazzia* quem sumpsit ex editione curata a FRANCISCO TRESATTI (non *Trasatti*), O.F.M.OBS., qua etiam in interpretandis poetae verbis et sententiis usus est. Animadvertimus tamen, quod Editor solum textum selectorum canticorum, non vero eorum ordinem et inscriptiones ab editoribus BONACCORSI-FERRI mutuatus est. Distribuit enim cantica in tres partes praecipuas, quarum prima comprehendit 20 cantica poenitentiae et purificationis, secunda 21 cantica libertatis et illuminationis, tertia 12 cantica amoris et unionis, insertis inter secundam et tertiam partem 5 canticis de mysteriis et de *S. Francisco*. Hunc novum ordinem canticorum etiam nos omnino approbamus, quia sine dubio, saltem generatim, cursui tam exterioris quam imprimis interioris vitae JACOPONI accuratius respondet et quodammodo etiam ad canticorum interpretationem et comprehensionem contribuit. Non mirum, quod in hoc ordine celebre canticum *Amor de caritate, perché m'hai sì ferito?*

velut exodium positum sit, sane aptissime, iuxta illud ipsius poetae «Amor, amor, Iesú so gionto a porto». Et aptissimum quoque exordium sumpsit haec nova a J. GALBIATI directa collectio «Testi dell'Amor Sacro», ab his mirabilibus canticis sacri amoris fratris JACOPONI TUDERTINI. In commentario, singulis partibus adiuncto, Editor singulorum canticorum argumentum exponit et deinde singulas difficiles sententias vel verba dilucide interpretatur, optime verum poetae mystici spiritum et canticorum momentum manifestans. Iam his interpretationibus nova haec editio inter ceteras nostra aetate promulgatas longe eminet.

Quapropter valde optamus, ut haec editio iterum forma minore et minus sumptuosa promulgetur, quae etiam minoris pretii constet nec solum a divitibus emi possit. Talis editio minor propter pulchrum commentarium semper maximam utilitatem afferet, quam etiam critica, iam diu frustra desiderata *Laudum* editio, si forte demum perficietur, non auferet. Pro hac editione minore haec proponimus addenda vel corrigenda. Primum, cantica et versus vel saltem strophae numeris continuis signentur, ut facilius et accuratius citari possint. Deinde, addantur indices canticorum tam iuxta seriem continuam ipsius editionis quam iuxta ordinem alphabeticum rerum notabilium. Porro, uti iam diximus, Editor plura cantica editionis BONACCORSI-FERRI omisit. Optandum tamen est, ut saltem ea in editione inserantur de quorum genuinitate nemo dubitat, ea vero novo examini subiciantur quae dubia sunt, uti nn. 86, 97, 99, 101 et 102 (iuxta ed. BONACCORSI-FERRI), quae Editor assumpsit, FR. ARGENO vero recentius reiecit (cf. *infra*, n. 644). Denique editio usui aptior evadet, si commentarium in singulis paginis additur.

P. BONAVENTURA

644. — FRANCA ARGENO, *Per il testo delle laudi di Jacopone da Todi*, in *La Rassegna*, 1943-1948, t. 51-56, p. 7-51, et separatim: Roma, Soc. An. Ed. D. Alighieri, 1949. In-8°, 47 p.

Tractat de antiquis editionibus *Laudum* JACOPONI DE TODI, O. MIN., quarum meliorem curavisse dicitur F. BONACCORSI (Florentiae 1490, denuo Romae 1910, Barii 1915 et 1930, Florentiae 1923, Mediolani 1940). Attamen etiam hanc editionem, quae 102 *Laudes* comprehendit, non absolutam esse dicit A., quae *Laudes* 86 et 94-102, de quarum authenticitate iam antea plures viri eruditi dubitaverant, utpote non genuinas reicit et multos errores, scribarum vel editoris negligentia irreptos, emendat. P. BONAVENTURA

645. — MARIA STICCO, *Pazzia e poesia di Jacopone*, in *Vita e Pensiero*, 1948, t. XXXI, p. 359-365.

Quid potissimum notandum et animadvertendum sit in JACOPONO TUDERTINO eiusque *Laudibus*, apte describitur et selectis versibus illustratur. Tenens, contra M. CASELLA et L. RUSSO, JACOPONUM natura imprimis fuisse ad carmina condenda natum, A. ostendit ingenium poeticum in eo a studio ascetico et ardore mystico separari non posse. Ita poeta franciscanus, carminibus suis celebrans sanctam annihilationem, mortem atque ipsam insaniam propter divinum amorem, modo omnino proprio itinerarium animae ad Deum significavit, ideoque non solum suae aetatis formam propriam animo impressam exhibuit, verum etiam singularis evadit poeta asceseos et mysticae christianae per omnia saecula. P. BONAVENTURA

646. — M. APOLLONIO, *Jacopone da Todi e la poetica delle confraternite religiose nella cultura preumanistica*. Milano, Vita e Pensiero, 1946. In-8°, 118 p.

646[a]. — Jos. Fink, *Der Dichter des Stabat Mater*, in *Geist und Leben*, 1948, t. XXI, p. 352-360.

Difficile est paucis perstringere verbis articulum praefatum de compositore celeberrimi poematis *Stabat Mater*; nam A. sententias suas soluto potius ordine proposuit. Asseritur notionem Matris Dolorosae congruere imaginibus artis et doctrinae mysticorum illius temporis. Scimus tamen ex docta dissertatione E. Reiners, *Das freudvolle Vesperbild und die Anfänge der Pietà-Vorstellung* (München, 1939) modum describendi dolores Matris Mariae saeculo XIII exeunte non ad unum tantum reducere posse aspectum. Etiam piae animae Passionem Domini meditabant «cum gaudio pariter et luctu» (S. Bonaventura, *Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis*, in *Op. Omn.*, t. VIII, p. 40). A tali sentiendi videndique genere non omnino alienus est auctor poematis, cum de «*benedicta* matre unigeniti» loquatur.

Quisnam revera auctor istius poematis sit, nondum certum est. A. sequentia enumerat nomina: Jacoponus Tudertinus, S. Bonaventura, Innocentius III, S. Bernardus Claravallensis, Gregorius Magnus. Addenda sunt nomina Joannis XXII, Papae, et Gregorii XI, S. Pontificis (cf. F. Ermini, *Lo Stabat Mater e i pianti della Vergine nella lirica del medio evo*, p. 2 s., 2a ed., Città di Castello, 1916). A. non conatus est eliminare varios patronos; alludit tantum ad sic dictum *Laudismus de sancta cruce*, quem S. Bonaventurae attribuit, quamvis editores eiusdem *Operum Omnium* iam dubitarint de authenticitate (Ermini, *loc. cit.*, p. 5). Praecipuae tamen rationes pro Tudertino militant, sive duo unica manuscripta saeculi XIV (Paris, *Bibl. Nat. cod. lat. 559;* Firenze, *Bibl. Riccard.*, *cod. 1049*), quae *Stabat Mater* inter opera Jacoponi commemorant, sive affinitas verborum atque rerum cum aliis scriptis huius Fratris Minoris, necnon clara membrorum compositio. Historia textus, quae sat perplexa est (cf. Ermini, *op. cit.*, p. 21 s.), non describitur ab A., sed eruitur sensus profundior poematis, qui esset mors mystica in Christo, mors amoris. Haec mystica orationis ratio *Laudibus* Jacoponi propria est (cf. Emidio da Ascoli, O.F.M.Cap., *Cantici del Beato frate Jacopone da Todi*: *Le Laude*, p. VII s., Milano, 1947). P. Laurentius

647. — M. Ayala López, *Los dolores de María y el «Stabat Mater»*, in *Ecclesia* (Madrid), 1948, n. 349, p. 2, 27.

Breves notitiae biographicae Jacoponi de Todi, O.Min., cui A. hymnum *Stabat Mater* adiudicat.

647[a]. — Antonio Bruers, *Un poeta francescano*, in *Oss. Rom.*, 1948, 5 sett., p. 3.

Breviter describitur indoles et ars Jacoponi Tudertini, cui hymnus *Stabat Mater* attribuitur. P. Bonaventura

648. — R. Artime - J. Arce, *Fray Jacopone de Todi y su «Pianto de la Madonna»*, in *Rev. Univ. Oviedo. Letras*, 1947, t. VIII, p. 75-96.

Ad instar introductionis ad versionem hispanicam hymni italici *Pianto della Madonna* disseritur de Jacopone Tudertino, O.Min., qui inter poetas sui aevi honestam sedem tenet. P. Melchior

Joannes Duns Scotus, O.Min., † 8 nov. 1308

Vide etiam: 9, 10, 25 manuscripta; 332 Commissio Scotistica; 359 philosophia: 360 vitae visio franciscana; 361 desiderium naturale visionis beatificae; 365, 366 influxus in gnoseologiam Fr. Suárez; 370 connexio virtutum moralium; 372 libertas;

375 aesthetica; 388 auctoritas saec. XIX; 389 actus fidei; 391 supernaturale; 392 Christus in creatione; 393 primatus Christi; 394 motivum Incarnationis; 396 mediatio Christi et Mariae; 397 molinismus; 400 poenitentia sacramentalis; 401 finis matrimonii; 439 mariologia; 440, 441 Immaculata Conceptio; 475, 476, 477 Assumptio B. M. V.; 559 epistemologia theologica; 562 gratia sacramentalis; 595 caritas forma virtutum; 741 cognitio intuitiva; 742 scotismus in Aemilia saec. XIV-XVI; 748 Ockham de argumentis pro Dei exsistentia.

649. — BÉRAUD DE SAINT-MAURICE. *Jean Duns Scot*. Paris, J. Vrin, 1948. In-8°, 315 p.

Hoc opus, ad nos non transmissum, idem esse videtur ac opus *Jean Duns Scot, un docteur des temps nouveaux*, an. 1944 in civitate Montréal (Canada) editum et in hac *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), n. 1685, iam indicatum. Qui recensiones ibidem citatas legit, de criticis observationibus censorum, scil. N. PICARD, O.F.M., in *Studi Franc.*, et B. VOGT, O.F.M., in *Franc. Studies*, non amplius mirabitur, cum comperit opus conscriptum esse non a quodam studioso auctore cui nomen BÉRAUD DE SAINT-MAURICE, ut censores adhuc putabant, sed a studiosissima Domina R. LEMIEUX, uti denuntiat J. ISAAC, O.P., in *Rev. Sciences Philos. Théol.*, 1949, t. XXXIII, p. 436, qui legens Auctricis «pium panegyricum, scriptum magno cum amore animique ardore», nullo modo se convertit, sed saltem «habet delectationem confirmandi antiquos auctores mediaevales etiamnunc habere facultatem offerendi saecularibus spem temporum novorum».

P. BONAVENTURA

650. — ANTONIO MARIA BARBIERI [DE MONTEVIDEO], O.F.M.CAP., *Duns Scoto el «Doctor Sutil»*, in *Tribuna Católica* (Montevideo), 1941, t. VII-2, p. 153-161.

651. — BONAVENTURA A. BROWN, O.F.M., *A news report on the relics of John Duns Scotus*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 77.

Sermo est de nova reliquiarum JOANNIS DUNS SCOTI inspectione; nam scrinium, in quo corpus per saecula iacebat, iniuria belli et destructione ecclesiae Fratrum Minorum Coloniae Agrippinae damnum passum est, reliquiis tamen illaesis remanentibus. Maiores notitias invenies in libro GIUS. ABATE, O.F.M.CONV., *La tomba del Ven. Giovanni Duns Scoto, O.Min., nella chiesa di S. Francesco a Colonia.* Roma, Miscellanea Franciscana, 1947. In-8°, 53 p. P. LAURENTIUS

652. — ALLAN B. WOLTER, O.F.M., *The «Theologism» of Duns Scotus*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 257-273, 367-398.

ET. GILSON diversis in operibus, praesertim in articulo *Les seize premiers theoremata et la pensée de Duns Scot* (in *Arch. Hist. Doctr. Litt. M.A.*, 1937-1938, t. XII-XIII, p. 5-86) propagavit opinionem J. DUNS SCOTUM persuasum sibi fuisse exsistentiam Dei a philosopho demonstratione vera probari non posse; quapropter theologismo, i. e. medio ex revelatione deprompto opus esse. Contra hanc interpretationem, quae multos iam amicos sibi conciliavit, insurgit A. exponens demonstrationem a posteriori, uti dicunt, ad Dei exsisten-

tiam probandam iuxta SCOTUM sufficere. Simul cum hac expositione, quae claritate excellit, tanguntur quaestiones de authenticitate *Theorematum* et de argumentis pro exsistentia Dei secundum JOANNEM DE BASSOLIS, O.MIN., qui forsan a secretis SCOTI et certe unus e primis interpretibus Doctoris Subtilis fuit. De authenticitate *Theorematum* cf. dissertationem GEDEON GÁL, O.F.M., *De J. Duns Scoti «Theorematum» authenticitate ex ultima parte operis confirmata,* in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 5-50. P. LAURENTIUS

653. — CARLOS BALIĆ, O.F.M., *Las obras de Duns Escoto en los códices españoles*, in *Ecclesia* (Madrid), 1947, n. 330, 8 nov., p. 11 et 21.

654. — INCE DÁM, O.F.M. *Duns Scotus müveinek kritikai kiadása.* Gyöngyös, A Magyar Barát kiadása, 1944. In-8°, 46 p. cum tab.

In hoc opusculo, cuius titulus latine redditur *Duns Scoti operum critica editio*, texitur historia, pluribus codicum imaginibus phototypicis illustrata, variarum editionum operum JOANNIS DUNS SCOTI. P. BONAVENTURA

655. — C. BALIĆ, O.F.M., *La valeur critique des citations des œuvres de Jean Duns Scot*, in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra*, n. 102), p. 531-556, Louvain, 1947.

Doctoris Subtilis opera ab auctoribus scholasticis eiusdem aetatis saepissime citantur, imprimis *Opus Oxoniense*, deinde *Lectura Parisiensis*, tum *Metaphysica*, *Quodlibet*, *De primo principio*, *Collationes*, *Logicalia*, et denique *Theoremata* et *De Anima*. Unde A. duas ponit quaestiones, scil. primam, quodnam momentum huiusmodi citationes habeant ad textum genuinum SCOTI recuperandum, alteram vero, quidnam conferant ad tempus compositionis vel editionis necnon ad authenticitatem et auctoritatem singulorum operum accuratius determinandum. His quaestionibus respondit examinando nonnullas citationes desumptas ex *Ordinatione* (i. e. *Op. Oxon.*) et *Reportationibus*, deinde has circa *Ordinationem* definitas conclusiones adhibendo ad *Metaphysicam* et *Quodlibet*, tum ea quae *Lecturae Parisiensis* et *Oxoniensis* examinatae revelant traducendo ad tractatum *De primo principio* et *Theoremata*, denique easdem conclusiones transferendo ad opera scholasticorum in genere. Inter auctores, non minus aequales et discipulos SCOTI, quam potius eos pervestigavit, qui particularem notam habere sibi videbantur, ut HERVAEUS NATALIS, O.P., THOMAS DE SUTTON, O.P., ROBERTUS COWTON, O.MIN., GULIELMUS DE NOTTINGHAM, O.MIN., JOANNES DE READING, O.MIN., GULIELMUS DE OCKHAM, O.MIN., GULIELMUS DE ALNWICK, O.MIN., JOANNES DE RODINGTON, O.MIN. Citationibus *Ordinationis* s. *Operis Oxoniensis* examinatis, A. affirmat huiusmodi citationes, etiamsi apud aequales, magistros et discipulos SCOTI invenirentur, apta subsidia non esse ad textum genuinum *Ordinationis* constituendum. Ad eandem conclusionem pervenit circa citationes e *Reportationibus* desumptas. Quod ad citationes aliorum operum SCOTI necnon operum scholasticorum in genere attinet, sententia A. est haec: Paucis exceptis, citationes non solum ad textum certum et genuinum auctorum scholasticorum defi-

niendum non contribuunt, sed potius in errorem inducere facile possunt eum qui textum traditionis litterariae a historico discernere nesciat; multum tamen huiusmodi citationes conferre possunt ad authenticitatem, auctoritatem, seriem chronologicam etc. scriptorum scholasticorum determinandum.

Contra hanc sententiam, quantum ad citationes SCOTI a GULIELMO DE OCKHAM allatas attinet, iam scripsit PH. BOEHNER, O.F.M. (cf. *infra*, n. 656). Revera, saltem conclusio generalis A., quantum scilicet ad opera aliorum scholasticorum attinet, non satis confirmata esse nobis quoque videtur. Quidquid sit, in ipsa tractatione et diiudicatione huiusmodi citationum, cum ipse A. admittat «quelques rares cas exceptés», nullomodo a priori earum momentum etiam pro textu genuino constituendo negari potest, sed potius prudenter praesumi debet, donec contrarium pro singulis demonstratur.

P. BONAVENTURA

656. — PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., *The Critical Value of Quotations of Scotus' Works Found in Ockham's Writings*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 192-201.

A. valorem criticum examinat citationum ex operibus DUNS SCOTI, quae in scriptis OCKHAM inveniuntur. CAROLUS BALIĆ, O.F.M., enim tales citationes parvipenderat (cf. *supra*, n. 655) saltem pro textu originali inveniendo; illas tamen admiserat ad compositionis tempus stabiliendum et authenticitatem operum SCOTI firmandam. A. qui supremus est moderator criticae editionis operum OCKHAM iure meritoque adversam tenet sententiam quae supponit manuscripta non serviliter, sed circumspecte reddenda interpretandaque esse.

P. LAURENTIUS

657. — JOANNES DUNS SCOTUS, O.MIN. *On the Nature of Man's Knowledge of God. Latin Text slightly revised from the Quaracchi Edition*, with an Introduction and Translation by ALLAN WOLTER, O.F.M., in *Rev. of Metaphysics*, 1947, t. I, 2, p. 3-36.

658. — JOSÉ HELLÍN, S.J. *La analogía del ser y el conocimiento de Dios en Suárez*. Madrid, Editora Nacional, 1947. In-8°, 446 p.

659. — IDEM, *Sobre la unidad de ser en Suárez*, in *Giornale di Metafisica*, 1948, t. III, p. 455-486.

Dum de primo opere, ad nos non transmisso, hoc dicere possumus, quod in eodem etiam doctrina SCOTI iuxta recensionem FRANCISCI SUÁREZ, S.J., exponitur, Doctoris Subtilis doctrinam de univocatione entis etiam in secunda dissertatione fideliter iuxta recensionem Doctoris Eximii expositam invenimus. Hanc recensionem A. iuxta recentiores dissertationes de doctrina SCOTI, e. gr. T. BARTH, O.F.M., *De fundamento univocationis apud Joannem Duns Scotum* (Romae, 1939), et *De argumentis et univocationis entis natura apud Joannem Duns Scotum*, in *Collect. Franc.*, 1944, t. XIV, p. 5-56, non amplius examinavit. De Doctoris Eximii doctrina A. concludit, eam continuare doctrinam S. THOMAE «in eadem linea».

P. BONAVENTURA

660. — T. BARTH, O.F.M., *De problemate univocationis apud Ioannem Duns Scotum*, in *Sophia*, 1947, t. XV, p. 173-181.

Multis adhibitis testibus evolutio concepti univoci inde a SPEUSIPPO, PLATONIS discipulo, usque ad DUNS SCOTUM delineatur et species univoci enumerantur. Maximi momenti est praesertim clara distinctio diversarum considerationum (p. 173-174). P. LAURENTIUS

661. — INCE DÁM, O.F.M. *A létfogalom Duns Scotus rendszerében.* Budapest, Magyar Barát kiadása, 1947. In-8°, XXXVIII-254 p.

Hoc opus, cuius titulus, si latine redditur, sonat *Conceptus entis in systemate Duns Scoti*, tractat de momento univocationis entis in tota doctrina JOANNIS DUNS SCOTI. P. BONAVENTURA

662. — J. OWENS, C.Ss.R., *Up to What Point is God Included in the Metaphysics of Duns Scotus?*, in *Mediaev. Studies*, 1948, t. X, p. 163-177.

Lenta, sed diligenti elaboratione ex ipsis DUNS SCOTI scriptis theologicis et philosophicis eruitur respectus ille, sub quo Deus in metaphysica Doctoris Subtilis consideratur. Subiectum metaphysicae est ens, sensu univoco seu communissimo accepto. In ista notione Deus quasi confuse accipitur et tamen infinitus et necessarius, quin essentia divina comprehendatur. In statu enim viatoris, saltem post Adae lapsum, intellectualis visio essentiarum prohibetur. Unde ex effectibus et demonstratione procedendum est in metaphysica.

P. LAURENTIUS

663. — SISTO VARISCO, O.F.M., *La prescienza divina nella soluzione di Duns Scoto*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 40-62.

Intricata quaestio, utrum Deus habeat determinatam scientiam de eventu futurorum contingentium, multas iam movit pennas. Quaenam in hac materia mens vera DUNS SCOTI fuerit, nondum patet. H. SCHWAMM, *Das göttliche Vorherwissen bei Duns Skotus und seinen Anhängern* (Innsbruck, 1934) docuerat SCOTUM et determinismum theologicum et liberam voluntatem humanam admisisse, quin discrepantiam inter utrumque adverteret. Haec tamen opinio ab A. documentis indubiis evertitur. Ceteris in partibus quaestio haud recte composita est. Quae enim de consensu inter divinam scientiam et voluntatem adversus sententiam S. BONAVENTURAE et S. THOMAE proferuntur (p. 47), vix definitiva solutio problematis dici potest.

P. LAURENTIUS

664. — MIGUEL OLTRA, O.F.M., *Cuestiones trinitarias en Duns Escoto y Raimundo Lulio*, in *Verdad y Vida*, 1943, t. I, p. 287-292.

665. — TIMOTHEUS BARTH, O.F.M., *Erbsünde und Gotteserkenntnis. Eine philosophisch-theologische Grenzbetrachtung im Anschluss an Johannes Duns Skotus*, in *Philos. Jahrb.*, 1947, t. LVII, p. 70-103.

Agitur de influxu peccati originalis in cognitionem Dei naturalem secundum doctrinam DUNS SCOTI. Adhibitis multis locis e scriptis genuinis Doctoris Subtilis, A. tria exponit: Primo demonstrat, quomodo SCOTUS sententiam eorum refellerit, qui cognitionem humanam nimis coarctabant, ut ne abstractionem quidem admitterent. SCOTUS postulat tum pro sensibus tum pro intellectu cognitionem intuitivam. Insuper docet, quonam modo mens humana per conceptus

transcendentales capax evadat Deum attingere; non negative tantum, sed et positive, etsi imperfecte (p. 74). - Deinde SCOTUS eos impugnat, qui excessivum modum Deum cognoscendi introduxerunt. Impugnat scilicet cognitionem in rationibus aeternis, quae a S. AUGUSTINO et S. BONAVENTURA defendebatur et postea in doctrina ideae Dei innatae a CARTESIO, LEIBNIZIO et ontologismo repristinabatur. SCOTUS admittit desiderium naturale ad videndum Deum; sed de facto Deus non cognoscitur ab intellectu nostro in particulari, sed tantummodo in universali. Coarctatio cognitionis humanae secundum S. THOMAM ex eo repetenda est, quod obiectum intellectus nostri est quidditas rei sensibilis. SCOTUS hanc sententiam non admittit. Reicit pariter elevationem intellectus in statu gloriae per novum habitum. Ipse proinde alia via procedit. Supposita doctrina sua, ipsum ens, intuitive cognitum, esse primum obiectum intellectus nostri, docet: « Ideo nunc non habet aliquid ex parte potentiae, cui repugnat videre Deum». Haec sententia proponebatur in opere iuventutis *Prima Lectura*, probabilius anno 1298 Oxoniae scripto (p. 72). Cautius econtra sese exprimit in *Ordinatione* (p. 78). Si ex parte potentiae nihil obstat, quominus Deus videatur, ipse tamen Deus decreto voluntatis suae hanc intuitivam et naturalem cognitionem prohibuit. Qua ratione? Culpa parentum generis humani. Ex hac theologica consideratione deduci nequit SCOTUM problema cognitionis Dei naturalis argumentis ex fide desumptis solvisse. Haec enim tantum adducit, ut perfectum rei conspectum praebeat. Probatio equidem fit rationibus philosophicis. - In tertia denique articuli parte vera cognitio Dei naturalis pro statu viatoris exponitur. Evolvitur doctrina de ente univoco ad mentem DUNS SCOTI, cui supersedere possumus, cum sit aliunde nota. Gressus a rebus finitis ad ens infinitum fit via causalitatis, quae ad cognitionem sat imperfectam ducit. P. LAURENTIUS

666. — H. RUDING, S.J., *Het begrip persoon in de leer omtrent de hypostatische vereniging*, in *Bijdr. Nederl. Jezuieten*, 1946, t. VII, p. 231-273; 1947, t. VIII, p. 36-68.

Prima pars articuli agit de conceptu personae in doctrina S. THOMAE AQ. De DUNS SCOTI opinione loquitur A. p. 37-46. Alio sub respectu uterque procedit. THOMAS enim pro fundamento ponit distinctionem inter naturam communem et individuam. SCOTUS econtra a natura individua quaerere incipit. Ad quaestionem, quid sit illud proprium, quo natura est personata, SCOTUS respondit: « Personatur non aliquo positivo addito ultra illam entitatem positivam quae est haec natura » (*Opus Oxoniense*, lib. III, d. 1, q. 1, n. 9). Huius sententiae vim et momentum investigaverunt L. SEILLER, O.F.M., *La notion de la personne selon Scot*, in *France Franc.*, 1937, t. XX, et A. GAUDEL, *La théologie de l'Assumptus homo. Histoire et valeur doctrinale*, in *Rev. Sciences Rel.*, 1937, t. XVII, et 1938, t. XVIII, quos auctores A. in trutinam vocat, non omnibus subscribens opinionibus.
P. LAURENTIUS

667. — J. SARRI, *J. Duns Escoto, el doctor sutil, en Comellas y Cluet. La exaltación y preeminencia de Jesucristo y el orden del universo*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 367-378.

Ex operibus theologicis et philosophicis COMELLAS Y CLUET, qui saeculo XIX floruit, seliguntur textus doctrinam primatus Christi illustrantes. Haec expositio exigui est valoris scientifici.

P. LAURENTIUS

668. — JUVENAL DAOUST, O.F.M., *Duns Scot et la reviviscence des sacrements*, in *Studium* (Montréal), 1947, t. II, p. 155-170.

Hic articulus, editus in commentariis a studentibus franciscanis Canadensibus (cf. *supra*, n. 4), dignus est qui hoc loco recenseatur. Exponitur in eo doctrina SCOTI de reviviscentia sacramentorum. Doctor Subtilis affirmat reviviscentiam trium sacramentorum qui characterem animae imprimunt, scil. baptismi, confirmationis et ordinis, imprimis quidem baptismi. Denegat reviviscentiam aperte sacramento poenitentiae et minus aperte eucharistiae, dum non favet reviviscentiae extremae unctionis et matrimonii.

P. BONAVENTURA

668[a]. — NIC. SANDER, O.F.M., *Duns Scotus over het character sacramentalis*, in *Studia Cath.*, 1948, t. XXIII, p. 39-42.

De charactere sacramentali Doctor Subtilis imprimis egit in *Op. Ox.*, IV, d. 6, qq. 9-11. A solam quaest. 10, scil. utrum character sacramentalis sit forma absoluta, exponere intendit, fideliter sequens expositionem Doctoris Subtilis et scienter omnem discussionem historico-doctrinalem omittens. Iuxta SCOTUM character sacramentalis non est forma absoluta, sed forma respectiva vel relatio realis extrinseca, cuius fundamentum est ipsa anima, non quidem ex natura sua, sed ex institutione divina.

P. BONAVENTURA

669. — K. KOSER, O.F.M., *The Basic Significance of Knowledge for Christian Perfection according to Duns Scotus*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 153-172.

Partes quas habet cognitio humana in acquirenda perfectione christiana nondum satis perspectae sunt. A. proponit sententiam SCOTI, quae invenitur praesertim in *Op. Oxon.*, *Prol.*, q. 4, ubi sub duplici respectu, i. e. 1) ex ordine potentiarum et 2) ex «practicabilitate» obiecti rem determinat. A. nonnisi primam considerationem evolvit. Paucis praemissis de conceptu voluntatis ad mentem SCOTI et de eiusdem super intellectum primato enucleatur seu eliminatur, ut rectius dicamus, ope diversarum causarum influxus immediatus cognitionis in perfectionem, cui tantummodo « causalitas dispositiva materialis mediata » (p. 166-167) conceditur. - Haec doctrina intime cohaeret cum thesibus fundamentalibus SCOTI et utile exemplum est ad cognoscendam perspicacitatem Doctoris Subtilis.

P. LAURENTIUS

670. — L. VEUTHEY, O.F.M.CONV., *È Scoto un agostinista?*, in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 214-216.

A. quaedam dicta P. EFREM BETTONI, O.F.M., *Duns Scoto* (*I Maestri del Pensiero*) (Brescia, 1946) excerpit diiudicatque. Utrique persuasum est SCOTUM doctrinas augustinianas methodo, immo et mente aristotelica defendisse. Conflictum enim exsistere inter abstractionem philosophi et « tendentiam familiarem » ad realitatem asseritur. Haec sententia perpenditur relate ad obiectum adaequatum in-

tellectus, univocitatem entis, materiam primam et naturam communem, nullis tamen adhibitis fontibus. Secunda articuli pars nullam cum quaestione proposita necessitudinem habet. P. LAURENTIUS

671. — S.J. DAY, O.F.M. *Intuitive Cognition. A Key to the Significance of the Later Scholastics.* (Franciscan Institute Publications. Philosophy Series. No. 4). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1947. In-8°, XIII-217 p.

Cognitionis problema in quovis systemate philosophico difficillimum est, quia variae intercedunt notiones diversi generis et quia transitus de externis obiectis ad spiritum densis involucris absconditus esse videtur. Quo factum est, ut non una mens esset omnium peritorum, neque medio aevo neque nostris diebus. Quapropter laudandi sunt qui fontes perscrutando tempus atque vires impendunt. A. olim in consilio habuit perfectum conspectum doctrinarum praebere, quae intuitivam cognitionem promoverunt a S. AUGUSTINO ad usque GULIELMUM DE OCKHAM. Sed plures obstabant difficultates (p. XI s.). Quare opportunum visum est introductionem scribere exponendo doctrinam DUNS SCOTI et GULIELMI DE OCKHAM.

Prima libri pars *Aporetical* inscribitur, quia difficultates quae cognitionem sequuntur perpenduntur. A. insistit in defectibus doctrinarum ARISTOTELIS et affirmat ipsum opiniones suas decursu temporis mutasse et probabilius retractationem quorundam fecisse, nisi morte impeditus esset. Deinde doctrina abstractionis exponitur secundum mentem thomistarum. A. utitur articulo R. ALLERS, *Intellectual Cognition* (in *Essay in Thomism*, ed. by R.E. BRENNAN, O.P., p. 41-62, New York, 1942), singula puncta observationibus perstringendo, ex quibus apparere videtur thomisticam doctrinam cognitionis diversis obnoxiam esse obscuritatibus, immo et haud consonis principiis. Aggreditur praesertim axioma: Intellectus est universalium, sensus autem particularium.

Secunda operis pars doctrinam duorum antesignanorum cognitionis intuitivae exponere intendit; unde *Historical* vocatur (p. 37-203). Inprimis quaeritur, quae methodus adhibenda sit ad mentem SCOTI et OCKHAM inveniendam. Nam quidam, uti P. MINGES, O.F.M., et D.M. DE BASLY, O.F.M., spuriis operibus fidem dederunt. Alii, v.gr. L. VEUTHEY, O.F.M.CONV., S. BELMOND, O.F.M., et C. SHIRCEL, O.F.M., confusionem generavere, quia synthesim adstruebant arbitrariam. A. proinde omnes textus, qui ad rem pertinent, producere promittit, eosque tribus in sectionibus distinctis analysi submittit.

Maximi momenti in hac re sunt *Quaestiones Quodlibetales* (ed. VIVÈS, t. XXV-XXVI), quae inter 1304-1308 scripta fuerunt. Pertinent ad ultimam vitae SCOTI periodum. In altera sectione congregantur loci ex *Opus Oxoniense* et *Reportata Parisiensia* deprompti. Demum separatim tractantur notitiae minores sparsae in diversis operibus. In fine singularum sectionum enumerantur *Conclusiones*, quae e textibus expositis sequi dicuntur (p. 67 s., 91 s., 100 s.). En aliquae speciminis causa: SCOTUS clare distinguit inter cognitionem abstractivam et intuitivam. Intuitivus intelligendi actus ad simplicem apprehensionem rei exsistentis et praesentis restringitur. Cognitio intuitiva realem causat relationem; quapropter non habet locum in ordine mere conceptuali. Cognitio intuitiva est perfectior quam abstractiva, etc. Ad dubia contra sententias propositas removenda A. plura problemata discutit (p. 101-134).

Simili etsi breviore modo A. procedit in exponenda doctrina GULIELMI DE OCKHAM (p. 140-203), quae intime cohaeret cum illa SCOTI, quamvis ille praedecessorem suum non in omnibus punctis sequatur et novas quaestiones moveat, v. gr. de cognitione intuitiva rerum non exsistentium. Quattuor enumerantur conclusiones generales (p. 197): 1) Nulla requiritur species pro cognitione intuitiva sensuum. Corporalis sensus sufficit. 2) Pro intuitiva cognitione intellectus requiruntur et sufficiunt facultas et obiectum. Species intellectiva proinde reicitur. 3) Ad notitiam primam abstractivam, sufficit notitia intuitiva cum intellectu. 4) Ad secundam notitiam abstractivam requiritur habitus, sed non species. Haec cognitionis principia in miro et haud facili systemate philosophico involuta sunt et nonnisi ex toto complexu diiudicari debent. - Librum claudit breve caput (p. 207-214) septem exhibens consequentias doctrinae de cognitione intuitiva. A. firmiter tenet: « The fact of intuitive cognition has been definitely established » (p. 208).

Non dubitamus, quin thomistae aliter senserint. Praeprimis contra primam libri partem insurgent; nam praefatus articulus R. ALLERS omnino non sufficit ad veram doctrinam abstractionis illustrandam (cf. M. HABERMEHL, *Die Abstraktionslehre des hl. Thomas von Aquin*, Speyer, 1933; A. DONDAINE, *L'Abstraction*, in *Rev. Néosc.*, 1938, t. XLI, p. 339-373). Methodum adhibitam non semper adprobare possumus. Textus allati neque sufficiunt numero neque qualitate. Idearum evolutio maiore diligentia erat excolenda. Conclusiones non semel praecipitantur. Opus tamen A. magnae sollertiae est testimonium et maximae utilitatis ad ulteriora studia peragenda. P. LAURENTIUS

672. — RUDOLF ALLERS, *Intuition and abstraction*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 47-68.

A. respondit ad librum S. DAY, O.F.M., *Intuitive Cognition. A Key to the Significance of the Later Scholastics* (cf. *supra*, n. 671), in quo sententiae Domini ALLERS haud recte expositae fuerant. A. tamen minime omnia atque singula quae reprehendenda essent aggreditur, sed duas quaestiones evolvere statuit, scilicet 1) Quid psychologiae prodest, si intuitio intellectualis particularium admittitur? 2) Exstantne facta aliqua quae theoriam intuitionis parum idoneam demonstrant et reditum ad thomisticam abstractionis doctrinam vel ad tertiam cognitionis viam expostulant? Nulla datur systematica expositio, sed A. modum cognoscendi sensuum et intellectus describit. Firmiter tenet species sensibiles et intelligibiles necessarias esse ad rei cognitionem. Unde secundum A. actum est de immediata intuitione intellectiva. Non consentit in omnibus cum consuetis thomistarum opinionibus, praesertim cum de imagine seu similitudine rei et reflexione super phantasmata agat. Attamen principiis fundamentalibus adhaeret, et sibi persuasum est facta allata theoriam abstractionis necessariam reddere. P. LAURENTIUS

673. — P. VIGNAUX, *La connaissance intuitive, clé servant à comprendre les derniers scolastiques, par S.J. Day*, in *Rev. Moyen Age Lat.*, 1948, t. IV, p. 72-75.

Recensetur opus de cognitione intuitiva conscriptum a S.J. DAY (cf. *supra*, n. 671). Censor non laudat, imprimis quod tantum de JOANNE DUNS SCOTO et GULIELMO DE OCKHAM A. disseruit, deinde quod GULIELMUS DE OCKHAM ostenditur ut quaestiones peragens quas

instituerat JOANNES DUNS SCOTUS et quae nondum explanabantur, denique quod sententiae scotisticae inconnexae ostenduntur. Laudatur vero A., quia problema de cognitione intuitiva et immediata feliciter exposuit textusque difficiles bene illustravit.

P. JULIANUS EYMARD

674. — JOSÉ MARÍA ALEJANDRO, S.J., *Gnoseología de lo singular según Suárez,* in *Pensamiento,* 1947, t. III, p. 403-425; 1948, t. IV, p. 131-152.

Exponitur, in notitiis de historia problematis praemissis, doctrina JOANNIS DUNS SCOTI et GULIELMI DE OCKHAM de cognitione singularium.

675. — MIGUEL CRUZ HERNÁNDEZ, *La intencionalidad en la filosofía de Francisco Suárez,* in *Revista de Filosofía* (Madrid), 1948, t. VII, p. 767-791.

Tractat etiam de JOANNE DUNS SCOTO, a quo doctrina FRANCISCI SUÁREZ, S.J., de « intentionalitate » incipit.

676. — ET. GILSON, *L'objet de la Métaphysique selon Duns Scot,* in *Mediaev. Studies,* 1948, t. X, p. 21-92.

A. per triginta iam annos in explicanda doctrina Doctoris Subtilis insudat. Quantae diligentiae opus sit, praefata testificatur indagatio, quae minuta analysi obiectum metaphysicae ad mentem SCOTI describit. At, statim videmus SCOTUM theologiam invocare ad limites metaphysicae determinandos, quia negat « quod naturaliter cognoscimus ens esse primum obiectum intellectus nostri secundum totam indifferentiam entis ad sensibilia et insensibilia » (p. 35). Quapropter A. metaphysicam cum fundamentalibus conceptibus theologiae comparat (p. 44 s.), ut obiectum « primae scientiae » detegat. Non possumus singula afferre, quamvis maximi essent momenti pro disciplina theodiceae. Nostra praesertim interest inquisitio qua discrimen inter SCOTUM et S. THOMAM AQ. delineatur. Aquinas firmissime tenet cognitionem humanam natura sua abstractivam esse, ita ut obiectum intellectus sit quidditas rei sensibilis. SCOTUS vero docet rationem entis, sub qua intellectus cognoscit, universaliorem esse quam rationem quidditatis sensibilis (p. 55); abstractionem pro statu viatoris (propter poenam peccati originalis et ex mera voluntate Dei) non natura potentiae cognoscitivae intellectus requiri; per se enim animam habere potentiam intelligendi immediate intelligibilia in actu ad modum angelorum, i. e. ipsam gaudere intuitione intellectuali (p. 62 s.). Haec doctrina quae fundatur tum in conceptu entis tum in natura intellectus, diversas profundasque evocat quaestiones, quae ab A. magistrali prorsus modo elucidantur. Demum *esse commune* seu univocationem entis ad mentem SCOTI explicatur. Nec C. L. SHIRCEL, O.F.M., *The Univocity of the Concept of Being in the Philosophy of Duns Scotus* (Washington, 1942) nec TIMOTHEUS BARTH, O.F.M., *Zum Problem der Eindeutigkeit. Ein Beitrag zum Verständnis ihrer Entwicklung von Aristoteles über Porphyrius, Boëthius, Thomas von Aquin nach Duns Skotus,* in *Phil. Jahrbuch,* 1942, t. LV, p. 300-321, consideraverunt influxum, quem AVICENNA per conceptum essentiae in

SCOTUM exercuit, usquedum conceptum univocationis metaphysicae seu essentiae purae elaboraverat. SCOTUS minime negat conceptum analogum. Sed persuasum sibi est tali conceptu altissimum problema metaphysicae solvi non posse. Proinde iam a radice diversificantur systemata scotisticum et thomisticum et optime dicit A.: « Si l'objet premier de la connaissance n'est pas le même dans les deux doctrines, leurs noétiques seront nécessairement différentes. C'est en raison de ses principes qu'on peut et doit choisir l'une d'entre elles » (p. 92).

P. LAURENTIUS

677. — A.B. WOLTER, O.F.M. *The Transcendentals and their Function in the Metaphysics of Duns Scotus.* (Franciscan Institute Publications. Philosophy Series. Nr. 3). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1946. In-8°, XVI-200 p.

In systemate philosophico thomistarum tractatus de transcendentalibus in logica absolvitur. Secundum DUNS SCOTUM vero transcendentalia in ipsa metaphysica seu prima philosophia pertractanda sunt, cuius obiectum constituunt. Unde statim momentum huius doctrinae apparet, et grati erunt omnes SCOTI asseclae de nova hac dissertatione, quam A. ad lauream in Universitate Catholica Washingtoniensi obtinendam exaraverat (The Catholic University of America. Philosophical Series. Vol. XCVI).

Duobus sectionibus, maxima claritate expositis, A. de natura transcendentalium in genere et de singulis eorum speciebus loquitur. Praesto erat A. textus principalis (*Opus Oxoniense*, lib. I, d. 8, q. 3, n. 18-19), ex quo fere omnes quaestiones erui possunt. A. tamen nullum SCOTI scriptum neglexit; immo et manuscripta et lectiones variantes adhibuit, ut genuinam doctrinam Doctoris Subtilis proponeret.

Ex primo capite, quod definitionem et divisionem transcendentalium exhibet, seligimus quaedam notatu digna. A. bene advertit in tractatu de transcendentalibus agi de conceptibus seu notionibus, quae tamen ad ordinem metaphysicum, id est realem, et non ad logicum ens tantum referuntur. Definitio eorum sonat: « Quidquid convenit enti inquantum est indifferens ad infinitum et finitum, convenit ei prius quam dividatur in genera, et ita est transcendens ». Haec definitio latius patet quam illa S. THOMAE, sed ad illam redit quae S. ALBERTO M. adscribitur (p. 9). Divisio proinde transcendentalium attento animo persequenda est. Quattuor enumerantur species: 1) *Ens*, quod est primum transcendens; 2) *Passiones entis simpliciter convertibiles*, sicut unum, verum, bonum, quia sequuntur ens non inquantum determinatur ad aliquod genus; 3) *Attributa disiuncta*, ubi opposita distinguuntur contra se, sicut necessarium vel possibile, actus vel potentia, simplex vel compositum, absolutum vel relativum etc.; 4) *Perfectiones simpliciter*, quae sunt duplicis modi: aut dicuntur de Deo solo, sicut omnipotentia et omniscientia, aut dicuntur de Deo et creatura aliqua, sicut sapientia, cognitio etc. Tota secunda libri pars in eo est, ut has singulas species large et profunde interpretetur.

Cum dictum fuerit SCOTUM transcendentalia conceptus reales vocare, demonstrandum est qua ratione hoc admittatur. A. integrum caput secundum (p. 14-30) in hunc finem devovet, in quo « the objective basis for real concepts » adstruitur. Sermo est de distinctione formali et modali (« the author is inclined to believe that Scotus regarded it as a distinction *a parte rei* but less than the strict formal distinction », p. 24) et de « natura communi ». Deinde enucleatius determinatur, quid SCOTUS de *univocitate* entis senserit (p. 31-57). Sententia sat diffusa tenet SCOTUM ex industria doctrinam S. THOMAE impugnare. At vero, A. advertit SCOTUM directe theoriam illuminationis S. AUGUSTINI, prout haec ab HENRICO GANDAVENSI proposita fuit, adversari (p. 32), ut propriam cognitionis theoriam promoveat. A. diligenti analysi et prudenti modestia explanat textus et sententias, quae pro vel contra opinionem Doctoris Subtilis militant.

Cum secunda operis pars, uti superius diximus, nonnisi singulas transcendentalium species describat, his immorari vix expedit. In fine libri tamen pauca dicuntur de necessitudine inter metaphysicam et naturalem theologiam ad mentem SCOTI, quae omnino ad rem pertinent. Nam agitur de obiecto primario metaphysicae. Alios auctores sequens, A. tenet ARISTOTELEM haud claram ideam de hac quaestione habuisse, cum ipse in « Prima Philosophia » non de metaphysicis rebus tantum, sed etiam de physicis et logicis elementis locutus sit; ipsum insuper ancipitem esse, « utrum subiectum metaphysicae sit ens inquantum ens, sicut posuit AVICENNA, an Deus vel Intelligentiae, sicut posuit AVERROES » (SCOTUS). É. GILSON, *Avicenne et le point de départ de Duns Scot* (in *Arch. Hist. Doctr. Litt. M.A.*, 1927, t. II, 89-149) dixerat SCOTUM sequi AVICENNAM. Re enim vera SCOTUS tenet Deum esse subiectum metaphysicae; « sed aliter est ponendum quam ponit Averroes ». Iste namque exsistentiam Dei physicis voluit argumentis probare. SCOTUS econtra Deum considerat metaphysico sub respectu. SCOTUS videtur synthesim inter AVICENNAM et AVERROEM vel, ut melius dicamus — ait A. (p. 181) — inter elementa heterogenea ARISTOTELIS tentasse. Cuius tentaminis specimen probabilius in opere *De Primo Principio* prostat. P. LAURENTIUS

678. — MIGUEL OROMÍ, O.F.M., *Teoría de las distinciones en el sistema escotista*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 257-282.

Notum est doctrinam DUNS SCOTI de distinctionibus saepius ansam ad falsas interpretationes dedisse. Immo nec inter ipsos asseclas una atque eadem mens reperitur. Quapropter grata erit clara A. expositio, quae primum theoriam distinctionum cum diversis identitatis formis comparat, deinde species distinctionum enumerat atque explicat necnon a compositionis conceptu secernit. Brevi, sed optimo conspectu omnes auctores franciscales ab A. adducuntur qui eandem doctrinam, etsi non semper iisdem verbis proposuerunt: S. BONAVENTURA, PETRUS JOANNIS OLIVI, MATTHAEUS DE AQUASPARTA, PETRUS DE TRABIBUS, PETRUS DE FALCO, ROGERIUS DE MARSTON, ADAM DE LINCOLN, GULIELMUS DE WARE et ALEXANDER DE ALEXANDRIA. Ex hac elucubratione denuo apparet SCOTUM non intendisse S. THOMAM AQ. oppugnare, sed rem ipsam profundius penetrare celebri distinctione formali.
P. LAURENTIUS

679. — JUAN ROIG GIRONELLA, *Algunas observaciones sobre la distinción modal y sobre la distinción escotística Formalis ex natura rei*, in *Estud. Ecles.*, 1944, t. XVIII, p. 201-215.

680. — TIMOTHEUS BARTH, O.F.M., *Duns Skotus und die menschliche Existenz*, in *Der Mensch vor Gott. Beiträge zum Verständnis der menschlichen Gottbegegnung* (*Festschrift Th. Steinbüchel*), p. 80-103, Düsseldorf, 1948.

Acta O.F.M., 1949, t. LXVIII, p. 291, sequentia notant: A. ex SCOTI operibus, secundum actualem criticae litterariae statum authenticis et nonnullis manuscriptis ineditis anthropologiam SCOTI quattuor argumentis exponit. In primo consideratur homo velut huius mundi visibilis perfectio atque absolutio ac microcosmos, in quo omnes entis gradus conveniunt. - Secundum hominis esse personale, i. e. suiipsius conscientiam et exsistentiam incommunicabilem evolvit. - In tertia parte agitur de cognitione humana, quae dividitur ad mentem SCOTI in perfectam vel intuitivam et imperfectam seu abstractivam. - Demum actus voluntatis, qui summum gradum essendi constituunt, et doctrina de voluntatis obiectis seu valoribus perpenduntur. Pluribus iam indagationibus A. probavit se inter primos Doctoris Subtilis commentatores adnumerandum esse. P. LAURENTIUS

2. - *A Joanne Duns Scoto ad fundationem Ordinis Fr. Min. Capuccinorum (1309-1528)*

B. Angela de Foligno, T.O.F., † 4 ian. 1309

Vide etiam: 422 S. Franciscus Salesius; 426 Carolus L. Grimminck.

681. — ANTONIO BLASUCCI, O.F.M.CONV., *La B. Angela da Foligno, 1248-1309, « magistra theologorum »*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 171-190.

In praesenti studio breviter adumbrantur origo scriptorum B. ANGELAE A FULGINEO (*Memoriale Fratris Arnaldi, Exhortationes, Litterae*), eiusdem influxus ac moderatio spiritualis et aliqua capita doctrinae ipsius mysticae feminae; desiderium et votum tandem exprimitur, ut quam citius titulo Sanctitatis a supremo Ecclesiae oraculo decoretur.

Quamvis B. ANGELA suo iam tempore a devotis « filiis spiritualibus » quadam orationis luxurie « magistra theologorum » nuncupata sit, vix assentire possumus sententiae A. hoc honoris vocabulum habere « una nota di attualità per tutti i tempi » (p. 182). Totam enim historiam spiritualitatis religiosae perspicientes fateri debemus ipsam magnam, sed non summam doctrinae mysticae theologiae altitudinem attigisse. - Immerito, uti nobis videtur, concluditur ex verbis FR. ARNALDI « ...ubi ego morabar conventualis » (p. 172) ipsum non pertinuisse ad coetum Spiritualium, qui Beatam tamquam matrem habebant (p. 177), cum nil aliud dicant nisi ipsum de familia Fratrum Assisii fuisse - Falsa opinio subest sententiae: « Quando si ama, non si condanna » (p. 178). Amor enim quandoque condemnare debet renitentes, sicut fecit S. Paulus (*I Cor.* V, 5) et Mater Ecclesia saepe facit. P. LAURENTIUS

682. — METODIO DA NEMBRO, O.F.M.CAP., *La B. Angela da Foligno mistica della croce*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 78-92.

Ex scriptis, quae nomine B. ANGELAE divulgata fuerunt, A. pulcherrimas sententias collegit disposuitque ad lectorum utilitatem. Non immerito prima operum editio (Paviae, 1538) adhibuit titulum: *Theologia Passionis*. Quam a fratribus (S. FRANCISCO, S. BONAVENTURA, JACOPONO TUDERTINO) et sanctimonialibus (S. CLARA, S. MARGARITA DE CORTONA) haereditavit crucis dilectionem, ad apicem perduxit. A. tamen partes horum amatorum Christi Passionis ad diligentiorem cognitionem non revocavit.

Minus recte dicitur *Memoriale* FR. ARNALDI anno 1297 ad finem perductum et a cardinali J. COLONNA adprobatum fuisse (p. 81, n. 10); nam iste die 10 maii 1297 a munere suo amotus fuit et antea Fratres Minores totum opus ad trutinam vocavere (cf. M.J. FERRÉ, *Le livre de l'expérience des vrais fidèles par S. Angèle de Foligno*, p. XXXVII, Paris, 1927). P. LAURENTIUS

Nicolaus Bozon, O.Min., fl. 1310/20

683. — M. AMELIA KLENKE, O.P. *Three Saints' Lives by Nicholas Bozon*. Edited with introduction and notes. (Franciscan Institute Publications. History Series, 1). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1947. In-8°, LXXVIII-123 p.

De NICOLAO BOZON, O.MIN., scriptore anglo-normannico, an. 1938 EGON KÜTER, O.F.M., dissertationem scripsit, qua eiusdem vitam et opera, imprimis opus praecipuum *Contes moralisés*, illustravit (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 553-555). In dissertatione, a Sor. M. AMELIA KLENKE primum conscripta ad lauream in Universitate Yale adipiscendam et postea aucta, eduntur hagiographica poemata ab eodem Fratre NICOLAO composita de sanctis Maria Magdalena, Martha et Margarita. Cum hoc opus ipsi inspicere et examinare nondum potuerimus, lectorem remittimus ad recensionem de illo a P. HUGOLINO LIPPENS, O. F. M., factam in *Arch. Franc. Hist.*, 1950, t. XLIII, p. 186-187. P. BONAVENTURA

Arnaldus de Villanova, fautor Spiritualium, † 6 sept. 1311

Vide etiam: 635 «Epistulae ad Fratres Minores»; 770 «Spiritus Catalauniae».

684. — ARNAU DE VILLANOVA. *Obres catalanes.* Vol. I: *Escrits religiosos.* Vol. II: *Escrits mèdics.* A cura de M. BATLLORI, S.J. Prolèg de J. CARRERAS I ARTAU. (Els Nostres Clàssics. Col. A. Vol. 53-56). 2 vol. Barcelona, Editorial Barcino, 1947. In-8°, 257 et 277 p.

Inter haec scripta celebris ARNALDI DE VILLANOVA nil invenimus, quod ad Ordinem Fratrum Minorum spectat, quamvis compertum sit ipsum S. FRANCISCI filios speciali dilectione prosecutum esse. In operibus eius latinis vero saepius de Fratribus Minoribus loquitur. In prologo, econtra, tres nominantur Fratres Minores: Frater BERNARDUS DÉLICIEUX (p. 26-27), qui immerens accusatus fuit de crimine veneficii contra personam Summi Pontificis BENEDICTI XI; quomodo res se habuerit breviter exponitur. ARNALDUS, qui doctrinis Spiritualium imbutus erat, Avenione HUBERTINUM DE CASALE aliosque eiusdem factionis fratres invenit (p. 28-29), quibuscum reformationem laicorum virorum promoveret (cf. GRATIEN [DE PARIS], O.F.M.CAP., *Histoire de la fondation et évolution de l'Ordre des Frères Mineurs au XIII^e siècle*, p. 434 s., Paris, 1928). Denique certiores facti sumus (p. 46) inter scripta ARNALDI deperdita fuisse *Reponsionem* quandam ad BARTHOLOMAEUM SICARDI, O.MIN. P. LAURENTIUS

685. — RENÉ VERRIER. *Études sur Arnaud de Villeneuve.* Tom. I. Leiden, E.J. Brill, 1947. In-8°, 87 p. cum ill.

Cf. *infra*, n. 686.

686. — J. CARRERAS Y ARTAU - M. BATLLORI, S.J., *La patria y la familia de Arnau de Vilanova: a propósito de un libro reciente*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1947, t. XX, p. 5-75.

Eodem tempore, quo illi duo cl. AA. ediderunt *Obres catalanes* ARNALDI DE VILLANOVA, RENÉ VERRIER publici iuris fecit primam partem indagationum suarum de eodem celebri viro (cf. n. 685), in qua probare intendit ARNALDUM non ex Catalaunia originem traxisse, sed ex Provincia in Gallia, et quidem ex oppido Villeneuve-lès-Vence aut potius Villeneuve-Loubet. J. CARRERAS Y ARTAU hanc thesim evertit demonstrando 1) nullum exstare documentum (in margine adnotatur R. VERRIER dimidiam tantum partem operum catalaunicorum ARNALDI

cognoscere), quod exactum locum et diem nativitatis ARNALDI exhiberet; 2) originem tamen ex terra hispanica proculdubio erui posse; 3) ARNALDUM in provincia ecclesiastica Valentiae incardinatum fuisse.

Argumenta potiora in favorem suae theseos deduxit R. VERRIER ex linguae genere ab ARNALDO adhibito, habens pro certo idem idioma in tribus regionibus Languedoc, Provence et Cataluña in usu fuisse. Quam opinionem M. BATLLORI acuta analysi linguistica dissolvit. Ad illustrandum discrimen inter « pla català » et « provençal » recurrit A. ad auctoritatem quoque RAYMUNDI LULLI.

Originem ARNALDI ex Provence R. VERRIER demum patrocinari voluit documentis, ex quibus apparet ipsum consobrinum fuisse duorum fratrum JOANNIS et ERMENGAUDI BLASI in civitate Montis Pessulani (Montpellier). Quae propinquitas a BATLLORI examinatur admittiturque, quin deductionibus partim falsis R. VERRIER subscribat. Instruimur (p. 32) matrem illorum duorum medicorum BLASI Fratribus Minoribus Montis Pessullani centum libras parvorum turonensium testamento legavisse. - Finem articuli faciunt 21 documenta ad verbum alligata (p. 53-75), quae operositatem publicam ARNALDI et fratrum BLASI illustrant. P. LAURENTIUS

687. — M. BATLLORI, S.J., *La documentación de Marsella sobre Arnau de Vilanova y Joan Blasi*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1948, t. XXI, p. 75-119.

Ut sententiam suam de origine ARNALDI DE VILLANOVA (cf. *supra*, n. 686) magis confirmet, A. documenta Marsiliae in *Archives des Bouches-du-Rhône* et *Archives communales* conservata et a R. VERRIER non integre edita, denuo examinat eorumque textum integrum proponit. Unde corroboratur sententia ARNALDUM non in oppido Villeneuve-lès-Vence (Villeneuve-Loubet), sed in Catalaunia natum esse, et probabilis apparet hypothesis eum e familia oriunda e Villeneuve-lès-Vence in Provincia, quae a religione iudaica ad christianam transierat, originem duxisse. Huiusmodi origine certae res ad vitam et indolem ARNALDI pertinentes melius intelligerentur. P. BONAVENTURA

688. — J. CARRERAS ARTAU, *Del epistolario espiritual de Arnaldo de Vilanova*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 79-94, 391-406.

Tractatus epistolarum christianarum, auctore ARNALDO DE VILLANOVA, servatur in *cod. Vat. lat. 3824*, f. 98r-110v; ex quo quidem codice seliguntur et eduntur duodecim epistolae paraeneticae, scriptae an. 1301-1302, ut auctor suum commentarium *De cymbalis Ecclesiae* per orbem divulgaret. Sciendum est enim quod ARNALDUS DE VILLANOVA quasdam singulares opiniones de proximo Christi adventu propugnaverat, quas theologi Parisienses vehementer impugnabant, ipse vero in laudato tractatu *De cymbalis Ecclesiae* illas confirmare nititur, ut his epistolis explicatur, quae insuper quasdam notitias biographicas exhibent et indolem auctoris penitius referunt. Duae Ordinem Minorum respiciunt: una ad communitatem coenobii Parisiensis mittitur, altera ad incolas coenobii Montis Pessulani; utraque tamen iam edita erat a J. POU Y MARTÍ, O.F.M., *Visionarios, beguinos y fraticelos catalanes* (*siglo XIII-XV*), p. 48-50, Vich, 1930. Hae litterae significare videntur initium necessitudinis, quam deinceps usque ad obitum cum Fra-

tribus Spiritualibus ARNALDUS DE VILLANOVA habuit. - Transcriptio textus est fidelis, sed absque commentario critico; praemittitur vero introductio satis erudita de momento harum epistolarum. Cf. etiam *supra*, n. 634. P. MELCHIOR

689. — J. CARRERAS I ARTAU, *Arnau de Vilanova et les mouvements mystiques du midi de la France*, in *Rev. de Synthèse*, 1948, t. XXIII, p. 21-26.

Motus spirituales et mystici, tam christiani quam iudaico-cabalistici, saec. XIII exeunte Galliam meridionalem agitantes, non exiguam vim habuerunt in mysticismum propheticum ARNALDI DE VILLANOVA, ideoque illorum cognitio ad huius rectam interpretationem multum confert. P. BONAVENTURA

690. — J. CARRERAS Y ARTAU, *Arnaldo de Vilanova, apologista antijudaico*, in *Sefarad*, 1947, t. VII, p. 49-61.

Ordo Praedicatorum iam anno 1259 ordinaverat institutionem alicuius Collegii pro linguis orientalibus addiscendis, cuius moderator fuit RAYMUNDUS MARTÍ, O.P. Hic scripsit librum *Pugio fidei adversus iudaeos*, Barcinone, 1278. ARNALDUS DE VILLANOVA, cum annis 1281-1285 in eadem civitate commoraretur, ab illo insigni magistro linguam hebraicam et talmudicas atque rabinicas litteras didicit. Ad medicinae cathedram Montis Pessulani evectus, ut nefastum influxum iudaeorum illius regionis arceret, an. 1292 opusculum composuit, quod inscribitur *Allocutio super significatione nominis Tetragrammaton tam in lingua hebraica quam latina et super declaratione mysterii Trinitatis evidentibus rationibus atque signis* (*cod. Vat. lat. 3.824*, f. 13-28). ARNALDO persuasum erat mysterium SS. Trinitatis, quo christiani a iudaeis maxime secernerentur, iam in sublissimo nomine Dei *Jahveh* contineri. Miris prorsus principiis hermeneuticis, quae ARNALDUS in altero libello *Introductio in librum Joachim de semine scripturarum* (*cod. cit.*, f. 1-12) exposuerat, ex quattuor litteris tam hebraicis quam latinis IHVH deducit trinitatem personarum et unitatem naturae in divinis. Non possumus has cavillationes exponere.

ARNALDUS DE VILLANOVA medium tenet inter RAYMUNDUM MARTÍ et BERNARDUM OLIVER, O.S.A., qui auctor est *Tractatus contra perfidiam iudaeorum* (in *Sefarad*, 1945, t. V, p. 311-336). Differunt tamen hi tres scriptores antiiudaici in eo, quod MARTÍ profunda cognitione S. Scripturae argumentatur, ARNALDUS vero speculatione arbitraria et abstrusa, dum OLIVER obiective procedit, sed methodo academica saec. XIV, quae rem scholasticis distinctionibus et difficultatibus fastidiosam effecit. P. LAURENTIUS

Joannes de Murro, O.Min., † 1312

691. — EPHREM LONGPRÉ, O.F.M., *L'œuvre scolastique du cardinal Jean de Murro, O.F.M.* († *1312*), in *Mélanges Auguste Pelzer* (cf. *supra*, n. 102), p. 467-492, Louvain, 1947.

In *cod. Paris. Nat. lat. 16407*, de quo iam FR. MITZKA, S.J., A. LANDGRAF, O. LOTTIN, G. ENGLHARDT, R. AUBERT plus minus scripserunt, adservatum esse *Commentarium in Sent.* cardinalis JOANNIS DE

Murro, O.Min., tenet eruditus A. Praemissis de hoc praeclaro viro brevibus notitiis biographicis, describitur *cod. 16407*, qui continet, praeter duo *Principia* et *Comment. in I Sent.* (f. 9ra-24ra), anonymum *Comment. in I-IV Sent.* (f. 29ra-235ra), cuius alia exemplaria manuscripta nondum reperta sunt. Hunc *Commentarium* A. credit, propter citationes *Regulae S. Francisci* in eodem allatas, esse cuiusdam Fratris Minoris, et quidem Joannis de Murro, quia in margine manuscriptae litterae *M* et *P* solummodo *Murro* et *Petrus* (*Olivi*) significare possent, deinde quia quidam citatus *fr. Symon* nemo alius esset nisi Simon de Lens, O.Min., eiusdem igitur Ordinis et temporis et loci socius, denique quia in hoc *Comment. in Sent.*, II, d. 25, q. 3 et 4 (*cod. Paris. Nat. lat. 16407*, f. 116vb-117ra) iam eadem singularis doctrina proponeretur ac in eiusdem Joannis de Murro *Quaestione disputata de libero arbitrio* adservata in *cod. Paris. Nat. lat. 15865*, f. 7rb-8ra. Hos duos textus A. in appendice edit, sicut et elenchum *Quaestionum disputatarum* in eodem *cod. Paris. Nat. lat. 15865*, f. 1ra-15ra, adservatarum et saltem ex parte eidem Joanni de Murro adscriptarum.

Contra sententiam A. gravia argumenta exposuit O. Lottin in *Rev. Hist. Éccl.*, 1949, t. XLIV, p. 153-172: *Le Commentaire sur les Sentences de Jean de Murro est-il trouvé?*, et in *Psychologie et Morale aux XII^e^ et XIII^e^ siècles*, t. III, part. 2, p. 513, nota 1 (Louvain-Gembloux, 1949). Ostendit enim scriptorem (auctorem?) dicti *Commentarii in I-IV Sent.* saepius post nonnulla inter se iuncta capita descripta reliquisse spatia vacua, quae posteriore tempore novis textibus expleret, ideoque duas haberi series textuum, priorem (Commentarium *A*) et posteriorem (Commentarium *B*). Commentarius *A*, uti O. Lottin demonstrat circa doctrinam de conscientia et synderesi, non usus est auctoribus nisi anterioribus anno 1260, dum Commentarius *B* allegat Simonem de Lens, qui tamen iam inter an. 1273-1280 de sententiis legit. Huiusmodi fontium usus vel melius omissio intelligi non potest, si idem *Commentarius* Joanni de Murro adscribitur, quippe qui non ante an. 1283 de sententiis legit. Quia insuper doctrina Commentarii *A* de libero arbitrio in re praecipua doctrinam *Quaestionis disputatae* Joannis nullomodo tradit, sed magis accedit ad doctrinam S. Bonaventurae, idem *Commentarius* ab O. Lottin non Joanni de Murro, sed cuidam discupulo Doctoris Seraphici, qui ante an. 1270 scripsit, prudenter tribuitur. P. Bonaventura

Alexander Bonini de Alexandria, **O.Min.**, † 5 oct. **1314**

Vide etiam: 7 manuscripta; 391 supernaturale: 678 theoria distinctionum.

692. — C. Fabro, C.P.S., *Una fonte antitomista della metafisica suareziana*, in *Div. Thom.* (*Plac.*), 1947, t. XXIV, p. 57-68.

Tractans in celebri opere *Disputationes metaphysicae* de distinctione inter essentiam et exsistentiam, Fr. Suárez, S.J., pro distinctione rationis, quam ipsemet tenet, imprimis allegat auctoritatem Alexandri Halensis «in VII Metaph., t. 22». Hoc tamen opus non esse Alexandri Halensis, sed Alexandri de Alexandria, O. Min., iam M. Grabmann denuntiavit (cf. *Mittelalterliches Geistesleben* [München, 1926], p. 529: «Der mehrfach eingeführte Aristoteleskommentar des Alexander Halensis stammt in Wirklichkeit von Alexander von Alessandria »). Etsiamsi itaque meritum primi invenientis non tribuendum sit A. praesentis dissertationis, tamen optime de hac re meruit, quia primus rem accuratius perquisivit et, textus Alexandri cum expositione Doctoris Eximii conferens, clare ostendit, quomodo Fr. Suárez propriam doctrinam de distinctione rationis ab Alexandro

de Alexandria mutuatus sit et etiam in doctrina circa actum et potentiam et circa analogiam attributionis ab eodem profectus sit.

P. Bonaventura

693. — Ramón Ceñal, S.J., *Alejandro de Alejandría: su influjo en la metafísica de Suárez*, in *Pensamiento*, 1948, t. IV, num. spec., p. 91*-122*.

Non de sancto Patriarcha Alexandrino, ut in *Bibl. Hisp.*, sec. 1, 1948, t. VI, n. 33.504, falso asseritur, A. huius dissertationis tractat, sed de Alexandro Bonini de Alexandria (Alessandria in Italia), in universitate Parisiensi magistro, an. 1313 electo Ordinis Minorum Ministro generali, † 1314. Huius magistri *Commentario in Metaph.* Doctorem Eximium in *Disputationibus Metaphysicis* usum esse, iam M. Grabmann et C. Fabro denuntiaverunt (cf. *supra*, n. 692). Praesentem autem expositionem inspicere nondum potuimus, ideoque accuratiores notitias referre non possumus. P. Bonaventura

Bertramus de Ahlen, O.Min., fl. 1315

694. — Michael Bihl, O.F.M., *Fr. Bertramus von Ahlen, O.F.M., ein Mystiker und Scholastiker, c. 1315. (Vorab über dessen Schrift: « De laude Domini novi saeculi »)*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 3-48.

Bertramus de Ahlen, Guestfalus, Prov. Coloniensis O. Min. alumnus, in conventu Monasteriensi an. 1307/8 et postea (1315) s. theologiae lector, opusculum mysticum, postea oblivioni traditum, scripsit *De laude Domini novi saeculi*, quod fratri Gerardo de Pomerio, s. theologiae magistro et provinciali Ministro Coloniensi (1304-1309) dedicavit. Composuit insuper alium tractatum mysticum *De investigatione Creatoris per creaturas* et compendium quoddam doctrinale *Excerpta super 15 Quodlibetis, I et II parte Summae Henrici de Gandavo et 10 Quodlibetis Godefridi de Fontibus et tribus Jacobi de Viterbio*. A. in prima parte suae discussionis accuratam exhibet descriptionem codicographicam istorum trium operum, addita in appendice descriptione codicum manuscriptorum in quibus conservatur *Tractatus de compassione B. V. Mariae*, compositus a Bertholdo Kule, lectore Lubicensi, O.Min., saec. XV, qui tractatum Bertrami *De investigatione* denuo pertractaverat. Disserit deinde A. de argumento et indole primi opusculi *De laude Domini novi saeculi*, in quo fr. Bertramus hominis viatoris ascensionem in cognitione Dei perfectissimi exposuit plane sequens opera et rationem Pseudo-Dionysii, dum in alio tractatu mystico *De investigatione* omnino sequitur S. Bonaventurae *Itinerarium mentis in Deum*. Post nonnullas animadversiones de notitiis quas A. Combes in dissertationibus de Joanne Gerson an. 1939-1945 editis de opusculo *De laude Domini* eiusque auctore attulerat, A. in altera parte discussionis suae exhibet praecipuos locos eiusdem opusculi, sive textum ad verbum describens iuxta codicem scriptum, initio saec. XV, in monasterio Canonicorum Reg. S. Augustini in Frenswegen (Hannover) et nunc adservatum Argentorati, *Bibl. Univ., Lat. 122 (125)*, sive auctoris sententias et verba compressius reddens. Dissertatio A., ea qua ipse floruit eruditione diligentissime exarata, cum plures easque certas notitias de fr. Bertramo, usque

adhuc fere ignoto, attulerit, historiae theologiae scholasticae et mysticae, praesertim in Germania, cultoribus gratissima erit.

P. BONAVENTURA

B. Raymundus Lullus, T.O.F., † 29 iun. 1316

Vide etiam: 65 opera manuscripta in Bibl. Regia, Hafniae: 322 Schola Lullistica Maioricensis: 359 philosophia franciscana; 393 primatus Christi: 461, 478 Assumptio B.M.V.: 484 Maternitas spiritualis B.M.V.: 662 SS. Trinitas: 770 «Spiritus Catalauniae».

695. — RAMÓN LLULL, T.O.F. *Obras Literarias. Libro de Caballería. - Blanquerna. - Félix. - Poesías.* Edición preparada y anotada por los Padres MIGUEL BATLLORI, S.I., MIGUEL CALDENTEY, T.O.R. Introducción biográfica de Don SALVADOR GALMÉS. Introducción al «Blanquerna» del Padre RAFAEL GINARD BAUÇÁ, T.O.R. (Biblioteca de Autores Cristianos, 31). Madrid, La Editorial Católica S.A., 1948. In-8°, XIX-1149 p.

Sequentia B. RAYMUNDI LULLI opera litteraria, quae saepius elementa doctrinalia continent, eduntur: *Libro de la Orden de Caballería, Libro de Evast y Blanquerna, Felix o Maravillas del mundo. Poesías.* Attamen his ex titulis non elucet quantis rebus et doctrinis plenae sint paginae huius celeberrimi scriptoris franciscalis. Neque longior descriptio valeret multitudinem expandere notitiarum, quae praesertim in operibus *Blanquerna* et *Maravillas* inveniuntur. Quis enim tractatum *De arte contemplationis* inter fabulam Romanensem quaereret? In libro illo de mundo LULLUS de Deo et angelis quoque loquitur. Ut haec varietas intelligatur necesse est vitam RAYMUNDI mirabilem prae oculis habere. GALMÉS omnia LULLI momenta et itinera insequitur et chronologiam admodum perfectam vitae eius agitatae adstruit. Editur insuper vita antiquissima latina simulque eiusdem hispanica translatio. Magni aestimamus bibliographiam (p. 81-93) diligenter confectam, quae de operibus, manuscriptis, vitis, indagationibus scientificis necnon de historica lullismi evolutione agit. Singula denique capita adnotationibus multis illustrantur, ita ut editio vere utilis prostet.

P. LAURENTIUS

696. — RAMÓN LULL. *Das Buch vom Liebenden und Geliebten. Eine mystische Spruchsammlung.* Aus dem Altkatalanischen übersetzt und herausgegeben von LUDWIG KLAIBER. Olten, Verlag Otto Walter A.G., 1948. In-8°, 156 p.

Vulgatur prima versio germanica operis RAYMUNDI LULLI *Llibre de Amic e Amat* ex antiquo textu catalaunico, quam publici iam iuris fecerat idem L. KLAIBER in *Wiss. Weish.*, 1938, t. V, et 1940, t. VII. Praemittuntur duo capitula ad lectoris eruditionem, quorum primum de vita LULLI contractum praebet conspectum (p. 11-29), alterum doctrinam mysticam huius operis delineat (p. 30-42). Textus desumitur ex optima editione *Obres de Ramón Llull*, t. IX, p. 379-431, Palma de Mallorca, 1914. Versiculi obscuri brevibus elucidantur adnotationibus.

Opus *Llibre de Amic e Amat* est breviarium quoddam mystici amoris: nam omnia quae animam Deum sitientem movent in his 366 sententiis continentur. Nullum subest opusculo systema, etsi non de-

fuerint qui ibi *Itinerarium mentis in Deum* indagare voluere. Indubius est permagnus influxus spiritualitatis franciscalis (p. 33 s.). Sed non raro propriae opiniones philosophicae viam obstruunt et nisi adnotationes auxilio venissent viator facile desperaret de felici progressu. Has notulas in fine libri posuit A., quin asterisco vel alio signo lectorem moneret de adminiculo opportuno. Editio haec placet et nitida veste et typis omni cura cultis. P. LAURENTIUS

697. — RAMÓN LLULL. *Das Buch vom Liebenden und Geliebten. Geistliche Gleichnisse.* Aus dem Katalanischen übertragen und eingeleitet von MAURICE AUBRY. Zürich, Thomas-Verlag, s.a. (1948). In-8°, 125 p.

Casu certe accidit, ut eodem anno ac eadem in regione idem opusculum *Llibre de Amic e Amat* RAYMUNDI LULLI diem viderit. Si editio quam LUDOVICUS KLAIBER procuravit pulchrior atque elegantior dici potest, haec sive in introductione sive in versione magis ad rem accommodata esse videtur, scilicet ad usum pium. Prior litterarum elegantiorum cultores satisfaciet (pro ipsis adduntur in fine notitiae bibliographicae de vita et operibus LULLI); haec vero placebit quaerentibus aquam vivam e fontibus aeternis. Utraque tamen abundantiore commentario indiguisset; nam multi versiculi seu sententiae LULLI obscurae sunt. P. LAURENTIUS

698. — RAIMUNDO LULIO, T.O.F. *Blanquerna.* Prólogo de LORENZO RIBER. (Col. Crisol, 51). Madrid, Aguilar, 1944. 769 p.

699. — RAIMUNDO LULL, T.O.F. *El Libro de las Bestias.* Adaptación castellana para niños por F. SUREDA BLANES. Barcelona, 1943. X-137 p.

700. — MIGUEL CALDENTEY, T.O.REG. *Florecillas lulianas.* Palma de Mallorca, 1946. 146 p.

701. — SALVADOR GALMÉS, *Ramón Lull no és l'autor del llibre «Benedicta Tu in mulieribus»*, in *Estud. Rom.* (Barcelona), 1947-48, t. I, p. 75-88.

702. — GIOVANNI ODOARDI, O.F.M.CONV., *La tesis de la paternidad luliana del « Libre de Benedicta Tu »*, in *Studia monographica et recensiones* (Palmae Balearium), 1948, t. II, p. 28-31.

B. RAYMUNDUM LULLUM non esse auctorem libri *De Benedicta Tu in mulieribus* S. GALMÉS strenue tenet contra BARTHOLOMAEUM SALVÁ, T.O.REG., qui in opusculo *Sobre la autenticidad del libro « De Benedicta Tu in mulieribus », atribuído al beato Ramón Lull* (Palma de Mallorca, 1946), contrariam opinionem demonstrare conatus erat, certam tamen fidem authenticitatis facere nondum potuit, ut in ampla eiusdem opusculi recensione in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 260-262, iam ostendit G. ODOARDI, O.F.M.CONV., qui denuo de quaestione egit in *Studia monographica et recensiones*, 1948, t. II, p. 28-31. Cf. etiam M. CALDENTEY, T.O.REG., *El primer monumento teológico asuncionista en romance, atribuído a Raimundo Lulio*, in *Verdad y Vida*, 1948, t. VI, p. 305-315 (cf. *supra*, n. 478). P. BONAVENTURA

703. — RENÉ ANDRÉ. *Raymond Lulle. Un aperçu de sa vie et de ses ouvrages*, in *Amis S. Franç.*, n° 48, mars-avril-mai 1948, p. 1-6.

Ad parvam hanc descriptionem vitae atque operum RAYMUNDI LULLI conficiendam A. usus est duobus libris: MARIUS ANDRÉ, *Le Bienheureux Raymond Lulle* (5e éd. Paris, 1900); E. ALLISON PEERS, *Fool of Love. The Life of Ramon Lull* (cf. *infra*, n. 705). Comparavimus notitias huius A. cum iis quae de vita LULLI scripsit SALVADOR GALMÉS in RAMON LLULL, *Obras Literarias* (Biblioteca de Autores Cristianos), p. 3-39 (cf. *supra*, n. 695). Sequentia discrimina invenimus: ANDRÉ dicit LULLUM natum fuisse circiter anno 1235 (p. 1), GALMÉS vero « probablemente el año 1232 » (p. 4). Conversio instantanea evenit mense iunii 1261 (GALMÉS, p. 5), minime anno 1292 (ANDRÉ, p. 2). Secundum ANDRÉ (p. 2), celeber *Liber de Contemplatione* compositus fuit post conversionem, secundum GALMÉS econtra post 1269 (p. 7). Non concordant AA. de lingua, qua scriptus fuerit *Llibre del gentil*, utrum catalaunica (ANDRÉ, p. 2), an arabica (GALMÉS, p. 8). Opera *Blanquerna* et *Llibre de Amic e Amat* non eodem tempore, sed intervallo facto (GALMÉS, p. 16) scripta fuere. Genuam appulit Quinquagesimae tempore anni 1293 (GALMÉS, p. 22), non 1292 (ANDRÉ, p. 4).

P. LAURENTIUS

704. — JOAQUÍN XIRAU. *Vida y obra de Ramón Lull. Filosofía y mística*. México, 1946.

705. — EDGAR ALLISON PEERS. *Fool of Love. The Life of Ramon Lull*. *London*, S.C.M. Press, 1946. In-8°, 127 p.

A., notus mysticae hispanicae investigator, iam an. 1929 biographiam RAYMUNDI LULLI edidit, cui censores non exiguam laudem tribuerunt (*Ramon Lull. A biography*. London, S.P.C.K., 1929; in-8°, XVIII-454 p.). Ex hoc maiore opere nunc exaravit praesens opus minus, in quo vita et opera Doctoris Illuminati, dissertationibus quoque recentioribus prudenter utens, pressius descripsit. P. BONAVENTURA

706. — ANTONIO MARTÍNEZ TOMÁS. *Raimundo Lulio. Una vida de mártir narrada a los niños*. Ed. 2. Barcelona, Araluce, 1941. In-12°, 148 p.

707. — J.H. PROBST. *Le bienheureux Ramón Lull, chevalier par hérédité et par vocation*. Palma de Mallorca, 1944. 12 p.

708. — JOAQUÍN XIRAU, *El Doctor illuminado*, in *Cuadernos Americanos* (México), 1945, t. IV, n. 2.

709. — LUIS ARAUJO COSTA, *Raimundo Lulio*, in *Rev. Nac. Educ.*, 1948, n. 81, p. 33-34.

Breves praebentur notitiae de vita et operositate insignis RAYMUNDI LULLI, atque vis, quam hisce adhuc diebus exercet, describitur.

P. MELCHIOR

710. — F. SUREDA BLANES. *Sentido tradicional, patrístico e hispánico del « Opus » luliano*. Madrid, 1945. 34 p.

711. — G. DEULIN, *Ramon Lull et les troubadours*, in *Rev. de synthèse*, 1948, t. XXIII, p. 60-66.

712. — BARTOLOMÉ M. XIBERTA, O.CARM., *La doctrina del Doctor Iluminado Beato Ramón Lull sobre la demonstrabilidad de los dogmas, juzgada a la luz de la Historia y de la Sagrada Teología*, in *Studia monographica et recensiones* (Palmae Balearium), 1947, t. I, p. 5-32.

713. — C. Selmer, *Ramón Lull and the problem of persuasion*, in *Thought*, 1948, t. XXIII, p. 215-222.

Ad regiones a Mahumeticis subiugatas recuperandas duo adhibita sunt media inde a saeculo XI: arma et verba, seu persecutio vel persuasio. Nullus certe tantam operam impendit ac Raymundus Lullus, ut coaevis persuaderet de pacifica Islamismi conversione instituenda. Mahumetica religio obiter tantum nota erat, ut patet ex scriptis Alani de Insulis *Contra Paganos seu Mahometanos* et Hildeberti Turonensis, qui putabat Islamitas apostatas fidei christianae esse. Petrus Venerabilis, qui anno 1134 primus *Alcoranum* in latinam linguam vertendum curavit, hoc tamen opus « faecem universarum haeresum et omnium diabolicarum sectarum» nominavit. Nihilominus viam stravit ad meliorem cognitionem traditionum mahumeticae gentis. S. Thomas Aquinas in *Summa contra Gentiles* et Rogerus Baco in *Opus maius* pacato animo adversus legem islamiticam scripserunt.

R. Lullo persuasum erat mentem humanam ad veritatem inclinatam esse sicut flumen ad mare. Disputatio cum adversario est proinde, ut ipse aiebat, « levior, velocior, facilius et amabilior et magis consonans caritati et tanto fortior, quam omnes aliae viae, quanto fortiora sunt arma spiritualia quam corporalia » (p. 219; A. fontes non indicat). Inde expostulabat cognitionem linguarum orientalium, maxime arabici idiomatis. Ad quas addiscendas multum adlaboravit, usque dum instituerat Collegium Miramar apud Palmam Balearium. Varia scripsit opera ad exponendas doctrinas Islamismi: *Ars magna* (anno 1275), *Llibre del gentil* (ante a. 1270) quem mox arabice vertit (Ramón Llull, *Obras Literarias*, ed. M. Batllori - M. Caldentey, p. 12, Madrid, 1948), *Blanquerna* (1283) et Summos Pontifices et Reges precibus fatigabat, ut suis consentirent consiliis. In Concilio Viennensi (a. 1311) obtinuit, quae desideraverat. Erecta fuerunt instituta missionum Romae, Bononiae, Parisiis, Oxoniae, Salmanticae (p. 221), primum et ultimum ab Ecclesia, alia a principibus ornata. Ex quibus Institutum de Propaganda Fide initium sumpsit (p. 222).

Argumentum haud satis profunde tractatum fuisse videtur. Ex ipsis operibus Lulli potiora potuissent consilia erui (cf. L. Zwemer, *Raymond Lull, the first missionary to Moslems*, London, 1903). P. Laurentius

714. — Miguel Caldentey, T.O.Reg., *La corredención de la Virgen a la luz del beato Ramón Lulio*, in *Estud. Marianos*, 1944, t. II, p. 287-322.

715. — José F. Sureda y Blanes, *La moral médica en las obras de Ramón Llul (Raimundo Lulio) 1232-1315*, in *Federación de Hermandades Médico - Farmacéuticas de San Cosme y San Damián, V Asamblea celebrada en Sevilla los días 6 al 10 de octubre de 1946: Ponencias oficiales, comunicaciones y conclusiones* (Madrid, Estades, Artes Gráficas, 1947. In-8°, 268 p.).

716. — René André, *La mystique de Raymond Lulle*, in *Amis S. Franç.*, n° 49, juin-juillet-août 1948, p. 1-9.

B. Raymundus Lullus sine dubio inter magnos vitae mysticae magistros adnumerandus est (cf. E. Longpré, O.F.M., *Lulle R.*, in *Dict. Théol. Cath.*, t. IX, col. 1128-1132; J.H. Probst, *La mystique*

de R. L. et l'Art de contemplació (in *Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters*, t. XIII, fasc. 2-3), Münster i. W., 1914; Id., *Ramón Lull's Mystik, ihre Grundlage, ihre Form*, in *Wiss. Weish.*, 1935, t. II, p. 252-265; J. de Guibert, S.J., *La méthode des trois puissances et l'Art de contemplation de R. L.*, in *Rev. Asc. Myst.*, 1925, t. VI, p. 366-378). Doctrina eius continetur in operibus *Blanquerna*, cuius pulcherrima pars *Llibre de Amic e Amat* nominatur, *Art de contemplació* et *Llibre de contemplació*. Paucis de his operibus dictis, exponit A. praecipua elementa doctrinae mysticae Lulli. Primum, esse eius notam christocentricam affirmat (p. 3-4) et circa crucem Domini versari. Ad contemplationem acquirendam triplici via (purgativa, illuminativa, unitiva) incedendum esse, sed adhibitis omnibus viribus (vegetativis, sensitivis, rationalibus) hominis. Lullus enim magnopere insistit in aequilibritatis lege (p. 5). Difficile dictu, quidnam Lullus de orationis contemplativae methodo senserit; nam praesupponit cognitionem sexdecim « dignitatum divinarum » (remittimus lectores ad articulum T. Carreras y Artau, *Die metaphysischen Grundlagen der lullschen Philosophie*, in *Wiss. Weish.*, 1935, t. II, p. 270-281: Theorie von den göttlichen Würden). Lullus tres admittit facultates spirituales earumque exercitium methodicum postulat (p. 6). Etsi partem intellectualem mentis magni habuerit Lullus, tamen affectus, immo et lacrimas ad perfectionem orationis expostulavit (p. 8). Contemplationis apex attingitur in raptu, qui deinde ad actionem impellit (p. 9).

Ex hisce apparet doctrinam mysticam Lulli nondum plene exploratam esse. P. Laurentius

717. — Emilio Hernández Rodríguez, *Pedagogía del misticismo luliano*, in *Rev. Esp. Pedag.*, 1947, t. V, p. 141-181.

Describuntur, in introductione, iuxta varia B. Raymundi Lulli opera, inter quae praesertim *Llibre de contemplació*, momentum et propriae notae mysticismi eiusdem Doctoris Illuminati, et fusius deinde inquiritur, quodnam fundamentum huiusmodi doctrinae mysticae praebere possint ad iuventutem per diversas paedagogiae partes apte instituendam. P. Bonaventura

718. — H.A. Hatzfeld, *The Influence of Ramon Lull and Jan van Ruysbroeck on the Language of the Spanish Mystics*, in *Traditio*, 1946, t. IV, p. 337-397.

719. — Miguel Florí, S.J., *La historia filosófica del lulismo*, in *Pensamiento*, 1947, t. III, p. 199-210.

Tractat de opere T. et J. Carreras y Artau, *Historia de la Filosofía Española. Filosofía cristiana de los siglos XIII al XV*, in quo historia doctrinae philosophicae Raymundi Lulli a primordiis usque ad nostra tempora fuse exponitur. Cf. *infra*, n. 720. P. Bonaventura

720. — Basilio de Rubí, O.F.M.Cap., *Ramón Lull y el lulismo*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 124-131.

Relatio de opere edito a fratribus Thoma et Joachim Carreras y Artau, *Historia de la Filosofía Española. Filosofía cristiana de los*

siglos XIII al XV. Tomo I. Madrid, Real Academia de Ciencias exactas, físicas y naturales, 1939. In-8°, XI-661 p. - Tomo II. Madrid, Asociación Española para el progreso de las Ciencias, 1943. In-8°, 686 p. Circa expositionem de R. LULLO et lullismo in huius operis t. I, p. 233-640, cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1941, t. XI, p. 274-276. In t. II, quem ipsi nos videre nondum potuimus, auctores expositionem de lullismo continuaverunt, tractantes, iuxta censorem, in p. 7-29 de scholae lullianae primordiis, p. 30-49 de antilullismo, p. 45-58 de pseudo-lullismo alchymistico, p. 59-100 de lullismo in medio aevo, p. 101-176 de lullismo RAYMUNDI DE SABUNDE, p. 177-196 de lullismo NICOLAI CUSANI, p. 250-288 de lullismo sub regibus de domo Austriae, et denique de lullismo in aevo moderno (p. 289-437). Censor animadvertit auctores vix debitam rationem habuisse eorum quae Capuccini Catalauniae periodicis commentariis *Estudios Franciscanos* et *Criterion* ad scholae lullianae cognitionem contribuerint.

Animadvertimus, quod JUVENALIS ANNANIENSIS seu de NONSBERG (non *Nosberg*), auctor operis *Theologia rationalis* (non *naturalis*) editi Augustae Vindelicorum (non *Vidalicia*), non fuit « religioso capuchino de Suiza », nec origine nec religione, sed natus apud Brez in Tiroli meridionali (ab an. 1919 intra confines Italiae), pariter Tirolensis provinciae O.F.M.Cap. religiosus sodalis fuit. Ex recensione non apparet, an praeter LUDOVICUM FLANDRENSEM, dictum etiam A MURCIA, provinciae Valentinae O.F.M.Cap. Ministrum et de systemate lulliano scriptorem insignem († 1746), Fratres CARRERAS in suo opere etiam debitum respectum habuerint celebris scriptoris gallici IVONIS PARISIENSIS, « scientiae Lullianae assertoris maximi », de cuius lullismo recentissime tractavit CH. CHESNEAU (P. JULIANUS EYMARD AB ANGERS, O.F.M.CAP.) in opere *Le Père Yves de Paris et son temps* (*1590-1678*), t. II, p. 45 ss. et alibi (Paris, 1946), necnon in *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 61 s. P. BONAVENTURA

721. — F. SUREDA BLANES. *Programa del Curso monográfico sobre « El pensamiento Luliano, floración espléndida de la vocación filosófica de nuestro Pueblo en los siglos XIII-XIV »*. Murcia, 1941. 24 p.

722. — E.W. PLATZECK, O.F.M. *El pensar armónico como problema de la filosofía cristiana.* (Verdad y Vida. Sec. II. Tom. 1). Madrid, Edic. Verdad y Vida, 1945. In-8°, 190 p.

723. — K. VOSSLER, *Averroes y el beato Ramón Lull. Transcendencia de las ideas lulianas*, in *Studia monographica et recensiones*, 1948, t. II, p. 5-15.

724. — MIGUEL FLORÍ, S.J., *El principio de coincidencia de Nicolás de Cusa, inspirado en Ramón Lull?*, in *Las Ciencias* (Madrid), 1942, t. VII, p. 585-606.

725. — J. FALCÓ OLIVER. *Teoría elemental de los resúmenes y combinatoria.* Palma de Mallorca, 1947. In-8°, 66 p.

726. — J. CARRERAS Y ARTAU, *Algunos antecedentes hispanos de la Combinatoria de Leibniz*, in *Las Ciencias* (Madrid), 1948, t. XIII, p. 649-657.

727. — A.J. TORRES LÓPEZ, *Raimundo Lulio y la medicina*, in *Actualidad Médica* (Granada), 1947, dic.

728. — FRANZ STRUNZ, *Der legendarische und der echte Raymundus Lullus*, in *Chemiker-Zeitung*, 1945, t. LXIX, p. 28-31.

729. — M. MASSUTI ALZAMORA, *Ramón Lull y la Alquimia*, in *Boletín Soc. Arqueol. Lul.*, 1942-43, t. XXVIII, p. 515-539.

730. — *Three famous alchemists: Raymund Lully*, by ARTHUR EDWARD WAITE; *Cornelius Agrippa*, by LEWIS SPENCE; *Theophrastus Paracelsus*, by W.P. SWAINSON. Philadelphia-New York, David McKay Company, 1940. In-12°, 192 p.

731. — F. SUREDA BLANES, *Cábalas y Lulismo*, in *Studia monographica et recensiones*, 1948, t. II, p. 16-24.

732. — M. MASSUTI ALZAMORA, *Una teoría medieval sobre las mareas*, in *Las Ciencias*, 1943, t. VIII, p. 259-267.

733. — E. HERNÁNDEZ RODRÍGUEZ, *Valoración de la didáctica luliana, in Rev. Española Pedag.*, 1946, t. IV, p. 77-119, 237-266.

734. — ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O.F.M.CAP., *Ramón Lull y la Sociedad de las Naciones*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 229-260.

RAYMUNDUS LULLUS, Tertii Ordinis S. Francisci sodalis, iam anno 1283 consilium secum excogitaverat quod etsi primo aspectu error dulcissimus videretur, tamen nonnisi nostris temporibus ad effectum perductum est, propositum nempe quo omnes nationes in unam societatem coalescerent. In opere suo *Blanquerna* (cap. 95) praeprimis sequentem rei rationem descripserat: Summus Romanus Pontifex mandat sic dicto Cardinali pacis, ut societatem omnium nationum convocet, et quidem semel in anno, ad deliberandum de securitate vel correctione nationum. Si quae necesse sit infligenda poena, sumitur multa pecuniaria.

Cum hoc opus lingua catalaunica scriptum (anno 1521 typis editum) fuerit, nullum influxum exercuit in auctores, qui de iure gentium tractaverunt, uti FRANCISCUM DE VITORIA, O.P., FRANCISCUM SUÁREZ, S.J., HUGONEM GROTIUM. Doctrina Lulli comparatur propositis et votis operis Abbé DE SAINT PIERRE, *Projet pour rendre la paix perpétuelle en Europe*, 3 vol., Utrecht, 1713/16. P. LAURENTIUS

735. — J. FONT R. GÓMEZ IMAZ, *La intuición del verdadero concepto religioso. Raimundo Lulio y la Filosofía moderna. La Trinidad en Lulio, Boehme y Schelling*, in *El Español*, 1944, n. 106, p. 11.

736. — JOSÉ ARTERO, *El beato Lulio y el peligro de la U.R.S.*, in *Ecclesia* (Madrid), 1948, 3 abr., p. 9-10.

In medium proferuntur proposita RAYMUNDI LULLI contra populos tartaros an. 1294 exposita, ut inde A. concludat similitudinem actionis PII XI in apostolatu erga schismaticos Russiae. P. MELCHIOR

737. — SEBASTIÁN GARCÍAS PALÓU, *El Beato Ramón Lull y el Oriente cristiano*, in *Ecclesia* (Madrid), 1944, n. 153, p. 15-16.

738. — ENRIQUE DE GANDÍA, *Raimundo Lulio y las primeras escuelas de lenguas orientales*, in *Revista Javeriana* (Bogotá), 1944, t. XXII, p. 132-141.

739. — J. CARRERAS Y ARTAU. *De Ramón Lull a los modernos ensayos de formación de una lengua universal*. Madrid, Instituto A. de Nebrija, 1946. In-12°, 42 p.

B. Raymundus Lullus nunquam molitus est creare linguam universalem, sed desiderium unitatis, socialibus eius sententiis consiliisque apostolicis insitum, eum impulit, ut latinum sermonem omnibus communem propugnaret. De hoc argumento brevius iam scripsit B. Nicolau, T.O.Reg., *B. Raymundus Lullus propugnator latini sermonis omnibus communis*, in *Anal. T.O.Reg.*, 1935, t. III, p. 360-362 (cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 304 et 308. P. Bonaventura

Petrus Aureoli, O.Min., † 10 (?) ian. 1322

Vide etiam: 6 Compendium Comm. in Sent.; 7 manuscripta; 742 docuit Bononiae; 746 infinitum in actu.

740. — Anneliese Maier, *Literarhistorische Notizen über P. Aureoli, Durandus und den « Cancellarius » nach der Handschrift Ripoll 77bis in Barcelona*, in *Gregorianum*, 1948, t. XXIX, p. 213-251.

Codex *Ripoll 77bis*, adservatus Barcinone in *Archivo de la Corona de Aragón*, scriptus intra an. 1317-1323 in Gallia, continet duas series quaestionum in *Sent.*, quas quidam studiosus Durandi de Sancto Porciano, O.P., probabiliter et ipse eiusdem Ordinis, composuit, primam seriem extrahens ex Petri Aureoli, O.Min., *Commentario in II Sent.*, alteram vero ex Petri de Palude, O.P., *Commentario in II-I-III Sent.* Ut hoc loco solum res franciscanas ex multis et perutilibus notitiis ab Auctrice allatis referamus, primum circa *Commentarium* Petri Aureoli statuere potuit, quod compilator ille non huius *Commentarii* reportationem, sed potius ordinationem, ante lecturam Parisiensem (1317) ipsamque reportationem iam redactam, secutus est et doctrinam Petri in plurimis sententiis Durandi niti asseruit. Hanc assertionem A., *Commentario* Petri cum *Commentario* typis edito Durandi comparato, ex parte generali iam confirmavit, examen autem accuratius et pro momento istius assertionis certe necessarium relinquens ulterioribus pervestigationibus diversarum redactionum *Commentariorum* utriusque doctoris. Quod ad quaestiones extractas ex *Commentario* Petri de Palude attinet, in iisdem apparet quidam « Cancellarius », qui iuxta A. idem est ac « Cancellarius » in noto *cod. F. 69* adservato in Worcester, *Cathedral Library*, qui *Notabilia Cancellarii addita super tertium* librum *Commentarii Oxoniensis* J. Duns Scoti continet, a C. Balić reperta. Idem Cancellarius cum Durando disputavit, praesertim etiam de Immaculata Conceptione B. V. Mariae, sequens sententiam Gulielmi de Ware, et iuxta compilatorem disputavit etiam cum Duns Scoto. Haec notitia, cum ille Cancellarius alius esse non possit nisi Franciscus Caracciolo, in memoriam revocat testimonium circa Scoti disputationem Parisiensem Landulpho Caracciolo, O.Min., adscriptum, de quo recenter tractavit A. Emmen, O.F.M. (cf. *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 449).

Expositioni suae A. adiungit breve additamentum, in quo respondit ad ea quae contra ipsam Ph. Boehner, O.F.M., scripsit circa *Notabilia* vel *Expositionem auream* Gulielmi de Ockham in *cod. Vat. Borgh. 151* a se repertam (cf. *infra*, n. 757). Argumentum unicum a Ph. Boehner adductum ad probandam sententiam *Notabilia* ista nihil aliud esse nisi ipsam *Expositionem auream* postea abbreviatam, ab A. ita refellitur, ut quaestio integra adhuc maneat. P. Bonaventura

741. — PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., *« Notitia intuitiva » of Non Existents According to Peter Aureoli, O.F.M. (1322)*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 388-416.

In dissertatione inscripta *The «notitia intuitiva» of Non-Existents according to William Ockham*, in *Traditio*, 1943, t. I, p. 223-275, indefessus Venerabilis Inceptoris commentator affirmaverat doctrinam GULIELMI DE OCKHAM de cognitione intuitiva rerum non-exsistentium scepticismi accusari non posse. Hanc tamen sententiam non probavit A.C. PEGIS, *Some recent interpretations of Ockham*, in *Speculum*, 1948, t. XXIII, p. 452-463 (cf. *infra*, n. 753). Itaque A., desperans de utilitate ulterioris cum adversario disceptationis, ad quaestionem de cognitione intuitiva historice melius explicandam nunc PETRI AUREOLI doctrinam de hac re exponit. Agens primum de critica disceptatione opinionis SCOTI circa notitiam intuitivam, deinde de differentia inter notitiam intuitivam et abstractivam, denique de notitia intuitiva et abstractiva in intellectu, ad has conclusiones pervenit: Sicut GULIELMUS DE OCKHAM, etiam PETRUS AUREOLI tenet 1) quod notitia intuitiva et abstractiva unius eiusdemque obiecti esse potest, 2) quod istae duae notitiae inveniuntur in cognitione sensitiva et intellectiva, 3) quod notitia intuitiva sensitiva et intellectiva eiusdem obecti haberi potest, 4) quod notitia intuitiva haberi potest alicuius obiecti non praesentis vel non exsistentis, 5) quod huiusmodi notitia intuitiva de re absente haberi potest omnipotentia Dei qui potest intuitivam notitiam creare vel conservare absque obiecto praesente vel exsistente, 6) quod istae duae notitiae, intuitiva et abstractiva, non differunt ex parte obiecti, sed ex parte modi cognoscendi. Aliter tamen ac GULIELMUS DE OCKHAM, Doctor Facundus 1) non putat certitudinem de actuali exsistentia notitiae intuitivae intellectivae posse haberi ex experientia immediata, 2) admittit falsas visiones et iudicia erronea fundata in cognitione intuitiva sensitiva, 3) admittit quod notitia intuitiva sensitiva haberi potest in ordine naturali i. e. sine interventu Dei, 4) videtur admittere — quod quidem certe non constat — iudicia erronea fundata in cognitione intuitiva intellectiva, 5) potius spectabat partem psychologicam cognitionis intuitivae et abstractivae, cum GULIELMUS DE OCKHAM doctrinam magis logicae artificio et via traderet et, ut A. opinatur, periculum subiectivismi doctrinae PETRI AUREOLI inhaerens coercere, sive consulto sive tacito quodam sensu, conaretur. - Expositio A. nititur in sola fere quaestione 2 *Prologi* in *Comment. in Sent.*, cuius redactionem secundam, an. 1596 Romae editam A. cum manuscripto *cod. Vat. Borgh. 329* comparavit. Insuper, ad studiosorum maius commodum, in appendice edidit primae redactionis de hac re textum praecipuum (*Prologi* Quaest. 1) iuxta *cod. Vat. Borgh. 123*, fol. 4va-5rb. P. BONAVENTURA

742. — C. PIANA, O.F.M., *Gli inizi e lo sviluppo dello scotismo a Bologna e nella regione romagnolo-flaminia (sec. XIV-XVI)*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 49-80.

Haud verisimile est SCOTUM ipsum Bononiae docuisse, uti F. PELSTER, S.J., coniectaverat (*Handschriftliches zu Skotus mit neuen Angaben über sein Leben*, in *Franz. Stud.*, 1923, t. X, p. 10, n. 1). Primi qui doctrinam Doctoris Subtilis in his regionibus diffunderunt erant

PETRUS AUREOLI et GULIELMUS DE ALNWICK, O.MIN., qui simul cum FRANCISCO DE MAYRONIS discipuli SCOTI fuerant. Ignem quem accenderunt ardebat in conventibus S. Francisci Bononiae et S. Nicolai Carpi, sed nonnisi saec. XV ad finem vertente flamma apparuit adflata a FRANCISCO DELLA ROVERE (postea SIXTO IV), O.F.M.CONV., BARTHOLOMAEO BELLATI DE FELTRE O.F.M.CONV. († 1479), GRATIANO DE BRESCIA, O.F.M.CONV. († 1506), JOANNE MONTESDOCA, FRANCISCO LICHETO, O.F.M.OBS. († 1520), aliisque. Maior utique erat influxus Fratrum Minorum qui commentarios in opera SCOTI ediderunt, v. gr. HIERONYMUS GADIO, O.F.M.CONV. († 1529), FRANCISCUS DE PLATEA, O.MIN., ARCHANGELUS POZZI, O.F.M.OBS., quibus adsociandi essent alii Minoritae Conventuales (p. 62-64) quorum scripta periere. Extra Ordinis Minoritici ambitum pauci tantum doctrinam SCOTI amplexati sunt; immo plures adversarias opiniones proposuere. Viam tamen straverunt ad auream aetatem pro scotismo saec. XVII et XVIII adducendam. P. LAURENTIUS

Vitalis de Furno, O.Min., † 16 aug. 1327

Vide etiam: 14 «De rerum principio»; 366 gnoseologia Fr. Suárez.

743. — VITALIS DE FURNO, O.MIN. *Quodlibeta tria*. Ed. P. FERDINANDUS M. DELORME, O.F.M. (Spicilegium Pontificii Athenaei Antoniani. 5). Romae, Via Merulana, N. 124, 1947. In-8°, XXXII-271 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 135-136.

Hubertinus de Casale, 1273 O.Min., 1317 O.S.B., † p. 1329

Vide etiam: 20b manuscripta; 432 oratio mentalis; 474 Assumptio B.M.V.; 495 Corredemptio B.M.V.; 501 spiritualismus.

744. — GODEFROY [DE PARIS], O.F.M.CAP., *Ubertin de Casale*, in *Dict. Théol. Cath.*, fasc. CXLII-CXLIII, col. 2021-2034, Paris, 1947.

745. — OPTATUS VAN VEGHEL, O.F.M.CAP., *De invloed van Hubertinus van Casale op het geestelijk leven in de Nederlanden*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 112-114.

Notum est HUBERTINUM CASALENSEM opere suo *Arbor vitae crucifixae Jesu* magnum influxum habuisse sive intra sive extra Ordinem franciscalem, uti iamiam demonstraverunt FRÉDÉGAND CALLEY [D'ANVERS], O.F.M.CAP., *L' influence et la diffusion de l' Arbor vitae d'Ubertin de Casale*, in *Rev. Hist. Eccl.*, 1921, t. XVII, p. 533-546, et EMMERICH BLONDEEL D'IZEGEM, O.F.M.CAP., *L'influence d'Ubertin de Casale sur les écrits de S. Bernardin de Sienne*, in *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 5-44. A. novis exemplis illustrat vim atque momentum HUBERTINI in scriptores neerlandicos medii aevi. Modus vitam Jesu meditandi et considerationes per hebdomadam integram distribuendi, qui saeculo XV carus erat, a libro *Arbor vitae* originem traxit (cf. M. MEERTENS, *De godsvrucht in de Nederlanden*, vol. I, Brussel, 1930). JOANNES BRUGMAN, O.F.M.OBS., celeber concionator et scriptor illius temporis, pluris faciebat praefatam meditandi methodum. Similem influxum passus est, uti videtur, JACOBUS VAN GRUITRODE († 1475). Quae opinio argumentis non amplius fulcitur. P. LAURENTIUS

Gulielmus de Alnwick, O.Min., † ante mart. 1333

Vide etiam: 742 docuit Bononiae.

746. — ANNELIESE MAIER, *Diskussionen über das aktuell Unendliche in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts*, in *Divus Thomas (Frib.)*, 1947, t. XXV, p. 147-166, 317-337.

Disquisitionibus a P. DUHEM et H. ELIE editis, tres usque nunc innotuerant philosophi scholastici qui prima parte saec. XIV sententiam de infinito in actu defendebant, scil. JOANNES DE BASSOLIS, O. MIN., ROBERTUS HOLCOT, O.P., GREGORIUS DE RIMINI, O.E.S.A. His A. in hac dissertatione alios eiusdem opinionis assertores adiunxit eorumque doctrinas exposuit, et primum e doctoribus Oxoniensibus HENRICUM DE HARCLAY cuius sententiam, quod unum infinitum esset maius alio, impugnabant THOMAS DE WYLTON et GULIELMUS DE ALNWICK, O.MIN., qui quidem etiam a THOMA DE WYLTON dissentit et cum schola franciscana aeternitatem mundi negat. Contra P. DUHEM deinde A. ostendit GULIELMUM DE OCKHAM non simpliciter infinitum in actu negavisse, sed asseruisse non posse dari maximum quin quocumque magno dato possit fieri maius, posse autem concedi quod infinita essent excessa et quod unum infinitum esset maius alio, et ita Venerabilis Inceptor modernorum studiosorum distinctionem inter « infinitum » et « transfinitum » non quidem consulto, sed reapse adumbravit. E doctoribus Parisiensibus ipsisque vicinis A. exponit doctrinam JOANNIS DE BASSOLIS qui dicit, quod Deus potest facere infinitum in actu et secundum magnitudinem et secundum multitudinem et perfectionem et virtutem, PETRI AUREOLI, O.MIN., qui possibilitatem infiniti in actu sub quocumque respectu negat, FRANCISCI RUBEI DE MARCHIA, O.MIN., qui opinionem PETRI AUREOLI oppugnat et docet Deum posse facere effectum infinitum positive et secundum magnitudinem et secundum multitudinem et secundum intensionem, et insuper proponit etiam infinitum in actu secundum successionem, FRANCISCI DE MEYRONNES, O.MIN., qui idem tenet ac FRANCISCUS DE MARCHIA, praeterquam quod cum PETRO AUREOLI negat infinitum successive, denique NICOLAI BONETI, O.MIN., cui cum « modernis philosophis non apparet aliqua impossibilitas quin sit possibilis infinitas actualis », et qui circa lineam circularem infinitam sententiam quandam protulit quae a doctrina mathematicorum nostri temporis non multum distat. ADAMUS DE WOODHAM, O.MIN., qui in suo *Commentario in I Sent.* admiserat quod Deus posset simul facere infinita actu ab invicem distincta, postea in *Commentario in III Sent.* negat possibilitatem infiniti in actu, adducens argumenta proposita a RICHARDO FITZRALPH, quem sequitur etiam ROBERTUS HALIFAX, O.MIN., qui primus claram exposuit distinctionem inter multitudinem partium proportionalium alicuius continui infinitam in actu et multitudinem earundem partium infinitam in actu separato, et hanc negat. Omnium horum scholae franciscanae aliorumque doctorum doctrinam A., pro sua consuetudine iam satis clara, iuxta primarios fontes, maxima ex parte ineditos, pervestigavit, erudite exposuit, dilucide descripsit, plures insuper afferens notitias quae historiam litterariam scholae franciscanae illius temporis magis illustrant.

P. BONAVENTURA

Nicolaus Cranc, O.Min., fl. c. 1340

747. — ERKKI VALLI. *Zur Verfasserfrage der Königsberger Apostelgeschichte.* (Annales Academiae Scientiarum Fennicae. Tom. LXI, fasc. 1). Helsinki, Druckerei der Finnischen Literaturgesellschaft, 1947. In-8°, 63 p.

In manuscripto *A 191* archivi status Königsberg prostat translatio germanica *Actuum Apostolorum,* quam edidit W. ZIESEMER, *Eine ostdeutsche Apostelgeschichte des 14. Jahrhunderts* (Altdeutsche Textbibliothek, 24), Halle, 1927. Auctor huius translationis ignotus est. Suspicari autem potest ipsum ad Ordinem Teutonicum vel Franciscanum pertinere, quorum uterque in illis regionibus ad dilatandam religionem catholicam incumbebat. Eodem in manuscripto continentur diversi libri *Prophetarum* e latino in germanicum idioma conversi, quos idem edidit W. ZIESEMER, *Die Prophetenübersetzung des Claus Cranc* (Schriften der Königsberger Gelehrten Gesellschaft. Sonderreihe Bd. 1), Halle, 1930. Cum in hoc casu auctor ex acrosticho, operi praefixo, notus sit, facile inveniri potuit temptatio ambo uni eidemque scriptori assignandi. Ad hanc quaestionem vertitur attentio A.

NICOLAUS CRANC, O.MIN., custodiae Fratrum Minorum in Prussia praefuit. Num tamen idem sit ac quidam Fr. NICOLAUS, qui inter annos 1323-1336 eodem munere functus est, nondum constat. Dubitandi locus est; nam translatio *Prophetarum* facta est inspirante SIEGFRIEDO VON DAHENFELD, Ordinis Teutonici mareschallo (1347-1359) (p. 59). Maioris momenti sunt notitiae, quas A. ex proprietatibus operis eius deducit. Iste Frater Minor eminenti praeditus erat facultate dicendi. Copia verborum admirabilis est; diligens selectio significationum; inepta rerum minutarum morositas ignoratur et tamen stilus valde variatus ubique apparet. A. multis sub respectibus dicendi genera perscrutatur, quae sive in opere proculdubio sincero NICOLAI CRANC sive in *Actibus Apostolorum* anonymi inveniuntur. Translatio *Actuum* non iisdem qualitatibus gaudet. Ast, differentiae nec tot nec tantae sunt, ut valeant rem peremptorie dirimere, praesertim si prae oculis habetur, quod *Actus Apostolorum* forsan a NICOLAO CRANC multis annis ante *Prophetas* in germanicam conversi sint linguam.

P. LAURENTIUS

Gualterus de Chatton, O.Min., † ante 20 apr. 1344

747ᵃ. — L. BAUDRY. *Gauthier de Chatton et son Commentaire des Sentences,* in *Arch. Hist. Doctr. Litt. M. A.,* 1943-45, t. XIV, p. 337-369.

Praemissis notitiis biographicis, A. de operibus GUALTERI DE CHATTON, O.MIN., disserit, quorum praecipuum est *Commentarius in Sent.,* adservatus in *codd. Paris. Nat. lat. 15886* et *15887*, qui accurate describuntur. GUALTERUS an. 1322-23 in Universitate Oxoniensi *Sententias* legit et certe unus ex primis adversariis GULIELMI DE OCKHAM fuit. Ut differentiam inter redactionem *cod. 15886* et *cod. 15887* simulque mentem GUALTERI circa doctrinam GULIELMI DE OCKHAM patefaceret, A. in fine edidit ex utroque codice textum, in quo discutitur doctrina ockhamistica de causalitate et iudicium GULIELMI de ar-

gumento ad Dei exsistentiam ex necessitate alicuius primi efficientis demonstrandam. P. BONAVENTURA

Gulielmus de Ockham, O.Min., † 1349/50

Vide etiam: 90 studia Ph. Boehner; 359 philosophia franciscana; 365 gnoseologia Fr. Suárez; 373 lex naturalis; 501 laicismus; 655-656 citationes Scoti; 671-674 gnoseologia; 740 «Expositio Aurea»; 741 cognitio intuitiva; 746 infinitum in actu; 747ª Gualterus de Chatton adversarius.

748. — EVAN ROCHE, O.F.M., *Edition of Quaestio 10a Dist. 2ae of Ockham's Ordinatio*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 173-191.

Quaestio haec, edita ad fidem manuscriptorum *cod. Florent. Nat. A. 3.801, cod. Trecens. 718, cod. Paris. Mazarine 894, cod. Oxon. Balliol 229*, et editionis Lugdunensis an. 1495, haud parvi momenti est, quia Venerabilis Inceptor in ea perpendit argumenta quae J. DUNS SCOTUS adduxerat ad Dei exsistentiam et primae naturae unicitatem probandas. P. LAURENTIUS

749. — GULIELMUS DE OCKHAM, O.MIN. *Quaestio prima principalis Prologi in primum librum Sententiarum cum interpretatione Gabrielis Biel quam ad fidem codicum restituit* P. PHILOTHEUS BÖHNER, O.F.M. (Textuum Guillelmi Ockham, I). Zürich, Goetschmann - Paderborn, F. Schöningh, 1941. In-8°, 64 p.

750. — E.A. MOODY, *Ockham, Buridan and Nicholas of Autrecourt. The Parisian Statutes of 1339 and 1340*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 113-146.

Generaliter creditur duo illa Statuta, a facultate philosophica Universitatis Parisiensis edita, directa fuisse contra fautores ockhamismi, et NICOLAUM DE AUTRECOURT damnatum esse propter suam ad OCKHAM necessitudinem. At vero A. subtili analysi, innixa super textus et manuscripta, clare demonstrat illa Statuta doctrinae OCKHAM, a BERNARDO DE AREZZO, O.MIN., tunc propositae favere et illum NICOLAUM anno 1340 repulsam tulisse. BURIDANUS, qui ab anno 1340 Rectoris munere fungebatur in facultate artium, partes ockhamistarum agebat. P. LAURENTIUS

751. — E. HOCHSTETTER, *Ockham-Forschung in Italien*, in *Zeitschr. f. Philos. Forschung*, 1946, t. I, p. 559-578.

752. — L. BAUDRY, *Remarques sur trois manuscrits occamistes*, in *Arch. Hist. Doctr. Litt. M.A.*, 1946, t. XV, p. 169-174.

Cod. Paris. Nat. lat. 15561 non continet, iuxta A. examen accuratum, totum GULIELMI DE OCKHAM *Commentarium in Sent.*, sed solum, fol. 246-247 et 269-270 *Tabulas* super eundem *Commentarium*, dum fol. 248-268 non textus eiusdem GULIELMI continent. *Cod. Paris. Nat. lat. 16708*, pariter, non continet *Sent. III*, sed brevissima fragmenta *Sent. I-II-III*. Itaque isti duo codices iuxta A. ad criticam editionem *Commentarii* GULIELMI conficiendam minimi sunt momenti. Maioris momenti est *cod. Paris. Nat. lat. 16398*, qui continet GULIEL-

MI *Comm. in Sent. III-IV*, mutato quidem ordine quaestionum libri III et ultimis quaestionibus utriusque libri omissis.

P. BONAVENTURA

753. — ANTON C. PEGIS, *Some recent interpretations of Ockham*, in *Speculum*, 1948, t. XXIII, p. 452-463.

ET. GILSON in opere suo *La Philosophie du Moyen Age* (ed. 2, Paris, 1944) GULIELMUM DE OCKHAM in agnosticis et fideistis adnumeravit. Insuper affirmat ipsum destruxisse ea, quae saeculum XIII aedificaverat, conceptus universales negavisse, Deo omnipotentiam arbitrariam attribuisse, nefarium scepticismum promovisse. Contra has sententias insurgunt sequentes auctores, quorum opera A. recenset: PHIL. BOEHNER, O.F.M., *The Text Tradition of Ockam's Ordinatio*, in *The New Scholasticism*, 1942, t. XVI, p. 203-241, demonstrat OCKHAM neque scepticum neque nominalistam veri nominis fuisse. E. MOODY, *Ockham, Buridan and Nicholas of Autrecourt*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 113-146, docet OCKHAM re vera in periodo sceptica vixisse, sed ipsum « conservative force » nominandum esse, praesertim si comparetur cum NICOLAO DE AUTRECOURT. Secundum S.I. DAY, O.F.M., *Intuitive Cognition. A Key to the Significance of the Later Scholastics* (St. Bonaventure, N.Y., 1947) impugnavit OCKHAM « defectuosam » doctrinam abstractionis a thomistis propositam, et intuitivam rerum cognitionem defendit. A. breviter animadvertit DAY doctrinam thomistarum minime exacte reddidisse. Summis laudibus denique extollit librum R. GUELLUY, *Philosophie et théologie chez Guillaume d'Ockham* (Paris, 1947), quia sine partium studio doctrinam exposuisse dicitur.

P. LAURENTIUS

754. — PH. BÖHNER, O.F.M., *Eine Quaestio aus dem Sentenzenkommentar des Magisters Nikolaus Oresme*, in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1947, t. XIV, p. 305-328.

Post GULIELMI DE OCKHAM *Quaestiones in Sent. II-IV* in cod. *Paris. Mazarine 893* habetur, f. 161-164, anonyma quaedam quaestio quae inscribitur *Utrum Christus iustus legislator sit omnium cognitor*, quam nec GULIELMI DE OCKHAM nec ullius alterius Fratris Minoris esse iam L. BAUDRY monstraverat. Propter nonnullas similitudines sibi obvias A. hanc quaestionem cum *Centiloquio*, communiter GULIELMO DE OCKHAM adscripto, comparavit sicut iam antea NICOLAI ORESME tractatum *De communicatione idiomatum*, editum ab E. BORCHERT in opere *Der Einfluss des Nominalismus auf die Christologie der Spätscholastik nach dem Traktat De Communicatione Idiomatum des Nicolaus Oresme* (Münster, 1940), cum eodem *Centiloquio* contulerat, ut huius verum auctorem detegeret. Hunc quidem nondum determinare potuit, illo autem tractatu cum quaestione collato, statuere potuit, istam quaestionem NICOLAO ORESME attribuendam esse atque ex eiusdem *Comment. in Sent.*, nondum reperto, provenire. His inquisitionibus A. opinionem suam magis confirmavit opus *Centiloquium* minus ex ambitu GULIELMI DE OCKHAM, quam potius NICOLAI ORESME vel ROBERTI HOLKOT, O.P., esse. Antequam in fine textum quaestionis edidit, A. pauca adnotat de *arte obligatoria* apud OCKHAM et ORESME, quae ad artem logicam posterioris scholasticae cautius diiudicandam invitant.

P. BONAVENTURA

755. — L. BAUDRY, *Le Texte de la Summa Totius Logicae*, in *Mediaev. Studies*, 1947, t. IX, p. 301-304.

Cum *Summa totius logicae* GULIELMI DE OCKHAM in plus quam quinquaginta manuscriptis adservetur, mirum non est, quod variae inde difficultates ad genuinum textum reperiendum exoriuntur. Videtur tamen non agere de interpolationibus, uti A. quibusdam exemplis illustrat. P. LAURENTIUS

756. — ANNELIESE MAIER, *Ein neues Ockham-Manuskript.* (*Die Originalform der Expositio aurea?*), in *Greg.*, 1947, t. XXVIII, p. 101-133.

Cod. Vat. Borgh. 151, ff. 1r-30v, tria continet scripta logicalia, sine titulis et *Explicit*, quae iam anno 1369 in catalogo card. PHILIPPI DE CABASSOLE nomini GULIELMI AUQUAM adscribebantur. A. opinatur haec opuscula primam constituere formam commentariorum OCKHAM in *Isagogen Porphyrii*, in *Decem Praedicamenta* et librum *Perihermeneias*, quae anno 1496 typis vulgatae fuerant sub titulo *Expositio aurea et admodum utilis super artem veterem.* At hanc opinionem impugnavit PHIL. BOEHNER; cf. n. 757. P. LAURENTIUS

757. — PHILOTHEUS BOEHNER. O.F.M., *A first redaction of the Expositio aurea of Ockham. A critical comment on Anneliese Mayer* [lege: *Maier*], *Ein neues Ockham-Manuskript* (*Die Originalform der Expositio Aurea?*), in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 69-76.

A. MAIER invenit in *cod. Vat. Borgh. 151* tractatum anonymum qui tria continet opera: *Notabilia Porphyrii, Notabilia Praedicamentorum, Notabilia libri Perihermeneias.* Haec quidem tria scripta intimam habere relationem cum tribus operibus OCKHAM, in *Expositione aurea* a MARCO DE BENEVENTO, O.S.B., a. 1496 primum editis, sagacem inquisitorem non aufugit. Attamen A. MAIER, iuxta A., deduxit *Notabilia* probabilius esse formam primitivam *Expositionis aureae.* A. econtra rationes prolatas evincere atque demonstrare conatur illa tria *Notabilia* non esse nisi excerpta ex tribus scriptis OCKHAM, quorum editio ad fidem codicum praeparatur. A. MAIER respondit in *Gregorianum*, 1948, t. XXIX, p. 250 s. (cf. *supra*, n. 740).

P. LAURENTIUS

758. — E.F. JACOB. *Essays in the Conciliar Epoch.* Manchester, Univ. Press, 1944. In-8°, 200 p. (tractat etiam de GULIELMO DE OCKHAM).

759. — ROBERT GUELLUY. *Philosophie et théologie chez Guillaume d'Ockham.* (Universitas Catholica Lovaniensis. Dissertationes ad gradum magistri. Series II, tom. 39). Louvain, E. Nauwelaerts - Paris, J. Vrin, 1947. In-8°, XXIV-383 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 326-328.

759a. — F. MAINCIL, *Philosophie et théologie chez Guillaume d'Ockham* (*A propos du livre de R. Guelluy*), in *Rev. diocés. Namur*, 1947, t. II, p. 535-544.

760. — P. VIGNAUX. *Nominalisme au XIV^e siècle.* (Collection Conférences Albert-le-Grand). Montréal, Institut d'études médiévales - Paris, J. Vrin, 1948. In-8°, 98 p.

Hoc opusculum, quod ipsi videre nondum potuimus, a J. ISAAC, O.P., in *Rev. Sciences Phil. Théol.*, 1949, t. XXXIII, p. 438, satis laudatur, quia plenam et accuratam exhibet synthesim praecipuorum argumentorum, in quibus tractandis nominalistae et GULIELMUS DE OCKHAM potissimum occupabantur, scil. circa quaestiones de intuitione et abstractione, de cognitione obiecti in se et per conceptum, de theologia ut scientia, de Dei potentia absoluta etc.

P. BONAVENTURA

760[a]. — M.H. CARRE. *Realists and Nominalists.* London, Oxford University Press, 1946. In-8°, VI-128 p.

761. — H. SCHOLZ, *Zur Erhellung der spätmittelalterlichen Logik,* in *Philos. Jahrb.*, 1948, t. LVIII, p. 288-289.

Partes quas habuit GULIELMUS DE OCKHAM in excolenda logica medii aevi ante viginti annos vix notae erant, usquedum JAN SALAMUCHA, O.P., et I.M. BOCHENSKI, O.P., hunc auctorem illustraverunt. Eorum tamen studia, polonice conscripta, proh dolor, non debite innotuerunt.

Nostris diebus praeprimis PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., supremus moderator Instituti Franciscani, St. Bonaventure, N.Y., eodem sensu laborat, et plures iam edidit subtiles indagationes, quibus logica GULIELMI DE OCKHAM accuratius inspicitur. Memoratur articulus in *Rech. Théol. Anc. Méd.*, 1947, t. XIV, p. 305-328, de quadam quaestione NICOLAO ORESME attribuenda editus, in quo conceptus *obligationis* cum hodierna doctrina *axiomaticae* comparatur (cf. *supra*, n. 754). Quod ad logicam saeculi XIV attinet, BOEHNER iure meritoque affirmat rerum historicarum peritos saepius eam haud satis cognoscere et falsa de ea proferre; hoc valet praeprimis de historia logicae in Occidente a CAROLO PRANTL conscripta. P. LAURENTIUS

761[a]. — PH. BÖHNER, O.F.M., *El sistema de lógica escolástica. Estudio histórico y crítico,* in *Rev. Universidad Nacional de Córdoba,* 1944, t. XXXI, p. 1-24.

761[b]. — G. DE LAGARDE, *Un exemple de logique ockhamiste,* in *Rev. M.A. Lat.*, 1945, t. I, p. 237-258.

762. — R.L. SAW, *William of Ockham on Terms, Propositions and Meaning,* in *Proceedings Aristotelian Soc.* (London), 1941-1942, t. XLII.

763. — ROBERT FEYS, *Guillaume d'Ockham, théoricien de la connaissance,* in *Rev. Philos.*, 1948, t. XLVI, p. 188-201.

Haec dissertatio praecipua capita libri ROBERTI GUELLUY, *Philosophie et théologie chez Guillaume d'Ockham* (Louvain - Paris, 1947) (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 326-328) exponit. Unde necessario eiusdem theoriam cognitionis in medio collocat, quia OCKHAM eximius fuit magister logisticae artis et « venerabilis inceptor » illius res considerandi modi peculiaris, qui haud feliciter *nominalismus* vo-

catur. Quae enim OCKHAM de habitudine philosophiae ad theologiam subtiliter disseruit, fundantur in notione scientiae eiusque praesuppositis atque consectariis. Multa valde utilia elementa ex hoc articulo desumere potest quisque, quin tamen a libro GUELLUY legendo dispensetur.

P. LAURENTIUS

764. — PHILOTHEUS BÖHNER, O.F.M., *The « notitia intuitiva » of Non-Existents according to William Ockham*, in *Traditio*, 1943, t. I, p. 223-275.

765. — JULIUS WEINBERG, *Ockham's Conceptualism*, in *Philos. Review*, 1941, t. L, p. 523-528.

766. — PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., *The Realistic Conceptualism of William Ockham*, in *Traditio*, 1946, t. IV, p. 307-335.

Nomine conceptualismi auctores neo-scholastici doctrinam idealisticam designant, et generatim GULIELMUM DE OCKHAM inter eius defensores adnumerant. Eodem sensu scripserat C.N. BITTLE, O.F.M. CAP., *Realty and Mind*, p. 237 (New York, 1938), quem A. refutat. Doctrina enim cognitionis a G. DE OCKHAM proposita nullum inter conceptum et realitatem admittit discrimen, quia fundatur super intuitivam rei cognitionem. OCKHAM non ideo inter idealistas recensendus est, quia universale in re reicit. Rationibus equidem metaphysicis ducitur ad eius refutationem, et nihilominus relationem similitudinis inter conceptum et rem defendit. A. severe, sed iure dicit: « The 'idealistic Ockham' is a monstrosity! ». Eo minus licet OCKHAM ad philosophicas partes KANTII trahere, sicut fecit E. HOCHSTETTER, *Studien zur Metaphysik und Erkenntnislehre Wilhelms von Ockham* (Berlin-Leipzig, 1927), qui ubicumque vestigia « dubiorum criticorum » invenire sategit.

Valor huius articuli in ultima parte est, ubi A. de ordine chronologico operum GULIELMI loquitur (p. 315 s.). Exstant *Lectiones* seu *Reportata* ad Quaestiones super 2um, 3um et 4um librum *Sententiarum*, quae medio aevo notae erant sub titulo *Reportatio Ockham*, quae prima vice edita est Lugduni 1495. Lectiones ad 1um librum *Sententiarum* tantummodo in definitiva redactione ipsius auctoris, *Ordinatio* nuncupata, ad nos pervenit (*cod. Florent. Nat. A. 3801*, anno 1331 confectus). Postea OCKHAM diversa commentaria scripsit: ad *Isagogen* PORPHYRII; ad *Categorias, Perihermenias, Elenchum, Physica* ARISTOTELIS. Nescimus, num alia quoque opera Philosophi interpretatus sit. Posteriori periodo assignanda sunt *Quodlibet* et *Quaestiones super libros Physicorum*. Ultima OCKHAM scripta sunt *Summa logica* (ante a. 1329) vel *Summulae in libros Physicorum* (exstat fragmentum tantum).

Demum editur ad fidem codicum et editionis principis *Comment. ad Perihermenias*, c. 1 (p. 320-335), ex quo optime apparet OCKHAM decursu temporis sententias suas mutavisse.

P. LAURENTIUS

767. — PHILOTHEUS BOEHNER, O.F.M., *The Metaphysics of William Ockham*, in *Rev. of Metaphysics*, 1948, t. I, 4, p. 59-86.

767a. — PH. BÖHNER, O.F.M., *Ockham's Tractatus de Praedestinatione and its Mains Problems*, in *Proceedings of the American Cath. Philos. Association*, 1941, t. XVI, p. 189-191.

767b. — PH. BÖHNER, O.F.M., *Ockham's Political Ideas*, in *Rev. of Politics*, 1943, t. V, p. 462-487.

767c. — H.M. FÉRET, *Théologiens et laïcisation des doctrines politiques de S. Thomas à Guillaume d'Ockham* (*A propos des deux nouveaux tomes de G. de Lagarde*), in *Rev. Hist. Église France*, 1945, t. XXXI, p. 120-127.

Franciscus Eiximeniç, O.Min., † c. 1409

Vide etiam: 461 Assumptio B.M.V.

768. — T. CARRERAS Y ARTAU, *Fray Francisco Eiximenis. Su significación religiosa, filosófico-moral, política y social*, in *Anales del Instituto de Estudios Gerundenses*, 1946, t. I, p. 270-293.

769. — A. LÓPEZ - AMO Y MARÍN, *El pensamiento político de Eximenis en su tratado de « Regiment de princeps »*, in *Anuario de Historia del Derecho Español*, 1946, t. XVII, p. 5-139 (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), n. 1896a).

770. — J. TRUETA. *The Spirit of Catalonia*. London, Oxford University Press, 1946. In-8°, (8)-198 p. cum delin.

In hoc opere, quod gentis Catalaunicae proprium ingenium indolemque per saecula in variis cultus humani civilisque disciplinis se explicantem descripsit, A. imprimis tractavit etiam de illustribus huius regionis viris, inter quos ad historiam vel doctrinam franciscanam pertinent B. RAYMUNDUS LULLUS, ARNALDUS DE VILLANOVA et FRANCISCUS EIXIMENIÇ. Quid vero A. de his exposuit, nescimus, cum ipsum opus inspicere nondum potuerimus. P. BONAVENTURA

Henricus de Baume (Balma), O.F.M.Colet., † 23 febr. 1439

771. — HUGOLIN LIPPENS, O.F.M., *Henry de Baume coopérateur de S. Colette. Recherches sur la vie et publication de ses Statuts inédits. Une contribution à l'histoire de la réforme dans l'Ordre des Frères Mineurs aux XVe siècle*, in *Sacris erudiri*, 1948, t. I, p. 232-276.

Notitiae biographicae de HENRICO DE BAUME (BALMA), O.F.M. COLET. († 1439, probabiliter die 23 febr.), iuxta fontes primarios critice proponuntur, eiusdem operositas apostolica et cum S. COLETA sociatum studium reformandi Ordinem atque veneratio eidem tributa praesertim in monasterio S. Clarae Vesuntione in Gallia, ubi ossa eius cubant, describuntur. Enumeratis, iuxta priores auctores, operibus ab eodem conscriptis, A., cum in hoc elencho alia non genuina comprehendantur, alia autem genuina desint, novam seriem 13 scripta complectentem exhibet, quae eidem HENRICO DE BAUME certe vel probabiliter adscribenda sunt. In fine (p. 261-276) prima vice eduntur, iuxta codicem scriptum inter an. 1450-1550 et Gandavi in monasterio Bethlehem adservatum, *Statuta Fr. Henrici de Balma, primi Vicarii Colettinorum monasteriis s. Colettae inservientium*. P. BONAVENTURA

S. Bernardinus Senensis, O.F.M.Obs., † 20 mai. 1444

Vide etiam: 20b manuscripta; 91 bibliographia; 393 primatus Christi; 396 mediatio Christi et Mariae; 403 usura; 438 mariologia; 474 Assumptio B.M.V.; 494-495 Corredemptio B.M.V.

772. — S. Bernardino da Siena, O.F.M.Obs. *Il segreto di star tutti bene.* Parole di uno che se n'intende raccolte e presentate da Arnolfo Santelli. Roma, Edizioni « I Poveri », s.a. (1948). In-16°, 151 p.

Hoc opusculum, quod inspicere ipsi non quivimus, iuxta *Stud. Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 89-90, continet textus e sermonibus quos S. Bernardinus an. 1427 Senis habuit, selectos imprimis circa spiritum et exercitium caritatis christianae. Editor anthologiae praemisit introductionem, illius sancti viri naturam et nostri temporis difficultates describentem, et adiunxit in tertia parte quasdam notitias biographicas et tres elenchos scil. operum, biographiarum et imaginum ipsius Sancti, quos quidem nullo modo perfectos esse censor declarat. P. Bonaventura

773. — *St. Bernardine's Sermon on St. Joseph.* Translated by Eric May [of Brooklyn], O.F.M.Cap. With an Introduction and Notes. Paterson N.J., St. Anthony's Guild, 1947. In-16°, 51 p.

Ex S. Bernardini Senensis, O.F.M.Obs., operibus (editis Venetiis, 1591, t. III, p. 456-463) in anglicum idioma convertitur sermo in honorem S. Joseph, nutricii D.N.J.C., et opportunis adornatur notis, quae sententias S. Bernardini cum hodiernis doctrinis in rebus dogmaticis et scripturisticis comparant.

Editor adnotavit (p. 46 n. 5) S. Bernardinum locum aliquem sermonis ab Hubertino de Casale et Bartholomaeo de Pisa deprompsisse. At vero casus gravior est. Nam « le fameux sermon *De Sancto Joseph*, qui mérita à Bernardin le titre, sinon de fondateur, au moins de plus grand propagateur du culte et de la doctrine de saint Joseph, et qui fut admis dans le Bréviaire romain, est simplement une compilation de deux extraits de l'*Arbor Vitae* » Hubertini (Emmerich Blondeel d'Izegem, O.F.M.Cap., *L'Influence d'Ubertin de Casale sur les écrits de S. Bernardin de Sienne*, in *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 39 s.). P. Laurentius

774. — Martinus Bertagna, *Christologia S. Bernardini Senensis*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 5-37; 1948, t. XVIII, p. 5-117.

Dissertatio duas complectitur partes inaequalis quidem extensionis, utramque tamen eruditione refertam, scil. textibus ex variis S. Bernardini Senensis operibus excerptis et aliorum scriptorum auctoritatibus. Indoles huius doctrinae christologicae propria ex eo provenit quod a sacro oratore in utilitatem praesertim fidelium prolata sit, ideoque apparet admirativa, affectiva, illuminativa, practica et franciscana, quippe quod auctor ex doctoribus scholae sui Ordinis non solum principia sed spiritum quoque hausit. In altero primae partis capite A. aggreditur quaestionem controversam de fontibus christologiae bernardinianae, quam olim erudite agitavit Emmericus ab Izegem, O.F.M.Cap., in *Collect. Franc.*, 1935, t. V, p. 5-44.

In altera autem disquisitionis parte singula capita christologica A. pervestigat, comparatione instituta inter doctrinam S. Bernardini aliorumque scriptorum sententias cum quibus illa similitudinem seu affinitatem habere videtur. Itaque per ordinem disserit de Christi primatu et regalitate, de eius sanctissimo nomine et mysterio nativitatis, de passione et redemptione, de glorificatione. Quae omnia quum fuse exposita essent, A. ad hanc pervenit conclusionem: « S. Bernardi-

NUS SENENSIS potest totius Scholasticae maxime franciscanae velut eximius et officialis evulgator considerari, cuius ingentem et praestantissimam sapientiae hereditatem fidelibus exspectantibus communicavit ». P. MELCHIOR

775. — MARTINO BERTAGNA, O.F.M., *I Sermoni Bernardiniani sul Purgatorio,* in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 50-67.

Examini subicitur doctrina S. BERNARDINI SENENSIS de purgatorio, prout ex eiusdem Sancti sermonibus eruitur, in quibus tum exsistentiam tum salutares fructus, quos ex hac consideratione christifideles colligere possunt, perspicue ac docte exposuit atque vulgavit. Quamvis doctrina communis sit, quae traditione nititur, eam tamen Apostolus Senensis propria ratione explanavit. Probabile est quod EUGENIUS IV tempore concilii Florentini an. 1439 hos sermones bernardinianos prae manibus habuerit; A. autem sententiam eorum reicit qui tenent S. BERNARDINUM in eodem concilio miro modo graece locutum esse ad graecorum errores profligandos, quippe quod historice non constat sessionibus concilii quandoque eum interfuisse.

P. MELCHIOR

775[a]. — FRANCESCO SARRI, O.F.M., *La predicazione sociale di San Bernardino da Siena,* in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 105-125.

Iure animadvertit A. praedicationem S. BERNARDINI SENENSIS in his quae ad componendos reformandosque populorum publicos mores attinet innixam esse normis et principiis a magistris scholae franciscanae traditis. Profecto Apostolus Senensis crebro suis in concionibus agit de quaestionibus sic dictae actionis socialis, nimirum: de proprietate rerum, de divitiarum distributione et mercatura, insuper de regimine principum, de iudicum munere, deque contentionibus et litibus quae animos et civitates italicas saepissime conturbabant. Verumtamen haec omnia aliaque huiusmodi, non scholasticorum more syllogistico, sed lege evangelica mutui amoris, quae maxime sacrum oratorem decet, ille proponebat et ad praxim deducere conabatur. Itaque S. BERNARDINI novitas non in ipsis doctrinis traditis, sed in eius propria ac singulari ratione illas proponendi posita est, uti ex fragmentis ab A. dissertationis collectis elucet et demonstratur. P. MELCHIOR

776. — ENRICO BULLETTI, O.F.M., *Due cugini di S. Bernardino nell'Ordine Agostiniano,* in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 112-115.

Notitiae breves, ex fontibus rite examinatis desumptae, proponuntur de fratribus REGULINO et ANDREA ANGELINI, ex communi abavo CIAMPOLO ALBIZZESCHI cum S. BERNARDINO consanguineis, quorum uterque Ordinem S. Augustini de Observantia ingressus est et ad eiusdem Ordinis familiam reformatam Canonicorum Regularium S. Salvatoris transiit, ubi primus scil. REGULINUS remansit et, pluries electus Prior generalis, mortuus est an. 1446; alter vero scil. ANDREAS, in Ordinem S. Augustini de Observantia reversus, an. 1448 in processu canonizationis S. BERNARDINI testis exstitit. P. BONAVENTURA

777. — ARRIGO LEVASTI, *Verso l'edizione critica delle opere di S. Bernardino,* in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 178-180.

Recensens opus D. PACETTI, O.F.M., *De Sancti Bernardini Senensis operibus. Ratio criticae editionis*, A. imprimis exoptat, ut eiusdem sancti viri opera italica ante latina edantur. Quod quidem votum evasit inane, cum prima duo volumina novae editionis an. 1950 evulgata *Quadragesimale de christiana religione* contineant (cf. *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 426-429). P. BONAVENTURA

778. — GAUDENZIO MELANI, O.F.M., *Relazioni diplomatiche di S. Bernardino con la Repubblica di Siena durante il suo ultimo soggiorno a Milano* (*1442-1443*), in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 75-87.

Describuntur litterae autographae S. BERNARDINI SENENSIS die 12 febr. an. 1443 Mediolani datae ac ad magistratus Senarum missae. Qua quidem occasione palam fiunt negotia eidem sancto viro a concivibus Senensibus commissa sub finem an. 1442, ut Mediolani coram principe Ph. M. VISCONTI de novo urbis syndico seu potestate obtinendo tractaret. Huiusmodi litterae autographae adservantur in monasterio Florentino monialium Carmelitarum atque munitae sunt ipsius S. BERNARDINI sigillo, quod hucusque ignotum iacuerat et hic pariter illustratur. P. MELCHIOR

779. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *Medals of St. Bernardine of Siena*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 81-82.

Descriptio numismatis occasione obitus S. BERNARDINI an. 1444 ab A. MARESCOTTI Ferrariensi cusi. P. MELCHIOR

Joannes Canali Ferrariensis, O.F.M.Conv., † mart. 1462

780. — A. VAN DEN WYNGAERT, O.F.M., *Canales* (*Giovanni*), in *Dict. Hist. Géogr. Eccl.*, fasc. LXIII, col. 700-701, Paris, 1948.

Praeter excerpta ex notitiis bio-bibliographicis de JOANNE CANALIO FERRARIENSI, O.F.M.CONV., iam antea a L. WADDING, J.H. SBARALEA et EDUARDO AB ALENÇON exhibitis, nihil proponitur. Nuper ulteriores notitias de eodem attulerunt D. FAVA, *Fra Giovanni Ferrarese e Sigismondo Pandolfo Malatesta* (Extractum ex *Scritti vari dedicati a M. Armanni*; Milano, 1938) et C. PIANA, O.F.M., in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 60 et 79, nota 2; 1948, t. XLI, p. 250. P. BONAVENTURA

Gulielmus de Vaurouillon, O.F.M.Colet., † 1463

781. — IGNATIUS BRADY, O.F.M., *Remigius - Nemesius*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 175-284.

Praeparans editionem *Libri de anima* GULIELMI DE VAUROUILLON, A. allegatum ibidem invenit quemdam REMIGIUM, qui quisnam esset iam antea plures editores scriptorum scholasticorum, ut *Summae Fratris Alexandri*, S. BONAVENTURAE, S. THOMAE, frustra quaesierant. Argumentis gravibus nisus, A. ostendit illum REMIGIUM alium non esse nisi NEMESIUM, episcopum Emesensem, qui saec. V composuit librum *De natura hominis*, ab ALFANO, archiepiscopo Salernitano († 1085), nomine veri auctoris NEMESII adducto, et postea a BURGUNDIONE PISANO (c. 1159) in latinum translatum, sed falso adscrip-

tum GREGORIO NYSSENO. Vix dubitari potest citationes istas provenire ex NEMESII opere *De natura hominis*. Quandonam autem et quonam modo ista nominis corruptio orta sit, A. ulteriori pervestigationi reliquit, sed cum ipse primam huiusmodi citationum non invenit nisi apud PHILIPPUM CANCELLARIUM, hic fortasse ansam praebuit errorum sequentium scriptorum. P. BONAVENTURA

782. — GULIELMUS DE VAUROUILLON, O.F.M.COLET. *The «Liber de anima» of William of Vaurouillon, O.F.M.* Edited by IGNATIUS BRADY, O.F.M. Reprinted from *Mediaeval Studies* (Toronto), vol. X-XI (1948-1949). In-8°, p. 225-297 et p. 247-307.

Iam an. 1875 FIDELI A FANNA, O.F.M., hic *Liber de anima* innotuit manuscriptus in *cod. Paris. Bibl. Nat. lat. 16585* (antea *Sorbonne 1193*), sed eius auctor incognitus remansit, donec E. LONGPRÉ, O.F.M., an. 1946 aliud manuscriptum exemplar invenit, scil. *cod. Paris. Bibl. Nat. lat. 6684* (antea *Bibl. Royale 2168*), in quo idem opus aperte GULIELMO DE VAUROUILLON adscribitur. Editor primum de istis duobus codicibus tractat, deinde operis authenticitatem, testimonio scriptoris *cod. 6684*, scil. GEORGII LE MAALOT, discipuli ipsius GULIELMI, iam satis certam, amplius adhuc argumentis internis et externis illustrat, et denique concludit GULIELMUM hoc opus composuisse post an. 1430 et antequam fieret Minister provinciae suae Turoniae (ante an. 1455), probabiliter in universitate Pictaviensi. Sequitur textus librorum I et II *De anima*, libro autem tertio Editor praemisit novas notitias sibi transmissas a P. LONGPRÉ de *cod. 6684* necnon nonnullas notas de opere *De potentiis animae*, a GULIELMO pluries allegato et S. THOMAE DE AQUINO adscripto. Editio magna cum diligentia exarata est, praesertim quod attinet ad indagationem definitionemque fontium, e quibus GULIELMUS doctrinam hausit, opus sane arduum, sed meritissimum, quippe cum GULIELMUS anteriores scriptores saepissime alleget. De quodam fructu huius studii cf. *supra*, n. 781. P. BONAVENTURA

Augustinus de Ferrara, O.F.M.Conv., † 1466

783. — CELESTINO PIANA, O.F.M., *Agostino da Ferrara († 1466), un Francescano assertore del potere temporale nel Papa fra le negazioni dell'Umanesimo*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 240-281.

Inde a tempore INNOCENTII III acriter disputabatur inter iuris consultos et canonistas, utrum necne Summo Romano Pontifici dominium in temporalibus spectaret. Sententia scholae franciscalis (p.243s.) haud unanimis erat (inter adversarios adnumerandus erat GULIELMUS DE OCKHAM, O.MIN.; cf. ADALBERT HAMMAN, O.F.M., *La doctrine de l'Église et de l'État chez Occam*, Paris, 1942). Saeculo XV quaestio potius versabatur circa auctoritatem Papae in Concilium oecumenicum. Plures Fratres Minores in hac controversia partes habuerunt: S. JOANNES DE CAPISTRANO, O.F.M.OBS. (*De Papae et Concilii sive Ecclesiae auctoritate*, Venetiis, 1580), LUDOVICUS DE PIRANO FOROLIVIENSIS, O.MIN. (*Dialogus ad Eugenium Papam quartum*, ed. B. ZILIOTTO in *Memorie storiche Forogiuliesi*, 1937/38, t. XXXII-XXXIV, p. 151-191). Ipsis adsociatur AUGUSTINUS FERRARIENSIS, de cuius vita et scriptis pauca innotuerunt (p. 245-252). Fuit s. theologiae magister,

capellanus NICOLAI V, a quo beneficium ecclesiasticum accepit. Unde sequitur ipsum ad familiam Fratrum Minorum Conventualium pertinuisse (p. 248).

Hucusque tria tantum opera AUGUSTINI FERRARIENSIS eluxerunt: *Quaestiones super Isagogen Porphyrii* (München, *Bay. Nat. Mus., cod. 935*, f. 154-176r), *Quaestiones super librum Praedicamentorum Aristotelis* (*ib.*, f. 178r-209r), *Quaestio de potestate Papae* (Venezia, *Bibl. Marc., cod. L. IV. V*, f. 1r-8r). Huius ultimi tractatus *fontes* fuerunt HENRICUS DE CREMONA et GUIDUS VERNANI DE RIMINI, O.P. (p. 253 s.). *Doctrina* Ferrariensis in suo opusculo viam terit traditionalem (p. 256 s.): Romano Pontifici competere in radice supremam et absolutam potestatem in spiritualibus atque temporalibus; ipso tantummodo iubente vel praesidente Concilium generale lagitimum esse; a nemine posse iudicari nec corrigi, dummodo « verus catholicus et de nullo errore suspectus sit ». Ultimo loco editur tota quaestio debitis ac opportunis adnotationibus aucta (p. 265-281). P. LAURENTIUS

Alphonsus de Spina, O.F.M.Obs., † 1469 (1491?)

784. — MARIO ESPOSITO, *Notes sur le «Fortalicium fidei» d'Alphonse de Spina*, in *Rev. Hist. Eccl.*, 1948, t. XLIII, p. 514-536.

Fortalicium fidei opus est apologeticum, quinque libris constans, scriptum (inter a. 1458-1461) a Fratre Minore hispanico, cuius vitae sortes obscurae sunt; cf. A. TEETAERT, O.F.M.CAP., *Spina* (*Alphonse de*), in *Dict Théol. Cath.*, t. XIV, col. 2477-2479, Paris, 1941. A. qui de libro et eius compositore iam scripserat praevium articulum (in *Rev. Hist. Eccl.*, 1936, t. XXXII, p. 350-360), plura nova affert ad elucidandum celebre opus. Clare evincitur ALPHONSUM non a iudaica religione ad catholicam fidem conversum esse, uti opinabatur (p. 515, n. 2). Morabatur in conventu Fratrum Minorum Vallisoletano (p. 514, n. 3). Haereticos acriter impugnabat, et modum procedendi contra ipsos statuit necnon Inquisitionem comprobavit (p. 523, n. 3).

A. praesertim in eo est, ut fontes enumeret, quibus usus est ALPHONSUS. Admiranda omnino series occurrit (p. 526-535) et in ipsa nomina et opera reperiuntur, quae ceteroquin ignorantur. Ea tantum referimus quae certe Ordinem franciscalem respiciunt: RAYMUNDUS LULLUS; JOANNES AEGIDIUS DE ZAMORA (c. 1278) cuius opera adhuc inedita *Cronicae Hyspaniae* et *Archivum sive Armarium Scripturarum* adhibuit; pluris fecit doctrinam PETRI DE SANCTOYO († 1431) in ms. deperdito *Notabilia de Remediis;* occurrunt ALEXANDER HALENSIS; S. BONAVENTURA; *Regula* S. FRANCISCI ASSISIENSIS; FRANCISCUS DE MAYRONIS cum *Tractatibus de Haereticis* et *de Angelis;* GERALDUS ODONIS DE CHÂTEAUROUX in sua *Secunda Sententiarum Distinctione; Collectarium Hystoriarum* (opus ineditum) JOANNIS DE PODIO († c. 1455); NICOLAI LYRANI († 1340) *Glossa super Danielem* et *Postilla; Dialogus* GULIELMI DE OCKHAM; RICHARDUS DE MEDIAVILLA; JOANNES DUNS SCOTUS.
P. LAURENTIUS

Joannes Brugman, O.F.M.Obs., † 19 oct. 1473

Vide etiam: 20b manuscripta.

785. — JAN BRUGMAN, O.F.M. *Leven van Jezus*. Bewerkt door MATHIAS GOOSSENS, O.F.M., met een inleiding van J.B. KNIPPING, O.F.M. (Gekruiste Handen. Vol. 2). Roermond-Maaseik, J.J. Romen, 1947. In-8°, 270 p.

Haec *Vita Jesu Christi*, neerlandice conscripta, edita iam fuit anno 1854 Amstelodami a W. MOLL. Nunc vero exigentiis hodiernis linguae neerlandicae adaptatur. Admonere volumus praesertim de optima introductione, in qua non solum de vita operibusque JOANNIS BRUGMAN († 1473) sermo est, sed de eius quoque in pietate medii aevi momento et de loco quem eius *Vita Jesu* (quae olim longiorem titulum habuit, uti saeculi XV mos erat) inter alia id genus scripta tenet. P. LAURENTIUS

786. — P. GROOTENS, S.J., *Brugman's leven van Jesus*, in *Kath. Cult. Tijdschr.*, 1947, p. 393-400.

Quae J.B. KNIPPING, O.F.M., in introductione novae editionis *Vitae Jesu Christi* JOANNIS BRUGMAN (cf. *supra*, n. 785) exposuit de parte quam spiritualitas franciscana aliaeque scholae in hoc argumento tractando habuerunt, critice examinatur a P. GROOTENS, qui rem alio modo explicat. De singulis huius disputationis argumentis nihil dicere possumus, cum ipsam expositionem inspicere nondum potuerimus et L.C. MICHELS in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 149, ubi hanc notitiam invenimus, accuratiora non attulerit. P. BONAVENTURA

787. — L.C. MICHELS, *Naar aanleiding van Brugman's leven van Jesus uit het Middelnederlands overgezet*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 149-157.

Nova editio *Vitae Jesu Christi*, a JOANNE BRUGMAN, O.F.M.OBS., sermone neerlandico qui vocatur medius conscriptae et a M. GOOSSENS, O.F.M., in linguam neerlandicam nostrae aetatis conversae (cf. *supra*, n. 785). potissimum ex parte philologica accurate exquiritur, multisque exemplis adductis ostenditur, Editorem vel Interpretem hanc partem philologicam nimis neglexisse. P. BONAVENTURA

788. — JAN BRUGMAN, O.F.M.OBS. *Onuitgegeven Sermonen van Jan Brugman, O.F.M.* Ingeleid en bezorgt door Dr. P. GROOTENS, S.J. (Studiën en Tekstuitgaven van *Ons Geestelijk Erf*. Deel VIII). Tielt (België), Drukkerij-Uitgeverij Lannoo, 1948. In-8°, CXXII-275 p.

Anno 1925 in pago Belgico Kastelree 26 *Sermones* manuscripti inventi fuerunt, quorum 21 certo aut valde probabiliter celebri Fratri Minori JOANNI BRUGMAN attribui possunt; duo alteri confratri adscribendi sunt. Quia tamen exspectatur plura id genus opella in lucem ventura esse, Editor iudicium de arte praedicandi JOANNIS BRUGMAN nondum exprimit. Quare introductio loquitur de manuscripto invento eiusque origine; insuper adducuntur rationes, quae in quolibet casu pro authenticitate *Sermonum* militant.

Ex *Sermone I* et *II* apparet J. BRUGMAN ad mentem scholae franciscanae de motivo Incarnationis sensisse. Ille alter Frater Minor in *Sermone XXII* invocat opinionem ALEXANDRI HALENSIS et BERNARDINI SENENSIS ad exponendam thesim Deum angelis suis Incarnationem futuram Filii Unigeniti revelasse, ut obedientiam ipsorum probaret.

P. LAURENTIUS

789. — A. VAN DIJK, O.F.M. *Verspreide Sermoenen van Jan Brugman*. Uitgegeven met inleiding, bibliografie en antekeningen.

(Klassieke Galerij. Nr. 41). Antwerpen, De Nederlandsche Boekhandel, 1948. In-8°, XX-172 p.

Ex multis dispersisque codicibus manuscriptis eduntur varii *Sermones* JOANNIS BRUGMAN, qui partim in periodicis vel commentariis vix notis et modo haud critico collecti fuerant. Novus Editor textui notas philologicas addidit, sed neglexit, uti scribit MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M.CAP., in *Franc. Leven,* 1949, t. XXXII, p. 63-64, notitias de rebus, de modo praedicandi, de historicis respectibus, de formarum varietate, de stili proprietatibus, de spiritualitate, breviter de qualitatibus litterariis *Sermonum.* Introductio enim nonnisi de vita atque operibus JOANNIS BRUGMAN agit. P. LAURENTIUS

790. — AMIDEUS VAN DIJK, O.F.M., *Jan Brugman als biograaf van de Heilige Lidwina,* in *Bijdragen voor de Geschiedenis van de Provincie der Minderbroeders in de Nederlanden,* 1948, fasc. V, p. 273-305.

Cum hoc commentarium inspicere nondum potuerimus, e *Franciscana,* 1948, t. III, p. 120-121, has notitias deprompsimus. Bollandista D. PAPEBROCH, S.J., attribuit JOANNI BRUGMAN triplicem redactionem *Vitae* B. LIDWINAE DE SCHIEDAM (┼ 1433). Contra hanc sententiam K. HIRSCHE (1883) et TITUS BRANDSMA, O.CARM., (1941) dubia moverunt, quibus accuratius perpensis, A. pervenit ad hanc certam sententiam: *Vitae* redactio secunda certo attribuenda est HUGONI, subpriori Canonicorum Regularium Congr. Windeshemensis in Den Briel, dum *Vita I* pertinet ad quendam auctorem nondum notum, qui tamen non est JOANNES BRUGMAN. Quae restat *Vita III* genuinum auctorem habet J. BRUGMAN, qui propriam sequens scriptionis rationem et ordinem, itinerarium spirituale et mysticum B. LYDWINAE per tres vias a probatione ad consolationem persequitur et vehemens de salute animarum studium eiusdem beatae feminae praecipuum momentum sociale esse perspexit.

Adnotamus hanc A. de authenticitate *Vitarum* B. LIDWINAE definitionem nondum receptam esse in recentioribus encyclopaediis: nec a L. DI FONZO in *Enciclopedia Cattolica,* t. III, col. 135 (1950), nec a A. GHINATO *ibid.,* t. VII, col. 1334 (1951), nec a V. MIERLO in *De Katholieke Encyclopaedie,* t. VII, col. 276 (1950). P. BONAVENTURA

790ª. — EDWIN GORDIJN, O.F.M., *Jan Brugman, een Nederlands Observant,* in *Bonaventura. Tijdschrift van de Theologica der Nederlandse Minderbroeders-Provincie,* 1948, t. I, p. 256-264.

Innixus imprimis operibus JOANNIS BRUGMAN recenter editis eiusque *Vita S. Lidwinae,* A. commentarium composuit, in quo apud insignem Observantiae propugnatorem praesertim vis et auctoritas S. BERNARDINI SENENSIS et rationes cum Fratribus de vita communi contractae apparent (*Franciscana,* 1949, t. IV, p. 33). P. BONAVENTURA

S. Jacobus de Marchia, O.F.M.Obs., † 28 nov. 1476

Vide etiam: 107 «Summula confessionis».

791. — GIUSEPPE FABIANI, *S. Giacomo della Marca e Ascoli,* in *Studi Franc.,* 1948, ser. 3, t. XX, p. 30-49.

Describuntur iuxta fontes necessitudo S. JACOBI PICENI, O.F.M. OBS., cum Asculanis, operositas eius concionatoria actionesque de pace inter cives et cum vicinis concilianda, miracula ipso intercedente in civitate Asculana patrata, tabula picta a CAROLO CRIVELLI et capella «ad devotionem perpetuam et in commemorationem Beati Jacobi de Monteprandone» a civibus constructa. In fine eduntur tria documenta ex *Arch. Com.* Asculano, primum de reperto *Processu beatificationis* (1608), secundum exhibens depositionem fratris BERNARDINI LAURENTII CAMPANARI, Asculani, in *Processu informativo* (1526), tertium de pecuniis, a civitate Asculana pro S. JACOBO impensis (1470-1471).

P. BONAVENTURA

792. — E. BARTA, *L'Université Charles de Prague et la Hongrie*, in *Revue d'Hist. comparée*, n.s., 1948, t. VII, p. 213-231.

Hanc dissertationem videre non potuimus, sed iuxta relationem de ea factam in *Bull. Théol. Anc. Méd.*, t. VI, n. 253, notitia quaedam in ea habetur de inquisitore franciscano S. JACOBO DE MARCHIA.

P. BONAVENTURA

Henricus Herp, O.F.M.Obs., † 13 jul. (22 febr. ?) 1477

Vide etiam: 20b manuscripta; 420 Ludovicus Granatensis; 421 Capuccini Parisienses; 322 S. Franciscus Salesius; 424 Capuccini Neerlandiae; 426 Carolus L. Grimminck; 432 oratio mentalis.

793. — M.M.J. SMITS VAN WAESBERGHE, S.J. *Het verschijnsel van de opheffing des geestes bij Jan van Ruusbroec en Hendrik Herp. Openbare les gegeven bij de aanvaarding van het ambt van lector in de geschiedenis van ascese en mystiek aan de R. K. universiteit te Nijmegen op 30 November 1945.* Nijmegen, Dekker & van de Vegt, 1945. In-8°, 18 p.

794. — ST. AXTERS, O.P. *La spiritualité des Pays-Bas. L'évolution d'une doctrine mystique avec une liste des traductions françaises des auteurs néerlandais.* (Bibliotheca Mechliniensis, sér. 2, 1). Louvain, E. Nauwelaerts - Paris, J. Vrin, 1948. In-8°, 183 p.

A. non historiam completam spiritualitatis neerlandicae proponere intendit, sed acroases edit, quas an. 1946 Lovanii in facultatibus philos. et theol. sui Ordinis habuit de his capitibus: 1) de spiritualitate ante JOANNEM DE RUYSBROECK, 2) de spiritualitate JOANNIS DE RUYSBROECK, 3) de spiritualitate « speculativa » post J. DE RUYSBROECK, 4) de « Devotione moderna », 5) de quaestione utrum regiones neerlandicae propriam habeant spiritualitatem. In cap. 3 doctrina mystica HENRICI HERP, O.F.M.OBS., examinatur, qui iuxta A. ad spiritualitatem speculativam pertinet, immo A. putat eiusdem indolem speculativam fuisse unam ex causis, propter quas a Fratribus Vitae Communis ad Fratres Minores de Observantia transierit. HERP tradita quaedam habuit a J. RUYSBROECK, nonnulla autem omnino sibi propria. Ad quaestionem, utrum visio immediata, intuitio essentiae divinae in via sit gratia omnino extraordinaria, RUYSBROECK non clare, HERP vero clare respondit hanc gratiam certo cuidam numero contemplativorum in via concedi. Auctoritas HENRICI HERP, qui plus quam RUYSBROECK partem affectivam et didacticam coluit et sermone

simplici utebatur, magna erat apud posteros, imprimis apud FRANCISCUM VERVOORT, O.F.M.OBS. († 1555), qui nonnulla a RUYSBROECK tradita suscipiens, notam tamen mysticae franciscanae propriam (Passionis Domini studium) exhibet, sicut et JOANNES BRUGMAN, O.F.M. OBS., deinde apud JOANNEM EVANGELISTAM A 'S HERTOGENBOSCH, O.F.M.CAP. († 1635), qui autem multum etiam mysticis Galliae, praesertim BENEDICTO A CANFIELD, debet, denique apud LUCAM A MECHELEN, O.F.M.CAP. († 1632). Brevis notitia habetur etiam de devotione Passionis Domini et exercitio Viae Crucis imprimis ab Ordine franciscano propagatis. P. BONAVENTURA

794ª. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *Een methode van inwendig gebed: de schietgebeden*, in *Tijdschr. Geest. Leven*, 1947, t. III, pars 2, p. 16-26.

Agitur de methodo orationis mentalis quae orationibus iaculatoriis exercetur, et nonnulla de HENRICO HERP, O.F.M.OBS., dicuntur (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 119). P. BONAVENTURA

B. Bernardinus de Feltre, O.F.M.Obs., † 28 sept. 1494

Vide etiam: 403 usura.

795. — PIETRO COMPOSTELLA, *Glorificazione del Beato Bernardino da Feltre nella restaurata sede del Monte di Pietà di Mantova*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 113-115.

Mense maio an. 1947 consociata sunt instituta argentaria, vulgo *Monte di Pietà*, Mantuanum et Mediolanense, et quum huiusmodi beneficentiae incepta a BERNARDINO A FELTRE, O.F.M.OBS., instaurata et propagata sint sub finem saec. XIV, ideo egregius vir laudibus extollitur. P. MELCHIOR

Joannes Tisserant, O.F.M.Obs., † 1494

796. — RAOUL DE SCEAUX, O.F.M.CAP., *Un poète franciscain du XVᵉ siècle: Frère Jehan Tisserant*, in *Amis de St. Franç.*, 1947, n. 43, avril-mai, p. 9-16.

De poeta JOANNE TISSERANT, O.F.M.OBS. († 1494), cui attribuitur celebre canticum paschale *O filii et filiae*, breves notitiae bio-bibliographicae exhibentur eiusque ars poetica, adductis versibus, illustratur. De ceteris operibus, praesertim etiam de concionibus eidem JOANNI adscriptis a L. WADDING et J.H. SBARALEA, non tractat A. Quae autem a J.H. SBARALEA eiusque *Supplementi* novo editore e pluribus scriptoribus et bibliographis congestae sunt notitiae, in hoc commentariolo praetermissae, ulterioris et amplioris indagationis ansam et materiam praebent. P. BONAVENTURA

Robertus Caracciolo de Lecce, O.F.M.Conv., † 6 mai. 1495

797. — SERAFINO BASTANZIO, O.F.M. *Fra Roberto Caracciolo da Lecce, Predicatore del secolo XV*. Isola del Liri, Tip. Editr. M. Pisani, 1947. In-8°, XIX-313 p.

Cf. amplam recensionem in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 254-257.

798. — G. De Lucca, *Per riconoscenza: Il famoso famosissimo fra Roberto,* in *Oss. Rom.*, 1948, 4 giugno, p. 3.

Brevis notitia de dissertatione edita a Serafino Bastanzio, O. F.M., *Fra Roberto Caracciolo da Lecce, Predicatore del secolo XV* (cf. *supra,* n. 797).

Gerardus de Gouda, O.F.M.Obs., fl. 1506

798ª. — Leonides Mees, O.F.M. *Dat Boexken vander Missen door Broeder Gherit Vander Gounden minrebroeder vanden observanten. Verhandeling angeboden tot het bekomen van den graad van Licenciaat in de Wijsbegeerte en Letteren (Germaansche Philologie) aan de Katholieke Universiteit te Leuven.* 2 vol. dactylographico prelo scripta, 1946. Vol. I: *Inleiding en aantekeningen,* in-4°, XVII-124-122 p. Vol. II: *Tekst,* in-4°, 328 p.

Marcus Vigerius, O.F.M.Conv., † 18 iul. 1516

799. — Godefroy [de Paris], O.F.M.Cap., *Viger Marc (O.F.M. Conv.),* in *Dict. Théol. Cath.*, fasc. CXLVI-CXLVII, col. 2988-2992, Paris, 1948.

Joannes Columbi, O.Min., † ante 15 iul. 1517 (?)

800. — Ephrem Longpré, O.F.M., *Columbi, Jean (O.Min.),* in *Dict. Spir.*, fasc. XI, col. 1134-1135, Paris, 1948.

Franciscus Ximénez de Cisneros, O.F.M.Obs., † 8 nov. 1517

801. — M. Brion. *Le Cardinal François Ximénès, le Richelieu de l'Espagne.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 136 p. cum ill.

A. hanc Francisci Ximénez de Cisneros, O.F.M.Obs., biographiam in 11 capita divisit; potissimum examini subiciuntur partes quae in publicis negotiis gerendis eidem obveniunt; omnia autem eleganter describuntur et iucunde leguntur. Opusculum ornatur imagine luce expressa. P. Melchior

802. — Luis de Armiñán. *Cisneros, el fraile Regente.* (Biografías amenas de grandes figuras. Serie I, tom. I). Madrid, Boris Bureba Ediciones, 1946. In-8°, 48 fol.

Brevis vita card. Francisci Ximénez de Cisneros, institutioni oblectationique adulescentium destinata. P. Bonaventura

803. — A. Membibre, *La poliglota de Alcalá del Cardinal Cisneros,* in *Cultura Bíblica* (Segovia), 1947, t. IV, p. 178-180.

Brevi commentariolo illustratur sacrorum bibliorum editio polyglotta Complutensis, quam card. Franciscus Ximénez de Cisneros in sex tomos distributam an. 1514 in vulgus proferre curavit, sociata opera adhibita professorum Universitatis Complutensis. P. Melchior

804. — José Llamas, *Documental inédito de exégesis rabínica en antiguas Universidades españolas,* in *Sefarad,* 1946, t. VI, p. 289-311.

Indicantur instrumenta hebraica, tam textus quam commentaria, Compluti ad parandam editionem *Bibliae Polyglottae* iussu card. FRANCISCI XIMÉNEZ DE CISNEROS collecta, necnon labores continuati ab ALPHONSO DE ZAMORA, qui circa an. 1530 confecit interlinearem et litteralem penitusque servilem versionem latinam textus hebraici S. Scripturae. Indagationibus suis nixus. A. affirmare potuit istam versionem ad finem esse perductam. Magister CIRUELO adiuvit ALPHONSUM DE ZAMORA in hac versione redigenda, quae tamen typis edi non potuit. Haec e *Bibl. Hisp.*, 1947, t. V, n. 25516. P. BONAVENTURA

3. - *A fundatione Ordinis Fr. Min. Capuccinorum ad subversionem gallicam (1528-1789)*

Martinus van der Keele de Turnhout, O.F.M.Obs., † 1540

805. — A. AMPE, S.J., *Beschouwingen bij een zestiende-eeuwsch verzamelhandschrift*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 375-418.

Accurate describitur *cod. Paris. Nat. Neérl. 40*, qui circa an. 1550 a quadam sorore CATHARINA Ordinis S. Clarae, probabiliter moniali monasterii Lovaniensis, conscriptus est et varia continet consilia et exercitia pietatis, inter quorum auctores hi recensentur franciscani, scil. MARTINUS VAN DER KEELE DE TURNHOUT, O.F.M. OBS. († 1540), OTHO PASSAVIENSIS, O.MIN. († c. 1390) et fortasse etiam quidam Frater GERARDUS JACOBSEN, quem tamen de Ordine Fratrum Minorum fuisse A. nondum statuere potuit. A. imprimis de MARTINO DE TURNHOUT tractat eiusque spiritualitatis indolem describit iuxta duos sermones, qui in eodem codice, f. 35v-56v, habentur et in appendice (*Bijlage: Dietsche preek van Br. Martinus van Turnhout, O.F.M.*, p. 398-418) ab A. accurate eduntur.

Eundem *cod. Paris. Nat. Neérl. 40* iam antea accurate et ample descripsit W. LAMPEN, O.F.M., *Descriptio codicis Clarissarum Neerlandicarum* (*Paris., Bibl. Nat., Ms. Neérl. 40*), in *Arch. Franc. Hist.*, 1937, t. XXX, p. 456-466; 1938, t. XXXI, p. 154-163. P. BONAVENTURA

Bernardinus de Laredo, O.F.M.Obs., † post sept. 1540

806. — FIDÈLE DE ROS, O.F.M.CAP. *Un inspirateur de sainte Thérèse: Le Frère Bernardin de Laredo.* (Études de théol. et d'histoire de la spiritualité). Paris, J. Vrin, 1948. In-8°, 368 p.

Recensio habetur in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 308-311.

Franciscus de Osuna, O.F.M.Obs., † 1541

Vide etiam: 407 de consolationibus spiritualibus; 418 editio operis « Ley de amor santo »; 432 de oratione mentali.

807. — JOAQUÍN SANCHIS ALVENTOSA, O.F.M., *Doctrina del B. Juan de Ávila sobre la oración*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 5-64.

Fieri non potuit quin A., disserens de principiis a B. JOANNE ABULENSI circa orationem traditis, doctrinam quorundam scriptorum franciscalium in medium proferret; quod potissimum accidit de FRANCISCO DE OSUNA, O.F.M.OBS. († 1541), cuius sententia circa contemplationem Humanitatis D.N. Jesu Christi et circa consolationes spirituales discutitur, et minus certa et secura declaratur, quam ea quae in scriptis JOANNIS ABULENSIS invenitur, qui ceterum lectionem operis *Tercer Abecedario* inscripti caute adhibendam esse suadet.

P. MELCHIOR

Andreas de Vega, O.F.M.Obs., † aug./sept. 1549

808. — APOLLINAIRE [DE SAINT-RENAN], O.F.M.CAP., *Vega, André de, frère mineur (1490-1560)*, in *Dict. Théol. Cath.*, fasc. CXLVI-CXLVII, col. 2610-11, Paris, 1948.

Ad conscribendum hunc articulum Auctor, propter bellum, nondum uti potuit variis dissertationibus recentioribus quae, imprimis recurrente quadringentesimo anno a Concilio Tridentino celebrato, de ANDREA DE VEGA, eiusque vita, scriptis et doctrinis non paucas novas notitias attulerunt. Cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), n. 2308; t. VII (1940-46), n. 2181-2189; *Coll. Franc.*, 1950, t. XX, p. 189-218 (CORRADO DA ARIENZO, O.F.M.CAP., *La dottrina sul merito e sulla grazia in Andrea de Vega col relativo influsso nel decreto tridentino della giustificazione*); *Liceo Franciscano*, 1949, ser. 2, t. II, n. 6 (*A Fr. Andrés de Vega en el IV Centenario de su muerte*; plures articuli); *Verd. y Vida*, 1949, t. VII, p. 361-369 (MANUEL VÁZQUEZ COSTA, O.F.M., *En qué año murió Fr. Andrés de Vega? - 1549!*); *Franz Stud.*, 1951, t. XXXIII, p. 49-81 (VALENS HEYNCK, O.F.M., *Der Anteil des Konzilstheologen Andreas de Vega O.F.M. an dem ersten amtlichen Entwurf des Trienter Rechtfertigungsdekretes*). P. BONAVENTURA

809. — VICTORIANO RIBERA, *Doctrina de Vitoria acerca del martirio*, in *Ciencia Tomista*, 1947, n. 223, p. 41-61.

Exponitur FRANCISCI DE VITORIA, O.P., doctrina de martyrio, quae comparatur etiam cum doctrina ANDREAE DE VEGA, O.F.M.OBS.

P. BONAVENTURA

810. — ADOLF STAKEMEIER. *Das Konzil von Trient über die Heilsgewissheit*. Heidelberg, F.H. Kerle, 1947. In-8°, 223 p.

In ultimo capite huius libri, quem inspicere ipsi nequivimus, A. tractat, iuxta *Theol. u. Glaube*, 1950, t. XL, p. 182, de AMBROSII CATHARINI, O.P., DOMINICI DE SOTO, O.P., ET ANDREAE DE VEGA, O.F.M. OBS., doctrina circa certitudinem gratiae in Concilii Tridentini decreto de iustificatione definitam. Cum accuratiores notitias habere nondum potuerimus, hoc tantum animadvertimus quod de eodem argumento paucis annis antea iam scripsit JESÚS OLAZARÁN, S.J., *La controversia Soto-Catarino-Vega sobre la certeza de la gracia*, in *Est. Ecl.*, 1942, t. XVI, p. 145-183, de doctrina vero ANDREAE DE VEGA imprimis M. OLTRA HERNÁNDEZ, O.F.M., *Die Gewissheit des Gnadenstandes bei Andreas de Vega O.F.M. Ein Beitrag zum Verständnis des Trienter Rechtfertigungsdekretes* (Düsseldorf, 1941; cf. recensio-

nem in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 311-313), et hispanice: *La certeza del estado de gracia, según Andrés de Vega*, in *Verd. y Vida*, 1945, t. III, p. 46-96, 325-356, 502-543. P. BONAVENTURA

Petrus Crabbe, O.F.M.Obs., † 1553

811. — J. RAFFALI, *Crabbe (Pierre)*, in *Dict. Droit Can.*, t. IV, col. 756, Paris, 1947.

PETRUS CRABBE († 1553), O.F.M.OBS., prov. Germaniae Inferioris, exstitit auctor operis *Concilia omnia tam generalia quam particularia* editi Coloniae an. 1538 et saepe deinceps. P. MELCHIOR

Franciscus Vervoort, O.F.M.Obs., † 24 nov. 1555

Vide etiam: 794 pendet ab Henr. Herp.

812. — BR. EDG. HEYNEN, *Kleine bibliografische aanvullingen (betreffende van Hemert en Vervoort)*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 213-221.

Breviter describitur p. 220 s. quoddam exemplar operis FRANCISCI VERVOORT, O.F.M.OBS., quod inscribitur *t'Ghulde Ghebedeboeck*, anno 1602 Antverpiae apud Hieronymum Verdussen editum. Haec editio antea ignota erat. Exemplar descriptum adservatur Traiecti ad Mosam in bibl. « Beyart ». P. BONAVENTURA

813. — D.A. STRACKE, S.I., *Een merkwaardig gebedenboekje voor Nederlanders*, in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 237-258.

In quodam libello precum quod inscribitur *Devote oeffeninge op de vijf Letteren van de soete ende alderheylighste namen Jesus ende Maria* (Antverpiae, G. Lesteens, 1649), AUGUSTINO VAN TEYLINGEN, S.J., adscribendo, A. invenit canticum spirituale, in quo occurrunt verba *O Heer wanneer* (O Domine, quandonam?), quibus FRANCISCUM VERVOORT potissimum ducebatur. Fortasse etiam ipsum canticum eidem FRANCISCO VERVOORT attribuendum est.

P. BONAVENTURA

814. — ST. AXTERS, O.P., *Het « Anima Christi » in het oeuvre van den Minderbroeder Frans Vervoort*, in *Album Prof. Dr. Frank Baur, den jubilaris bij zijn 60e verjaardag als huldeblijk aangeboden door collega's, vakgenoten en oudleerlingen*, t. I, p. 57-66, Antwerpen, 1948.

Oratio *Anima Christi* potissimum commovit FRANCISCUM VERVOORT, qui non solum textum istum in scriptis suis in linguam vernaculam conversum exhibuit, sed plures versus in iisdem saepius repetuntur et interdum totum verborum rhythmum et compositionem regunt. P. BONAVENTURA

Alphonsus de Castro, O.F.M.Obs., † 11 febr. 1558

Vide etiam: 503 de lege poenali.

814a. — TEODORO OLARTE. *Alfonso de Castro, 1495-1558. Su vida, su tiempo y sus ideas filosófico-jurídicas*. San José de Costa Rica, Facultad de Filosofía y Letras, 1946. In-8°, 287 p.

815. — ANTONIO ALVAREZ DE LINERA, *El Padre Castro. Un fraile penalista*, in *Rev. Escuela Etud. Penitenciarios*, 1947, n. 26, p. 22-27.

Opus ALPHONSI DE CASTRO *De iusta haereticorum punitione*, editum Salmanticae an. 1547, breviter examinatur eiusque auctoris meritum atque momentum pro iure poenali extollitur.

P. BONAVENTURA

816. — MANUEL SANZ LÓPEZ, *Juristas españoles de la edad de oro*, in *Rev. Escuela Etud. Penitenciarios*, 1946, n. 21, p. 21-28.

Exponitur de poenis doctrina ALPHONSI DE CASTRO, O.F.M.OBS., cui tribuendum est magnum momentum in efformando tractatu de iure poenali eiusque praecipuis argumentis: poena, delicto, delinquente. P. BONAVENTURA

817. — JOSÉ CORTS GRAU. *Los juristas clásicos españoles*. Madrid, Editora Nacional, 1948. In-8°, 183 p.

In hoc opere, quod ipsi inspicere nequivimus, agitur etiam de ALPHONSO DE CASTRO, uti scimus e *Bibl. Hisp.*, 1949, t. VII, n. 37141.

P. BONAVENTURA

Cornelius Musso, O.F.M.Conv., † 9 ian. 1574

818. — GIOVANNI ODOARDI, O.F.M.CONV., *Fra Cornelio Musso, O.F.M.Conv. (1511-1574), padre, oratore e teologo al concilio di Trento*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 223-242, 450-478; 1949, t. XLIX, p. 36-71.

Multiplex ac efficax actio praeclarissimi episcopi Bituntini CORNELII MUSSO, qui « brachium dexterum » Concilii Tridentini appellari meruit et ceteros franciscales patres et theologos in illa oecumenica synodo « visus est obscurare eloquentiae et eruditionis gloria », digna sane erat, quae commentariis illustraretur, idque A. praesenti erudita dissertatione adgressus est perficere. Innixus itaque potissimum actis officialibus Concilii Tridentini omni cum cura perscrutatis, A. exponit excellentissimi praesulis cooperationem in singulis synodi sessionibus, nempe operositatem Tridenti ante Concilii inaugurationem et concionem inauguralem ab ipsomet prolatam et tempore quo in hac civitate patres conciliares permanserunt (1543-1557), deinde Bononiae, iterum Tridenti et Romae (1547-49, 1551-52, 1562-63); demum palam fiunt conatus instaurandi reformationem in sua Bituntina dioecesi secundum statuta Concilii Tridentini. Hoc igitur est summarium exquisitae dissertationis dextere ab A. exaratae, ex qua luculenter apparet CORNELIUM MUSSO iure meruisse laudes, quas uno ore historiographi Concilii Tridentini ipsi tribuerant. P. MELCHIOR

Cornelius Adriaenszoon Brouwer, O.F.M.Obs., † 14 iul. 1581

819. — J.G. STERCK, *Marnix van Sint Aldegonde en Broer Cornelis*, in *Miscellanea J. Gessler*, t. II, p. 1161-1167, Deurne, 1948.

Praemissis notitiis bio-bibliographicis de CORNELIO ADRIAENSZOON BROUWER DE DORDRECHT, O.F.M.OBS. († 1581), celebri Calvinistarum in Belgio adversario, A. tractat de duobus fasciculis sermonum eidem

Fratri CORNELIO ab haereticis falso subiectorum et inquirit, an MARNIX DE SINT ALDEGONDE, cum in opere *Biënkorf* eundem CORNELIUM contumeliis afficeret, iisdem falsis sermonibus usus sit; et videtur quod non. P. BONAVENTURA

Andreas Thevet, O.F.M.Obs., † 1592

820. — JEAN ADHEMAR. *Frère André Thevet, grand voyageur et cosmographe des rois de France au XVI^e siècle.* (Coll. « Profils Franciscains »). Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-12°, 96 p.

ANDREAS THEVET, natus Engolismae an. 1504, Fratribus Min. Observantibus cooptatur et F. RABELAIS habuit socium; multa itinera incepit atque Italiam, Graeciam, Terram Sanctam peragravit et lustravit. In Galliam reversus, scripsit et edidit: *Cosmographie du Levant* (Lyon, 1554); deinde in Americam meridionalem profectus est, sed ob infirmam valetudinem in patriam rediit typisque mandavit: *Les singularités de la France antarcticque* (Paris, 1558). An. 1558 Ordinem franciscalem reliquit: insuper herbam nicotinam in Europam introduxit, museum regium custodivit atque multis raris rebus locupletavit, virorumque illustrium imagines pictas collegit. His temporibus duos libros edidit: *Cosmographie universelle* (Paris, 1575); *Pourtraits et vies des hommes illustres* (Paris, 1584). Obiit Lutetiae Parisiorum an. 1592 sepultusque est in coenobio Fr. Minorum.

In suis relationibus A. THEVET meminit et laudibus extollit BERNARDINUM OCHINO A SENIS (p. 15) qui postea misere a fide catholica declinavit; praeterea NICOLAUM DE LYRA, O.MIN., contra F. RABELAIS propugnat (p. 74), neque umquam Ordinis franciscalis oblitus est, immo illum laudavit, quamvis D. ERASMUS eundem vituperare videretur. Sic in hoc opusculo A. quaestionem ponit, quam tamen non explicat, scil. qui humanistae scriptores in Ordinem S. Francisci ingressi sint, cur illum reliquerint et qualem auctoritatem apud eos usque ad finem habuerint Fratres Minores. Speramus quendam historicum hanc quaestionem explanare. Cf. E. GILSON, *Rabelais franciscain*, in *Rev. Hist. Franc.*, 1924, t. I, p. 257-287; IDEM, *Notes franciscaines au III livre de Rabelais, ibid.*, 1925, t. II, p. 72-88; L. FEBVRE, *Le problème de l'incroyance au XVIème siècle. La religion de Rabelais*, Paris, 1942 et 1947. P. JULIANUS EYMARD

Franciscus Panigarola, O.F.M.Obs., † 31 mai. 1594

821. — PAOLO-MARIA SEVESI, O.F.M., *S. Carlo Borromea ed il P. Francesco Panigarola, O.F.M.*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 143-207.

De necessitudine S. CAROLI BORROMEO cum celebri oratore sacro FRANCISCO PANIGAROLA, O.F.M.OBS., iam antea scripsit CANDIDUS MESINI, O.F.M., *S. Carlo Borromeo e Mons. Francesco Panigarola, O.F.M. (1548-1594)*, in *Studi Franc.*, 1939, ser. 3, t. XI, p. 311-316. Multo ampliores autem notitias de eodem commercio in praesenti commentario attulit P.M. SEVESI, edidit enim 103 documenta, an. 1573-1584 scripta, sive litteras a S. CAROLO ad FR. PANIGAROLA vel ab hoc ad illum missas sive alia documenta commercium illud aliquo modo illustrantia. His documentis Editor praemisit varias notitias de FRANCISCI PANIGAROLA pueritia et institutione, operositate oratoris, lectoris, episcopi, scriptoris et, imprimis, administri et socii curae pastoralis S. CAROLI, cui morienti assistebat et mortuo funebrem orationem dixit. P. BONAVENTURA

Stephanus Quinzani de Orzinuovi, O.F.M.Obs., fl. s. XVI

822. — METODIO DA NEMBRO, O.F.M.CAP., *Una « Sacra rappresentazione » inedita del '500 di Fra Stefano Quinzani da Orzinuovi, francescano*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 68-82.

Quum notitiae biographicae huius poetae O.F.M.Obs., qui saec. XVI vixit, desiderentur, A. fuso calamo describit ludum scaenicum de passione Domini Jesu ab illo compositum, quique manuscriptus adservatur Mediolani in *Bibl. Conv. O.F.M.Cap.* (Viale Piave, 2); constat 5969 versibus in tres partes divisis. Fontes poematis sunt Evangelium necnon *Meditationes vitae Christi*. Non desunt fragmenta, quae afflatu poetico commendantur; ubique tamen apparet amor poetae erga Christum Crucifixum, eumque hominibus communicare desiderat. P. MELCHIOR

Joannes de Angelis, O.F.M.Obs., † 1609

Vide etiam: 407 de consolationibus spiritualibus.

823. — J.B. GOMIS, O.F.M., *El amor social en Fray Juan de los Angeles (1536-1609)*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 309-335.

Frater JOANNES DE ANGELIS inter scriptores mysticos hispanicos eminet, quamvis notum sit ipsum saepius auctores praecedentes exscripsisse (cf. FIDÈLE DE ROS, O.F.M.CAP., *Un maître de Sainte Thérèse: Le Père François d'Osuna*, p. 637 s., Paris, 1936). Indagare non potuimus, num etiam relate ad amorem socialem ab aliis dependeat. Ex his quae A. ex scriptis Fr. JOANNIS hac de re proponit, videtur is doctrinam integram etsi sat simplicem et proinde propriam elaborasse. Amor socialis, de quo ibi est sermo, non ad hodiernam vivendi rationem explicandus est. Nam Fr. JOANNES loquitur de dilectione habenda ad « aquellos con quienes tratamos y conoscemos » (p. 324), de influxu amoris in legibus condendis (p. 320 s.) etc. seu generatim de amore mutuo, qui privatae utilitatis studiosus non est. Quapropter vehementer impetit vitia et cupidines, quae pravitati propriae indulgent (p. 323 s.). Si sententia A. « La unión de estos vocablos *amor social* es original del P. Angeles » (p. 313) comprobatur, novum exemplum habemus ardentis amoris seraphici.

P. LAURENTIUS

Benedictus a Canfield, O.F.M.Cap., † 21 nov. 1610

Vide etiam: 421 auctoritas apud Capuccinos Parisienses; 422 apud S. Franciscum Salesium; 424-425 apud Capuccinos Neerlandicos; 432 de oratione mentali.

824. — OPTATUS VAN VEGHEL, O.F.M.CAP., *Nogmaals: Benedictus van Canfield en ons geestlijk erf*, in *Ons Geest. Erf*, 1947, t. XXI, p. 82-84.

Vulgantur ulteriores notitiae quae influxum P. BENEDICTI A CANFIELD O.F.M.CAP., in alios religiosae spiritualitatis auctores manifestant (cf. *supra*, n. 425). Ad hos pertinet CONSTANTINUS A BARBANSON, O.F.M.CAP., ex cuius opere *Anatomie de l'âme* (Liége, 1635) episcopus MALDERUS Antwerpiensis 19 sententias quietismum redolentes carpsit improbavitque, nomine tamen auctoris tacito. Has senten-

tias quidam professor FROMONDUS operi suo *Brevis Commentarius in Canticum Canticorum* (Lovanii, 1660) inseruit atque in bonas partes explicavit. P. CONSTANTINUM re vera opiniones illas reiecisse, affirmat A. Quomodo potuit MALDERUS praefatum opus P. CONSTANTINI cognoscere, cum iam duobus annis antequam in lucem prodiret mortuus sit?

A. alibi ostenderat BENEDICTUM A CANFIELD et LAURENTIUM A PARISIIS, O.F.M.CAP., suspectos fuisse haereseos. Immerito quidem. Nunc vero complementi causa additur eandem iniuriam passos esse PELGRIM PULLEN et CLAESINE VAN NIEUWLANT; de his duobus A. nuper scripsit in libro *Benoît de Canfield (1562-1610). Sa vie, sa doctrine et son influence*, p. 463, nota 2, Romae, 1949.

Habitudo plus minusve arcta exsistit inter scripta Canfieldensis et JOANNIS DE WERDT (┼ 1667), BONIFATII MAES, O.F.M.REC. (┼ 1706) FULGENTII BOTTENS, O.F.M.REC. (┼ 1717) et, ut aliqui suspicantur, CAROLI GRIMMINCK (┼ 1728). P. LAURENTIUS

Matthias Bellintani a Salò, O.F.M.Cap., † 20 iul. 1611

825. — VIRGIL MULLEN [OF YONKERS], O.F.M.CAP., *Matthias of Salò: his Life*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 135-144.

A. in hac elucubratione conatus est egregii viri MATTHIAE SALODIENSIS, O.F.M.CAP. (┼ 1611), res praeclare gestas perstringere; et reapse illius actionem et itinera per Italiam, Galliam, Helvetiam, Austriam et Bohemiam describit atque sparsas notitias concordare studet.

Aliqua sphalmata, utique minoris momenti, irrepserunt: Gazzani = Gazzane (p. 134, nota 2); Castellanus = Cività Castellana (p. 136, nota 7); Aneburg = Lanslebourg (p. 141, nota 26), in qua tamen urbe coenobium O.F.M.Cap. fundatum non est; *majjore fiorito* = *maggio fiorito* (p. 143). A. nostram sententiam de an. 1535 nativitatis MATTHIAE SALODIENSIS non amplectitur, statuens, ut alii facere solent, an. 1534. Hac occasione usi, fatemur quod, si verbis ipsius MATTHIAE fidem praestare debemus, neutra sententia esset vera, nam die 13 iun. an. 1587 in processu ad beatificationem FELICIS A CANTALICE, O.F.M.CAP., coram iudicibus testatus est: *Io ho cinquanta anni et son 33 anni incirca ch'io son frate Capoccino, et son sacerdote fatto in Roma, et la mia Religione mi fè predicatore*. Cf. *Bibl. Vat., Vat. lat. 5460*, f. 21r. Itaque natus esset an. 1537. P. MELCHIOR

826. — DEMETRIUS MANOUSOS [OF CAMBRIDGE], O.F.M.CAP., *Matthias of Salò: his Works*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 145-160.

An. 1937 HILARINUS A MEDIOLANO, O.F.M.CAP., bibliographiam scriptorum Capuccinorum Langobardiae typis edidit (cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 237-239), in eamque inseruit omnia opera edita eorumque editiones MATTHIAE SALODIENSIS. A. hanc bibliographiam perscrutatus est et opera in ea descripta cum aliis fontibus contulit, ex quibus etiam animadversiones addidit circa uniuscuiusque argumentum et indolem; disserit etiam de operibus nondum editis, quae P. HILARINUS scienter praetermisit. In altera dissertationis parte A. sententiam profert circa valorem et merita MATTHIAE SALODIENSIS quoad praedicationem, quoad scientiam spiritualem, quoad theologiam et quoad historiam; addendum tamen est quod iudicium ab A.

prolatum in sententiis et opinionibus aliorum scriptorum innititur, non vero in directa et immediata operum MATTHIAE inspectione.

P. MELCHIOR

Bartholomaeus Cambi a Salutio, O.F.M.Ref., † 15 nov. 1617

827. — A. SILVESTRI, *Le prediche del P. Bartolomeo Cambi da Salutio, O.F.M.Rif., in Mantova nel 1602,* in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 368-384.

Vita et operositas apostolica et poetica huius insignis viri satis notae sunt (cf. F. SARRI, O.F.M., *Il venerabile Bartolomeo Cambi a Salutio (1558-1617), oratore, mistico, poeta,* Firenze, 1925); documentis autem nunc prima vice editis clarius innotescit illius praedicatio mense augusto an. 1602 Mantuae habita, a qua civitate, quamvis magno cum civium plausu concionatus esset, ob quandam suam dicendi vehementiam expellitur et mox ipse ad tribunal Inquisitionis defertur, indeque sacrum verbi ministerium derelinquere cogitur. Viginti et unum documenta nunc edita servantur Mantuae in *Arch. Gonzaga.*

P. MELCHIOR

S. Laurentius a Brindisi, O.F.M.Cap., † 22 iul. 1619

Vide etiam: 94 bibliographia; 393 primatus Christi; 479 Assumptio B.V. Mariae; 494-495 Corredemptio B.V. Mariae.

828. — *Sommario della vita del Molto R. Padre F. Lorenzo da Brindisi Predicatore Cappuccino, morto l'anno 1619.* Edizione e prefazione del P. G. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., Verona, Scuola Tip. Madonna di Castelmonte, 1948. In-8°, [VIII]-48 p.

Quamvis S. LAURENTIUS BRUNDUSINUS magno sanctitatis ac operositatis fulgore emicuerit, nihilominus post centum quasi annos tantum posterorum memoriae tradebatur a P. ANGELO M. DA VOLTAGGIO, O.F.M.CAP., *Vita del Ven. Servo di Dio P. Lorenzo da Brindisi,* Roma, 1710. Quapropter laeto et gaudenti animo notitiam excipient omnes Romae in *Biblioteca Vallicelliana* nuper inventa esse documenta, quae vitam S. Laurentii illustrant. Exstant enim in opere manusscripto « *Vite di vari Servi di Dio Moderni che fiorirono dall'anno 1600 fin all'anno 1625. Raccolte et disposte dal Sig. Gio. Battista Jacobilli da Foligno* » et brevis vitae narratio (T. II, *sign.* I, 19, f. 345-358) et illud *Sommario* (T. IV, *sign.* I, 21, f. 114-132), de quo in titulo sermo est et quod ad fidem codicis nunc editur.

Ex *Summario* ipso auctor erui non potest. Sed miramur quod ne quaestio quidem movetur, num ille JACOBILLI nomen auctoris mereatur, cum aperte constet Summarium istud non esse nisi collectionem et dispositionem factorum mirabilium vitae S. LAURENTII. Aliam tamen quaestionem movit Editor: quandonam compositum fuit hoc Summarium? Ex eo quod dicitur quod socius saecularis Brundusini « *hora* si chiama il P. Andrea da Venezia » (p. III) concluditur *Summarium* isto vivente, scil. ante an. 1655, scriptum fuisse. Quod tamen minime liquet. Nam eadem in pagina praefationis (indicatio paginarum a nobis introducitur, cum Editor illam neglexerit) invenies verba ex n. XXIV Summarii: « Et essendosi [S. Laurentius] partito col'Arciduca Matthia, *hoggi* Imperatore... ». Iste tamen Imperator mortuus est die 20 maii 1619, duobus ergo mensibus ante S. LAURENTIUM. Hoc in casu evidenter excluditur deductio ex temporum ordine adhibito. Haec argumentatio valet pro primo quoque casu. Ex istis et similibus indiciis evincere poterat Editor auctorem *Summarii* servili prorsus modo cognitiones suas

hausisse ex documentis scriptis, sive ex processibus informativis sive ex aliis fontibus, sicuti ipsemet E. quibusdam exemplis (p. IV-VIII) illustrat.

In praefatione desideraretur studium comparativum inter *Summarium* et alteram vitam in collectione JACOBILLI (t. II, p. 345-358) descriptam. Suntne haec duo scripta ab eodem composita? Quibusnam in rebus ab invicem differunt? Quodnam scriptum prius confectum fuit?

Frustra pariter in prooemio inquiritur elucidatio de valore historico rerum in *Sommario* relatarum. Scatet enim rebus in maius auctis et fabularibus historiis ni fallimur (cf. nr. IV, V, VII, IX, XII, XIV, XVIII. XXIV, XXIX, XXXI, XXXIII, XLII).

E. insuper mendose scripta parum diligenter correxit. S. LAURENTIUS enim non an. 1592 (p. 8), sed an. 1594 Superior Provinciae Venetae, et 1599, non vero an. 1598 (p. 9) Commissarius Generalis Germaniae electus est (cf. HIERONYMUS A FELLETTE, O.F.M.CAP., *De S. Laurentii a Brundusio activitate apostolica ac operibus testimoniorum elenchus*, p. 7 s., Venetiis, 1937). Disputatio cum POLYCARPO LAISERO habita est Pragae an. 1607, non an. 1608 (p. 21). Ea quae auctor *Summarii* ob ignorantiam linguae germanicae obscure reddidit ab E. corrigi debuerant: pro « buono » (p. 19; dubitamus, num E. manuscriptum recte interpretatus sit) scribendum erat *Bohnen;* pro Donaver (p. 20) *Donauwörth;* evidenter false scribitur « spech » (p. 21) loco *Speck*, quod italice « lardo », non « ladro » reddendum erat. De vitiis typographicis silemus.

Non est nostrum adnotare illa quae in *Summario* isto hucusque incognita fuere. Unam tantum rem, quae sive a P. HIERONYMO (*op. cit.*, p. 175; ipse cognovit collectionem JACOBILLI ex parte tantum [cf. *ibid.* p. XVIII, XXII], nam nullam facit mentionem huius *Summario*, etsi E. [p. II] hoc obiter affirmet) sive a *Positio super concessionem tituli Doctoris in honorem S. Laurentii a Brundusio*, p. 26. Romae, 1950 ignoratur, ulterius indagandam proponimus. Dicitur enim in *Sommario* (p. 8): « Scrisse sopra la Genesi, *Essodo* e *Levitico*, con l'esposizione letterale e con la parafrase appresso ». Promiserat S. Laurentius expositionem super *Exodum* (cf. *Opera Omnia*, vol. III, p. 210). Numquid auctor *Summarii* res confundit?

P. LAURENTIUS

829. — GENTILIS ASTER [pseud.: VAN ASTEN], O.F.M.CAP. *Het tweede zwaard. Het leven van den Heiligen Laurentius van Brindisi.* Eindhoven, Uitgeverij « Het Hooghuis », 1947. In-8°, 254 p.

Opus est vitae S. LAURENTII A BRUNDUSIO popularis descriptio. Titulus principalis, « Het tweede zwaard », i.e. alter gladius, in capite ultimo elucescit expresse, nempe potestas civilis contra invasionem protestantium, « Liga » catholicorum, quam colligendam et exstimulandam A. tenet laborem magnum fuisse vitae sancti viri.

Liber divisus est in 20 capita brevia ad intelligendum facilia et devincientia. Mentem non novimus quam A. habuit circa characterem operis. quia praefatio in qua declaretur non adest. Excepto tamen hoc, vita sancti non est vere hagiographia, sed potius biographia est in qua persona S. LAURENTII, cum diligentia laborans et patiens pro Deo, Ecclesia et Ordine, optime describitur, cum partibus insertis, claris et sobriis, de ipsa vita sancta edisserentibus.

P. MENNAS

830. — ILARIO DA TEANO, O.F.M.CAP., *Ricerche storiche sul cognome e la famiglia di S. Lorenzo da Brindisi*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 177-184.

Cum vitae S. LAURENTII A BRUNDUSIO descriptores varia eidem attribuerint nomina familiae, scil. *Rossi* aut *dè Rossi* aut *Russo*, A. primaria testimonia scil. circa eiusdem baptismum indagavit iisque innixus omnem dubitationem tollit nomen verum esse *Russo*. Pariter statuit familiam *Russo* non fuisse oriundam Venetiis, sed Brundusio,

quamvis S. LAURENTII frater germanus PETRUS Venetiis fuerit magister Clericorum ad S. Marcum et postea plebanus parochiae S. Joannis vulgo *in Bragora*. P. BONAVENTURA

831. — ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O.F.M.CAP. *Palá de Torroella y el recuerdo de san Lorenzo de Brindis.* Barcelona, Artes Gráficas de J. Casamajó Llobet, 1948. In-8°, 338 p. cum ill.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 419-420.

832. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *Saint Lawrence of Brindisi*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 49-60.

Vitam viri eminentis paucis perstringere paginis minime facile est, si quis plura quam dierum ac locorum necnon actionum nomina proferre debeat. A. satis habuit iudicia generalia et eximia laude ornata adhibere. Immerito enim S. LAURENTIUS « alter Bonaventura Ordinis Franciscalis » vocatur (p. 49). Etsi in pluribus, tamen non « in omnibus magnis civitatibus Italiae » (p. 52) praedicatoris munere functus est. Ex condicionibus illius temporis explicandum esset, quomodo et Minister provincialis et concionator simul esse potuerit (p. 54). Si prae oculis habetur quod nonnisi quadraginta litterae ab ipso exaratae prostant (S. LAURENTII A BR., *Opera Omnia*, t. I, p. XI), quamvis per triginta ferme annos superior maior exstiterit, certe patet ipsum in aliis potius laboribus quam in fratrum regimine curas suas impendisse. Visitationis suae modus non omnium adsensu adprobatus fuit a suis iam coaevis (cf. litterae Nuntii papalis apud Helvetios GIOVANNI DELLA TORRE, die 26 augusti 1602; *Arch. Vat., Nunz. Svizzera*, vol. 8), nec ab hodiernae historiae peritis viris (cf. P. HILDEBRAND, O.F.M.CAP., *Jérôme de Sorbo, Illuminé de Palerme et S. Laurent de Brindes en Belgique [1598-1602]*, in *Collect. Franc.* 1934, t. IV, p. 186-204). P. LAURENTIUS

833. — F. SPEDALIERI, S.I., *S. Lorenzo da Brindisi e la prima edizione delle sue opere*, in *Greg.*, 1948, t. XXIX, p. 304-312.

834. — G. MANACORDA, *Vita, figura, opera di S. Lorenzo da Brindisi*, in *Oss. Rom.*, 1948, 10 sett., p. 3.

Editione *Operum Omnium* S. LAURENTII A BRUNDUSIO feliciter expleta (13 volumina, Patavii, 1928-1944), iure meritoque labor atque ars horum monumentorum laudantur, ex quibus sancti Brundusini indoles atque praestantia affulgent. P. LAURENTIUS

835. — BONAVENTURA FURRER [VON ANDERMATT], O.F.M.CAP., *Die « Opera Omnia » des hl. Laurentius von Brindisi*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 78-82.

Praebetur conspectus huius egregiae editionis, quae magno cum plausu a viris doctis suscepta est.

836. — CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., *Litterae encyclicae. De S. Laurentii a Brundusio sanctitate et scientia, eius Operum*

Omnium editione feliciter absoluta, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 109-127.

Perpauci sunt inter ipsos Ecclesiae et Ordinis Seraphici viros qui S. LAURENTIUM satis noverint. Opportunum proinde erat litteris circularibus fratribus suis sanctum virum, sacrum oratorem, legationibus plurimis fungentem, potentissimum Ordinis amplificatorem et studiorum cultorem librorumque scriptorem describere eiusque doctrinae capita atque eminentiam recolere. P. LAURENTIUS

837. — *Constituitur « Commissio Laurentiana »*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 43-44.

Institutae Commissionis munus in eo consistit, ut opportunis adiumentis atque consiliis studiorum conatus excitet dirigatque ad S. LAURENTII Brundusini vitam atque doctrinam explorandam et divulgandam. P. LAURENTIUS

838. — ANTONIO M. DE BARCELONA, O.F.M.CAP., *San Lorenzo de Brindis y la Contra-reforma*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 261-269.

Editio ultimi voluminis *Operum Omnium* S. LAURENTII A BRUNDUSIO incitavit A. ad describenda tempora reformationis quae vocatur M. LUTHERI et influxum Capuccinorum in sanam religionis renovationem. Recte dicitur iam ante LUTHERUM plures magno nisu reformationem intendisse, sed dubitare licet, num re vera meliorem Ecclesiae condicionem efficere potuissent. Insuper negare debemus sententiam A. (p. 261) protestantismum potius motum politicum quam religiosum fuisse (cf. E. DE MOREAU, S.I., *La crise religieuse du XVI^e siècle*, p. 79 s., Paris, 1950). Origo deinde adumbratur Ordinis Capuccinorum et missio S. LAURENTII in partes Germaniae et Austriae, in qua ei administri fuerunt praesertim HYACINTHUS A CASALE, VALERIANUS MAGNI (non *Magno*), aliique, inter quos tamen LUDOVICUS DE EINSIDL (non *Einsiedln*) A SAXONIA adnumerari nequit, quia in Helvetia morabatur. Addit A. denique pauca de religiosa operositate diplomatica et litteraria S. LAURENTII et exspectat, ut opera polemica Brundusini hodiernis protestantibus oculos adaperiant; haec tamen spes exigua esse videtur. P. LAURENTIUS

839. — GILES SOYKA [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *St. Lawrence on general introduction to Scripture*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 20-24.

S. LAURENTIUS nullibi tractatum de introductione in S. Scripturam reliquit. Sed saepius de inspiratione, sensibus scripturisticis et de librorum sacrorum canone locutus est. Quae ab A. breviter complectuntur et amplioris hac de re dissertationis excitant desiderium. P. LAURENTIUS

840. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *St. Lawrence on true Faith and Union with Peter*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 69-73.

Unacum quattuor notis verae Ecclesiae S. LAURENTIUS evolverat notionem verae Fidei, ad quam quattuor pariter signa ducunt,

scil. pacifica possessio, unitas, immutabilitas et sanctitas doctrinae. Pluris quoque fecerat argumentum ex primatu S. Petri Romano. Nondum tamen viderat quaestionem, num quattuor Ecclesiae notae ad unam Romanitatis notam reduci potuerint. P. LAURENTIUS

841. — ISIDORE MAUSOLF [OF HARBOR BEACH], O.F.M.CAP., *St. Lawrence of Brindisi, Apologete*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 62-67.

Ex articulo CONSTANTINI DE PLOGONNEC, O.F.M.CAP., *St. Laurent de Brindes, Apologiste*, in *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 56-71, A. succinctam praebet descriptionem apologeticae pugnae, quam Brundusinus contra novatores sui temporis sustinuit.

Neuter articulus optatum plene explet, quia propriae partes S. LAURENTII non perfecte elaboratae fuerunt. Determinandae enim erant e. gr. eius cum S. ROBERTO BELLARMINO et JOANNE COCHLAEO necessitudines. Numquid recte iudicaverit de LUTHERI doctrina? Quidnam novi attulit in rem catholicam defendendam? et alia id genus. P. LAURENTIUS

842. — IRWIN UDULUTSCH [OF NORWALK], O.F.M.CAP., *The Kingship of Christ according to St. Lawrence of Brindisi*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 81-88.

S. LAURENTIUS notus est tanquam eximius mariologus. Ignoratur tamen ipsum magnum quoque praeconem Regalitatis Jesu Christi fuisse. A. primus utique non est qui hoc argumentum tractet, cum amplior expositio iam apparuerit in commentario *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 546-563. A. tamen concinne et clare paucis verbis doctrinam denuo evolvit, ex qua apparet S. LAURENTIUM cum schola franciscana quoad rationem primariam Incarnationis concordare, sed ipsum non a principio theologico, verum a S. Scriptura exorsum esse.

P. LAURENTIUS

843. — OMER KELLY [OF MADISON], O.F.M.CAP., *St. Lawrence of Brindisi's proof for the true Church of God. St. Lawrence on Sanctity and Unity*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 61-64.

Ex ipsis S. LAURENTII verbis in opere *Lutheranismi Hypotyposis* (*Opera Omnia*, t. II) exponit A. eiusdem mentem circa duas notas Sanctitatis et Unitatis, quae pro vera Ecclesia Christi militant.

Optandum erat, ut conferrentur loci paralleli (v. gr. ex *Quadragesimali primo*, in *Op. Omn.*, t. IV, p. 299 s.) ad mutuam dependentiam statuendam vel evolutionem idearum eruendam. P. LAURENTIUS

844. — HILARY ZACH [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *St. Lawrence on Catholicity and Apostolicity*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 65-69.

Amplissimo S. Scripturarum atque Patrum (obiter adnotamus opus *De Unitate Ecclesiae* non certe S. AUGUSTINUM auctorem habuisse, cf. B. ALTANER, *Patrologie*, p. 275, Freiburg i. Br., 1938) testimonio innixus, exposuit S. LAURENTIUS praefatas notas Ecclesiae contra Lutheranam haeresim. Nullus, ne S. ROBERTUS BELLARMINUS quidem, tam praeclare apostolicitatis characterem vindicavit quam S. LAURENTIUS noster.

Ad A. eruditionem excipimus saltum in obliquum factum (p. 67); nam ad rem non pertinebat de serie successorum S. Petri ad nostra usque tempora agere.

P. LAURENTIUS

845. — LUCA MARIA DA CARRÈ, O.F.M.CAP., *L'unzione mariana in S. Lorenzo da Brindisi*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 204-210.

Notum est auctores franciscales saepius notam quamdam peculiarem prae se ferre, quae ex S. BONAVENTURAE temporibus recte afflatus sive vulgo unctio nominatur. Ipsa suaviter fragrat ex clarissimo opere *Mariale* S. LAURENTII, uti iam JÊROME DE PARIS, O.F.M.CAP., *La doctrine mariale de S. Laurent de Brindes* (Paris, 1933), probaverat et A. denuo exemplis illustrat. P. LAURENTIUS

846. — FULGENCE PETRIE [OF CALVARY], O.F.M.CAP., *St. Lawrence of Brindisi on the corporeal Assumption*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 120-123.

Quamvis S. Scriptura de morte et gloriosa B.M.V. Assumptione sileat, S. LAURENTIUS Brundusinus fidem saeculorum concinne expressit variis in sermonibus, posthabita theologica inquisitione, quae ex Protoevangelio, ex Immaculata Conceptione et Corredemptione B.V.M. argumenta traheret. Laudamus A., quia non solum indicavit quidnam S. LAURENTIUS docuerit, sed et id quod omiserit.

Inter locos ab A. probatos (p. 120, n. 2) addendus est *Sermo septimus in Salutat. Angelic.*, VI (*Opera Omnia*, t. I, p. 215). P. LAURENTIUS

846ª. — BERNARDINO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., *L'Assunzione nel «Mariale» di San Lorenzo da Brindisi*, in *Oss. Rom.*, 1947, 4-5 agosto, p. 4.

Afferuntur quaedam verba S. LAURENTII de eius in Assumptionem corporalem Beatae Mariae Virginis fide atque fiducia.

P. LAURENTIUS

847. — BERNARDINO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., *A Assunção no « Mariale » de S. Lourenço de Brindisi*, in *Rev. Ecles. Brasil.*, 1947, t. VII, p. 873-875.

Est versio Lusitana articuli indicati *supra*, n. 846ª.

848. — SILVESTRO DA VALSANZIBIO, O.F.M.CAP., *La legge del lavoro e i mistici in S. Lorenzo da Brindisi*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 259-264.

In interpretatione S. Scripturae loci *In sudore vultus tui vesceris pane* (*Gen.* III, 19) S. LAURENTIUS A BRUNDUSIO (*Explanatio in Genesim*, p. 302-305; *Opera Omnia*, vol. III, Patavii, 1935) loquitur de obligatione laborandi, quae lex dicitur « non adeo homini iniussa, ut singulos quosque perstringat suo praecepto, sed homini, idest humano generi hominumque universitati praeceptum huiusmodi datum est ». Haec interpretatio ex verbis S. Pauli Apostoli roboratur. Unde deducit eos, qui in studia meliora, spiritualia et divina incumbunt, a labore manuum excusatos esse. A. articuli nil aliud nisi paraphrasim huius sententiae textus exhibet, in lumine tamen hodiernae nimiae laboris manualis vel mechanici aestimationis ex parte communismi.

Ad haec duo animadvertimus: 1) S. LAURENTIUS numquam loquitur de « mysticis » in textu praefato, sed tantum de monachis et aliis viris, « quos Religiosos vulgari voce nuncupamus ». Est proinde vocis mysticae non comprobanda usurpatio, si ad omnes Religiosos extenditur. 2) Optandum erat, ut determinaretur, quosnam « haereticos, virulento odio in Regulares accensos » (p. 304) S. LAURENTIUS prae oculis habuerit. Nam editores *Operum Omnium* procul dubio immerito denotant altercationem inter Mendicantes et professores Universitatis Parisiensis saeculi XIII. Nonne haeretici saeculi XVI monachos insectabantur?

P. LAURENTIUS

849. — VITALIS BANAZEK [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *St. Lawrence's work for the Jews*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 74-80.

Ad melius intelligendum S. LAURENTII erga Judaeos se gerendi morem praemittuntur historica lineamenta necessitudinis Ecclesiae Catholicae et Ordinis franciscalis cum gente Hebraeorum per medii aevi decursum. Optima methodus. A. tamen res simplicius explevit. Dolendum est quod ignoravit uberrimas notitias allatas a P. BROWE, S.J., *Die Judenmission im Mittelalter und die Päpste* (Miscellanea Historiae Pontificiae. Vol. VI), Roma, 1942; *Die religiöse Duldung der Juden im Mittelalter*, in *Arch. Kath. Kirchenr.*, 1938, t. CXVIII, p. 3-76 (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 271* s.); *Die Judenbekampfung im Mittelalter*, in *Zeitschr. f. kath. Theol.*, 1938, t. LXII, p. 196-231, 349-384. Ex istis namque capitibus apparet distinguendum esse inter Summorum Pontificum documenta et fidelium clerique actiones. Plures etiam Fratres Minores tum directe tum indirecte Judaeis adversabantur et turbas excitabant sermonibus et scriptis, in quibus pro certo habebatur Judaeos species eucharisticas profanasse aliaque facinora in odium fidei perpetrasse. Videas ultimum *art. cit.*, p. 210, 228, 231, ubi nominantur BERTHOLDUS RATISBONENSIS, JACOBUS DE MARCHIA, PETRUS OLLIGOYEN NAVARRENSIS, ROBERTUS DE LECCE et JOANNES DE CAPISTRANO (de hoc ultimo minutiores notitiae sumi possunt ex opere J. HOFER, *Johannes von Capestrano. Ein Leben um die Reform der Kirche*, Innsbruck, 1936). At contra S. LAURENTIUS Brundusinus affabili prorsus modo cum Judaeis versabatur, hebraica lingua illis praedicans et magnificum opus *Explanatio in Genesim* in ipsorum catholicorumque utilitatem exarans. P. LAURENTIUS

Henricus Sedulius (de Vroom), O.F.M.Obs., † 1621

850. — DAVID DE KOK, O.F.M., *Henrici Sedulii Chronicon Werthense*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 38-101.

Deficientibus fontibus historicis ad actionem franciscalium in Neerlandia explorandam, Auctori utile visum est typis edere *Annales* provinciae Germaniae Inferioris O.F.M.Obs., qui communiter *Chronicon Werthense* appellantur, ab HENRICO DE VROOM seu SEDULIO, O.F.M.OBS. (1549-1621), compositos an. 1619-1620. Adservantur manuscripti Romae in *coenobio S. Isidori Fr. Minorum Hibernorum*, *sign. I/99*. Ex hoc igitur codice, quum nullus alius notus sit, textus fideliter exscribitur, additis in apparatu critico adnotationibus bibliographicis. *Chronicon* triplicem sectionem complectitur, nempe de coenobiis, de martyribus, de scriptoribus. Sed est animadvertendum quod hic non tantum de Fr. Observantibus fit sermo, sed de Fr. Con-

ventualibus etiam, de Clarissis, de Annuntiatis et de Tertio Ordine.
P. MELCHIOR

Franciscus Longo a Corigliano Calabro, O.F.M.Cap., † 24 mai. 1625

851. — J. RAFFALI, *Coriolanus* (*Franciscus Longus a Coriolano*), in *Dict. Droit Can.*, t. IV, col. 607, Paris, 1947.

Summaria notitia operum, quae ad ius ecclesiasticum spectant, FRANCISCI A CORIGLIANO († 1625), O.F.M.CAP., sed aliis fontibus perficienda est. Cf. *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 190-192; 1935, t. V, p. 405-408; MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*, pars II, t. I, p. 345 s., 363 s., 427 s., Romae, 1947.
P. MELCHIOR

Cornelius Thielmans, O.F.M.Obs., † 30 oct. 1634

852. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Pater Cornelius Thielmans O.F.M. Leven en geschriften*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. 1, p. 96-174.

Notitiae quas de vita et operibus CORNELII THIELMANS, O.F.M. OBS., anteriores iam dederunt bibliographi, hac dissertatione accurate examinantur, determinantur, augentur. Particularis momenti est minutior descriptio operum C. THIELMANS qui imprimis scriptis ascetico-mysticis S. BONAVENTURAE in linguam vernaculam convertendis operam dedit.
P. BONAVENTURA

Theodorus Foresti a Bergomo, O.F.M.Cap., † 6 mart. 1637

853. — GIANCRISOSTOMO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., *Cenni sconosciuti della vita del P. Teodoro Foresti da Bergamo, O.F.M.Cap.*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 201-214.

Notitiae biographicae THEODORI FORESTI A BERGOMO († 1637), quae ex fontibus nondum editis hic vulgantur, explicant officia quibus in provincia Venetiarum O.F.M.Cap. perfunctus est (1592-1627), et actionem ab eodem explicatam an. 1606 occasione certaminis PAULUM V inter et magistratus reipublicae, et an. 1626 quum Patavii rectores civitatis invicte arguit ob sententiam contra quendam sacerdotem ab iisdem latam cum magno dedecore et ecclesiasticae potestatis violatione.
P. MELCHIOR

Paulus (Henricus Heat) a S. Magdalena, O.F.M.Rec., † 27 apr. 1643

853[a]. — PAUL HEATH, O.F.M.REC. *Self-communings of a martyr: being the Soliloquia or Lessons in Christian perfection.* Translated from the Latin, with an introduction on the life of Father Heath by JAMES MEYER, O.F.M. Chicago, Franciscan Herald Press, 1947. In-12°, III-155 p.

PAULUS A S. MAGDALENA, in saeculo Henricus Heath, natus an. 1599 in Peterborough (Anglia) e genitoribus anglicanis, studiis in universitate Cantabrigiensi incumbens ad fidem catholicam se convertit et an. 1623 Duaci lanam seraphicam induit. An. 1641 in Angliam reversus, die 27 (iuxta stilum veterem 17) aprilis 1643 Londini martyrio coronatus est. Plura scripsit opuscula ascetica, quorum praecipuum iterum prodiit ad Claras Aquas an. 1892 (*Soliloquia seu*

Documenta christianae perfectionis venerabilis ac eximii Patris Fr. Pauli a Sancta Magdalena, Angli, Ordinis Seraphici FF. Minorum, Collegii D. Bonaventurae Anglo-Duacensium olim Guardiani ac Londini an. 1643, 17 Aprilis Martyrio coronati. Editio altera. Ad Claras Aquas, ex typographia Collegii S. Bonaventurae. In-16°, VII-292 p.). Haec aurea opella, quae perfecte convenit cum doctrina libri *De imitatione Christi,* iam antea in linguam neerlandicam conversa est (*Franc. Educat. Conf.*, 1926, t. VIII, p. 298). Praesens versio anglica primum prodiit in *Franc. Herald and Forum*, 1945-1947, t. XXIV-XXVI.

Animadvertimus in nova editione operis J.H. SBARALEA, *Supplementum*, pars III, p. 361a (Romae, 1936) nomen *Henricus Heath* falso attributum esse B. PAULO A S. CLARA, O.F.M.DISC., Iaponensi, qui martyr occubuit an. 1622, omnesque indicationes bibliographicas huic nomini ibidem appositas pertinere ad PAULUM A S. MAGDALENA. P. BONAVENTURA

Joannes Boener Jacobszoon, O.F.M.Rec., † c. 1645

854. — JAN VERZIJL, *De Minderbroeder Joannes Boener Jacobszoon,* in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, fasc. V, p. 315-325.

A. ostendit nomine JOANNIS BOENER non unum, sed duos nuncupari Fratres Minores. Primus natus est Ruremondae an. 1591 et mortuus est circa an. 1645 Antverpiae, plures relinquens libros quos A. describit. Alter vero fuit primi nepos ex fratre, natus in Venlo et mortuus Harlemi an. 1650. P. BONAVENTURA

Joannes M. Zamoro ab Udine, O.F.M.Cap., † 30 aug. 1649

855. — ARCHANGELUS A ROČ, O.F.M.CAP., *Joannes Maria Zamoro ab Udine, O.F.M.Cap., praeclarus mariologus* (*1579-1649*), in *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 117-163; 1946-47; t. XVI-XVII, p. 125-185; 1949, t. XIX, p. 143-223.

Varia capita ab A. explanata ad haec tria reduci queunt: ad vitam scilicet JOANNIS M. ZAMORO AB UDINE describendam; ad eius doctrinam theologicam perscrutandam; ad orthodoxiam eius mariologiae vindicandam. In primis statuitur quod, neglectis quibuslibet depravatis formis, cognonem JOANNIS accurate scribendum est *Zamoro;* deinde fuso calamo enarratur curriculum vitae atque penitius de indole tum naturali tum supernaturali scriptoris disseritur. Postmodum recensentur et diiudicantur eiusdem opera tum edita tum non edita; quibus praelibatis, acceditur ad pervestigandam mentem theologicam, prout ex eius opere principe (*Disputationes theologicae de Deo uno et trino*, Venetiis, 1626) eruitur et respectu habito ad ambitum theologicum illius aevi, ut exinde appareat quamnam vim et influxum JOANNES M. ZAMORO exercuerit, tum qua theologus scotista, tum qua conciliator diversorum systematum. Reliquum est ut orthodoxa doctrina mariologica vindicetur, nam opus *De eminentissima Deiparae Virginis perfectione* (Venetiis, 1629) decreto S. Congr. Indicis die 9 maii an. 1636 lato prohibitum est. Causa prohibitionis huiusmodi eiusque natura perspecta, A. hanc conclusionem proponit: « Ex omnibus hucusque praelibatis, luculenter apparet doctrinam JOANNIS M. ZAMORO, ob quam eius opus prohibitum est, deinde

ab omnibus communiter receptam esse, ita ut affirmari possit potius rerum adiunctis quam doctrinae ipsi prohibitionem tribuendam esse; quae quidem prohibitio a tempore LEONIS XIII omnino cessavit ».

Locuples haec dissertatio, referta textibus, adnotationibus et auctoritatibus necnon multis documentis hactenus ignotis suffulta, cultoribus historiae theologiae et mariologiae valde commendatur.

P. MELCHIOR

Joannes Colgan, O.F.M.Obs., † 15 ian. 1658

855[a]. — BRENDAN JENNINGS, O.F.M. *The «Acta Sanctorum Hiberniae» of John Colgan, reproduced with Introduction.* (Reflex Facsimiles. Irish Manuscripts Commission, 5). Dublin, Stationery Office, 1948. In-fol., 4-XXVIII-906 p.

856. — LUDWIG BIELER, *John Colgan as editor*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 1-24.

Collegium sodalium Franciscalium Hibernorum, qui saec. XVII Lovanii documenta historica et hagiographica colligebant, validissimum praestiterunt emolumentum ad historiam ecclesiasticam suae patriae conscribendam (cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 438 s.). Huius collegii socius JOANNES COLGAN († 1658) triginta sex annorum spatio impigre ibi adlaboravit atque duo volumina *Acta Sanctorum Hiberniae* necnon *Trias Thaumaturga* in lucem protulit. A., multis conlatis notitiis et documentis, exhibet quam methodum et rationem ille adhibuerit ad textus edendos pervestigandos, atque maximi momenti conspectum praebet fontium quibus usus est, necnon tabulariorum seu bibliothecarum, in quibus reperiebantur vel adhuc reperiuntur. Arbitramur iure A. concludere posse J. COLGAN non esse simplicem documentorum collectorem neque omni iudicio critico expertem esse, quamvis editiones ab eodem praeparatae non sint perfectae neque hodiernis normis criticis accommodatae, quod mirabitur nemo qui progressum scientiae considerare velit. Cf. *infra*, n. 1237.

P. MELCHIOR

Mauritius Conry, O.F.M.Obs., † post 1660

856[a]. — MAURITIUS CONRY, O.F.M.OBS. *Threnodia hiberno-catholica, sive Planctus universalis totius cleri et populi regni Hiberniae*, in *Archivium Hibernicum*, vol. XIII (Maynooth, St. Patrick College, 1947. In-8°, 110 p.).

Iterum editur haec *Threnodia*, quae primum prodiit an. 1659, Oeniponte, et crudelitates ab O. CROMWELL catholicis Hiberniae illatas denuntiat. - Hanc descriptionem bibliographicam composuimus iuxta *Rev. Hist. Eccl.*, 1949, t. XLIV, p. 376 s., ubi tamen nec editor nec editionis inscriptio nec numerus paginarum accurate indicantur. - De auctore MAURITIO CONRY cf. A. CHIAPPINI, O.F.M., *Annales Minorum... Tomus XXX (1651-1660)*, p. 450, Florentiae - Ad Claras Aquas (Quaracchi), 1951.

P. BONAVENTURA

B. Carolus de Sezze, O.F.M.Ref., † 6 ian. 1670

857. — L. HUETTER, *Un beato francescano scrittore*, in *Oss. Rom.*, 1947, 17 lugl., p. 2.

Brevis notitia bibliographica scriptorum B. CAROLI DE SEZZE, O.F. M.REF. (1613-1670), qui, etsi rudis et idiota, tractatus scripsit theologiae mysticae a viris doctis laudatissimos. Cf. *Collect. Franc.*, 1941, t. XI, p. 580-581. P. MELCHIOR

Vincentius Joannes Bapt. Canes, O.F.M.Obs., † iun. 1672

858. — A. VAN DEN WYNGAERT, O.F.M., *Canes (Vincent-Jean Baptiste)*, in *Dict. Hist. Géogr. Eccl.*, t. XI, col. 740, Paris, 1948.

Notitia bio-bibliographica huius scriptoris († 1672), qui in Anglia adversus protestantes praesertim fidem catholicam tutatus est.

P. MELCHIOR

Bartholomaeus Mastrius, O.F.M.Conv., † ian. 1673

Vide etiam: 869 de numerica peccatorum distinctione.

859. — BONAVENTURE CROWLEY, O.F.M.CONV., *The Life and Works of Bartholomew Mastrius, O.F.M.Conv. (1602-1673)*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 97-152.

Missam facit A. in hac inaugurali dissertatione doctrinam tum philosophicam tum theologicam B. MASTRII, ut eiusdem biographiam et actionem litterariam tantummodo describat; et primo quidem eius res gestae enarrantur et deinde magisterium atque doctrinales disceptationes in medium proferuntur, ubi utiles notitiae quoque leguntur de studiis in Ordine F.M.Conv., deque scholis catholicis illo aevo. Ad doctrinam S. BONAVENTURAE quod attinet per saec. XVI et XVII utiliter A. consuluisset dissertationes AUGUSTINI A CORNIERO, O.F.M. CAP., et MELCHIORIS A POBLADURA, O.F.M.CAP., in hoc nostro commentario editas. Cf. *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 184-214, 360-374; 1935, t. V, p. 45-67, 370-417. Denique in appendice exhibetur conspectus omnium operum, quae B. MASTRIUS in vulgus protulit; verumtamen haec appendix bibliographica maiorem utilitatem haberet, si descriptio librorum facta esset secundum normas, quae hodie communiter sunt in usu; sed probabiliter A. singula opera singulasque eorum editiones prae manibus habere non potuit neque immediate et per se inspicere. P. MELCHIOR

Ivo a Paris, O.F.M.Cap., † 1678

860. — G. COLLAS, *Thèses soutenues devant la Faculté des Lettres de Rennes: R.P.C. Chesneau. Le Père Yve de Paris*, in *Annales de Bretagne*, 1947, t. LIV, p. 179-190.

861. — G. BLOND, *Le P. Yves de Paris et son récent historien*, in *Recherches et Travaux*, 1947, t. II, p. 82-101.

Recensetur in n. 860-861 opus conscriptum a C. CHESNEAU (P. JULIANO EYMARD AB ANGERS, O.F.M.CAP.) de P. IVONE A PARIS, O.F.M.CAP.; cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 326-329.

Bartholomaeus d'Astroy, O.F.M.Rec., † 1681

862. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Pater Bartolomaeus d'Astroy O.F.M., een Apologeet uit de zeventiende eeuw en Maastrichts Missionaris. Een bio-bibliographische Studie*, in *Publications de la*

Société historique et archéologique dans le Limbourg à Maastricht, 1942-46, t. LXXVIII-LXXXII, p. 85-128.

Sebastianus a Sermide, O.F.M.Cap., † 1683

863. — GIANCRISOSTOMO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., *Una grande opera dogmatico-ascetica e il suo autore*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 265-278.

Sermo est de fratre laico SEBASTIANO A SERMIDE, O.F.M.CAP. († 1683), provinciae Venetiarum sodali, qui auctor exstitit operis cui titulus: *Guerra spirituale che ha fatto nostro Signore Giesù Cristo... contro il diavolo dell'inferno*. Opus die 12 ian. an. 1667 approbatum est ad prelum; anno autem 1671 accedit tractatus de Immaculata Conceptione Virginis Mariae. Adservatur manuscriptum Mantuae, *Biblioteca Comunale, H.II.4*. A. aliqua fragmenta exhibet tum ad indolem scriptoris demonstrandam tum ad operis methodum et momentum perpendendum. P. MELCHIOR

Ludovicus Hennepin, O.F.M.Rec., † 1701

864. — DAVID DE KOK, O.F.M., *De strijd van Hennepin en andere Minderbroeders tegen het Jansenisme*, in *Arch. Gesch. Aartsbisdom Utrecht*, 1947, t. LXVI, p. 1-85.

Continuans investigationes suas de LUDOVICO HENNEPIN, O.F.M. REC. (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 137*-139*), A. de eiusdem aliorumque Fratrum Minorum neerlandicorum pugna contra fautores jansenismi ulteriores notitias affert. Primum annuntiat unicum hucusque in Neerlandia repertum exemplar rarissimi operis L. HENNEPIN, *La Morale pratique du jansénisme*, quod adservatur in Apeldoorn, *Bibl. Seminarii Archiep., Ss. 524*. Deinde describit quomodo L. HENNEPIN in Hollandiam profectus sit atque Ultraiecti domicilium constituerit, quasnam tribulationes a PETRO CODDE et JACOBO CATS eorumque sequacibus, inter quos fuit quidam Capuccinus anonymus, passus sit, quosnam habuerit in pugna socios, quasnam habuerit necessitudines cum rege GULIELMO III aliisque viris illustribus, quibusnam modis jansenistae eum sociosque impugnaverint. Hae aliaeque res accurate descriptae vel iuxta fontes diligenter designatae ad historiam jansenismi et operositatis apostolicae Franciscanorum in Neerlandia conscribendam multum conferunt. P. BONAVENTURA

865. — C.M., MORIN, O.F.M., *Du nouveau sur le Récollet Louis Hennepin*, in *Revue Hist. Amér. franç.*, 1947, t. I, p. 112-117.

Franciscus de Hollandia, O.F.M.Ref., † 20 nov. 1708

866. — AQUILINUS EMMEN, O.F.M., *P. Franciscus de Hollandia, O.F.M. (1650-1708) in saeculo Albertus Burgh. Nova documenta biobibliographica* (Extr. ex *Arch. Franc. Hist.*, t. XXXVII). Ad Claras Aquas, Collegium S. Bonaventurae, 1947. In-8°, 202-306 p.

Haec monographia duas complectitur partes, unam biographicam et bibliographicam alteram, utramque vero accurate et fuse ad fidem fontium historicorum descriptam. Albertus Burgh Amstelodami ex familia calvinistica ortus et secundum calvinistarum doctrinam

educatus, dum an. 1673 iter italicum peregisset, fidem catholicam amplexatus est; deinde an. 1677 habitum franciscalem induit inter socios B. BONAVENTURAE A BARCINONE, O.F.M.REF., assumpto nomine FRANCISCI DE HOLLANDIA, sed mox post novitiatum expletum aggregatur (an. 1679) provinciae Romanae O.F.M.Ref., in qua potissimum lectoris munere laudabiliter perfunctus est; an. 1698 renuntiatur consultor S. Officii et postea censor Magistri S. Palatii; an. 1704 magisterium demisit et die 20 nov. an. 1708 animam Deo reddidit. FRANCISCUS DE HOLLANDIA nullum opus typis edidit; sed feliciter A. tria volumina manuscripta repperit in coenobio O.F.M. Montisfortini seu Artenae, eaque in altera monographiae parte singillatim examini subicit singula opuscula recensens in eisdem voluminibus contenta, quorum alia sunt tractatus theologici, alia relationes operum ad S. Sedem delata, alia epistolae, alia denique adnotationes de controversiis fidei. De unoquoque tractatu A. explicat originem, argumentum, fontes, vim ac momentum; ex integro autem edit textum publicae cuiusdam disputationis de processione Spiritus Sancti (p. 295-306). Inter tractatus theologicos eminet *Speculum S. Augustini*, « opus gravissimum » secundum A. sententiam, « innumeris prope citationibus ex operibus Augustini aliorumque theologorum abundans »; « concedamus potius pauca opera esse tam densa ideisque profundis referta » (p. 261). Ceterum etiam aliae dissertationes, epistolae et animadversiones magni sunt habendae ad controversias illius aevi, v. gr. de jansenismo, perpendendas et iudicandas. P. MELCHIOR

867. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Een interessante vondst over de convertiet Albert Burgh († 1708)*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, fasc. V, p. 306-314.

Relatio de dissertatione signata sub n. 866.

Bernardinus a Picquigny, O.F.M.Cap., † 8 dec. 1709

868. — VITALIS BANAZEK [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *A short introduction to Bernardine of Picquigny*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 37-40.

Brevis, sed clara est vitae et operum BERNARDINI A PICONIO, O.F. M.CAP. (1633-1709) descriptio, quae iure laudibus effert praecipue librum *Triplex Expositio Epistolarum Beati Pauli Apostoli*: nam analysi, paraphrasi et opportuno commentario illustraverat PICONIUS scripta Doctoris Gentium pia ea mente, ut essent tutamen firmum contra Jansenistarum incitationes.

Potissimum BERNARDINI opus nostris adhuc diebus lectoribus utile et carum est, uti patet ex italica editione A. ignota: BERNARDINO DA PICQUIGNY, *Le Lettere di S. Paolo*. Testo latino con parafrasi italiana, analisi, note e riflessioni. Edizione 11ª, interamente riveduta dal Sac. GIOVANNI CASTOLDI. 3 vol. Brescia, Edit. « Ancora », 1940-1941. In-8°, XXX-396, 430, 376 p. Cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 414-415.

P. LAURENTIUS

Franciscus Henno, O.F.M.Rec., † 30 apr. 1714

869. — BONAVENTURE A. BROWN, O.F.M. *The Numerical Distinction of Sins According to the Franciscan School of the Seventeenth*

and Eighteenth Centuries. (The Catholic University of America. Studies in Sacred Theology. Second Series. No. 10). Washington, D.C., The Catholic University of America Press, 1948. In-8°, XVII-114 p.

Descripto, in introductione, statu quaestionis de numerica peccatorum distinctione, exponitur in cap. I doctrina S. Scripturae et Ss. Patrum, in cap. II doctrina S. THOMAE AQUINATIS et, p. 26-36, JOANNIS DUNS SCOTI. Exhibitis in cap. III notitiis bio-bibliographicis de auctoribus franciscanis qui saec. XVII et XVIII de theologia morali scripserunt (p. 37-50), in cap. IV referuntur sententiae selectorum quorumdam auctorum, scil. FRANCISCI HENNO, O.F.M.REC., BARTHOLOMAEI MASTRII, O.F.M.CONV., PATRICII SPORER, O.F.M.REC, BENJAMIN ELBEL, O.F.M.REC., ANACLETI REIFFENSTUEL, O.F.M.REF. (p. 51-75), dum in cap. V doctrina moralistarum franciscanorum saec. XVII et XVIII in genere exponitur et hae proponuntur conclusiones generales: 1) Numerica peccatorum distinctio desumitur ex morali unitate actus voluntatis (sic A.; aptius tamen dicendum esset: ex morali pluralitate actuum); 2) Distinctio peccatorum mere internorum desumitur ex physica et morali pluralitate actuum voluntatis; 3) Peccata interna tendentia ad exsecutionem externam, numerice multiplicantur, quoties moraliter interrumpuntur et voluntarie repetuntur; 4) Peccata externa numerice multiplicantur, quoties actus externi moraliter complentur et voluntarie repetuntur; actus autem qui propter suam naturam ut media vel dispositiones ad unum actum complendum ordinentur, cum hoc actu sunt unum numero peccatum (p. 76-92). In Appendice quaedam proponuntur consilia de parte distinctionis peccatorum numericae in examine conscientiae, et brevis expositio doctrinae schismaticorum orientalium de distinctione numerica.

Pro parte scholae franciscanae ab A. tractata dissertatio eius utilitate non caret. Animadvertimus tamen quod nimis multi theologi franciscani neglecti sunt, quam ut in titulo dissertationis simpliciter « schola franciscana saec. XVII et XVIII » dici potuerit. Pars methodologica et bibliographica dissertationis iustis desideriis vix respondet. Totum caput III nihil confert ad illustrandum praecipuum argumentum, quod in solis duobus capitibus nimis breviter absolvitur. Curnam in cap. IV isti quinque auctores selecti sint, non explicatur. In notitiis bibliographicis, praesertim in descriptione nominum scriptorum, non pauca invenimus vitia vel menda vel miram varietatem et inconstantiam; id solum hoc loco adnotamus quod scriptores Ordinis Capuccinorum omnino allegandi sunt iuxta nomen religionis, non vero iuxta locum originis. P. BONAVENTURA

Vincentius Maria Coronelli, O.F.M.Conv., † 9 dec. 1718

870. — GIROLAMO MORETTI, O.F.M.CONV., *Un grande cosmografo alla luce della grafologia: P. M.° Vincenzo Coronelli, O.F.M.Conv.*, in *Il Messaggero di S. Antonio nel suo 50°*, p. 49-54, Padova, 1948.

Franciscus M. ab Arezzo, O.F.M.Cap., † 14 febr. 1719

871. — VITO CIAURRI, *Il Casini oratore*, in *Scuola Catt.*, 1948, t. LXXVI, p. 320-326.

Ab iniusta oblivione vindicatur ars oratoria eximii FRANCISCI M. CASINI AB AREZZO (1648-1719), O.F.M.CAP., Sacri Palatii Apostolici concionatoris et S. Ecclesiae cardinalis.

A. merito laudibus extollit conciones in lucem prolatas, sed nimium exaggerat oblivionem in qua usqueadhuc iacuerant, quippe quod non unus illas perlustravit, sed ipsae quoque conciones in latinum sermonem translatae apud exteras quoque nationes innotuerunt; ceterum etiam ad finem saec. XIX in linguam gallicam aliquae vertuntur. Cf. MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ord. Fr. Min. Capuccinorum*, pars II, t. II, p. 94, 97 s., 423, Romae, 1948.
P. MELCHIOR

Bonaventura van den Dijcke, O.F.M.Rec., † 16 iun. 1721

872. — LUCIANUS CEYSSENS, O.F.M., *De Thesibus antigallicanis P. Bonaventurae van den Dijcke, O.F.M. (1691-1692)*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 161-176.

Die 28 maii an. 1691 BONAVENTURA VAN DEN DIJCKE, occasione canonizationis SS. JOANNIS DE CAPISTRANO et PASCHALIS BAYLON, in coenobio Fr. Minorum Lovanii *Theses historico-theologicas* propugnare suscepit, quibus serpentem doctrinam gallicanam impugnabat; fautores autem huius doctrinae illas ad magistratus civiles deferunt, qui publicam defensionem interdixerunt et thesium exemplaria edita penes se retinent. Exinde conflictus oritur, et tandem die 21 febr. an. 1692 Aula Matritensis edixit nihil in *Thesibus* esse improbandum, ideoque prohibitionem a Concilio Brabantico latam esse revocandam; atque revera magna cum solemnitate fit defensio Lovanii die 24 martii an. 1692. Hanc igitur complexam quaestionem A. multis innixus documentis fuse exponit atque dilucidat. P. MELCHIOR

Seraphinus de Vos a Brugge, O.F.M.Cap., † 11 mart. 1728

873. — A. SCHOUTEET, *Een onbekend dichtwerk van Pater Seraphim de Vos*, in *De Gulden Passer*, 1948, t. XXVI, p. 277-282.

Hunc commentariolum videre non potuimus, animadvertimus tantum in eodem notitias exhiberi de quodam poemate SERAPHINI DE VOS A BRUGGE, O.F.M.CAP. († Bruxellis, die 11 martii 1728), de quo HILDEBRANDUS AB HOOGLEDE, O.F.M.CAP., et alii iam disseruerunt (cf. *Franc. Leven*, 1940, t. XXIII, p. 63). P. BONAVENTURA

S. Leonardus a Portomaurizio, O.F.M.Ref., † 26 nov. 1751

Vide etiam: 93 bibliographia.

874. — BELLARMINO BAGATTI, O.F.M., *La direzione spirituale di S. Leonardo da Portomaurizio*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 93-111.

Non obstantibus fere continuis missionibus popularibus S. LEONARDUS temporis moras sumebat ad animas pias moderandas, praesertim moniales et aliquas nobilis condicionis personas, uti principis STROZZI et reginae MARIAE CL. SOBIESKI. Sanctus vir fecit sibi commentariolum, in quo colloquia habita fideliter adnotabat; nam expostulavit, ut totam vitam suam ei aperirent. Magna benevolentia et affectu has animas persequebatur, sed quandoque sat durus, immo et rudis erat. Spirituale S. LEONARDI regimen paucis consistebat elementis: uniformitate mentis cum voluntate divina, puritate intentionis, assidua meditatione, mortificatione corporis et spiritus. Quantum ad cruciatum corporis nimiam austeritatem fovebat, v. gr. in casu HELENAE BRIGANTE (p. 101). Nil mirum si non omnes Fratres eius

agendi morem adprobabant (p. 107). Quoad gratias extraordinarias valde cautus videbatur (p. 104 s.) immo, ut nobis videtur, incertus, forsitan quia ipsemet his in rebus non satis expertus erat.

P. LAURENTIUS

Ambrosius a Lombez, O.F.M.Cap., † 25 oct. 1778

875. — AMBROISE DE LOMBEZ, O.F.M.CAP. *La Joie intérieure*. Introduction de l'Abbé A.-M. LEMOINE. (Les Grands Auteurs Spirituels). Montréal, Fides, 1947. In-16°, 31 p.

Extractus ex opere maiore quod inscribitur *Traité de la joie de l'âme chrétienne.*

876. — AMBROISE DE LOMBEZ, O.F.M.CAP. *La Paix intérieure*. 2e édition. Introduction du P. ROMÉO BOILEAU. (Les Grands Auteurs Spirituels, 3). Montréal, Fides, 1946. In-16°, 32 p.

Est extractus ex opere maiore quod inscribitur *Le Traité de la paix intérieure.*

4. - *A subversione gallica ad hodiernos dies (1789-1951)*

Viator Bianchi a Coccaglio, O.F.M.Cap., † 18 ian. 1793

878. — GODEFROY [DE PARIS], O.F.M.CAP., *Viateur de Coccaglio [O.F.M.Cap.]*, in *Dict. Théol. Cath.*, fasc. CXLVI-CXLVII, col. 2836-2842, Paris, 1948.

Celebris huius scriptoris antifebroniani et antimolinistae, qui quamvis doctrinam JANSENII condemnasset, tamen secundum aliquos scriptores in rigidioribus doctrinis contra molinistas propugnandis fautor jansenismi evadit, vita, opera et doctrina succincte describuntur. Cf. tamen MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ord. Fratr. Min. Capuccinorum*, pars III, p. 201, 560 s., Romae, 1951.

P. BONAVENTURA

Franciscus Cañes, O.F.M.Disc., † 1795

879. — A. VAN DEN WYNGAERT, O.F.M. *Cañes, Francisco*, in *Dict. Hist. Géogr. Eccl.*, fasc. LXIII, col. 739-740, Paris, 1948.

FRANCISCUS CAÑES, natus Valentiae in Hispania an. 1729, missionarius in Terra Sancta ab an. 1755, 1770 in patriam reversus, an. 1771 nominatus est professor linguae arabicae; edidit, rogante CAROLO III rege Hispaniae, *Gramática arábigo-española, vulgar y literal, con un diccionario arábigo-español* (Madrid, 1775) et *Diccionario español-latino-arábigo* (3 vol., Madrid, 1787). Iuxta A., tempus obitus eius ignoratur, iuxta *Enciclopedía Universal Espasa*, t. XI, p. 113a, mortuus est an. 1795. P. BONAVENTURA

Franciscus Soto a Villalpando, O.F.M.Cap., † 1797

880. — BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Un capítulo de la historia de la filosofía en España. La obra filosófica del Capuchi-*

no P. Francisco de Villalpando, texto oficial en las Universidades españolas, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 56-78, 379-389.

Post dimidiatum saec. XVIII etiam in Hispania secundum recentiora principia studia publica reformanda erant; ad quod quidem perficiendum publici nationis magistratus opera et consilio FRANCISCI SOTO A VILLALPANDO (1740-1797) usi sunt, qui cursum philosophicum ad usum sodalium provinciae Castellae O.F.M.Cap. in tribus voluminibus composuerat (Matriti, 1777-1778). A. huius dissertationis accuratas huius philosophi notitias biographicas exhibet ipsiusque libros editos bibliographice describit; potissimum autem fuso calamo disceptationes enarrat quae occasione cursus philosophici ortae sunt. Sciendum est enim quod an. 1779 Consilium Castellae publicis nationis athenaeis et Ordinum religiosorum collegiis proposuit deinceps disciplinas philosophicas aliter explicandas esse et cursum philosophicum a FRANCISCO A VILLALPANDO compositum suadebat adhibendum. Excepta Castellae provincia, ceteri Hispaniarum provinciae O.F.M. Cap. assensum praebuerunt; publica vero athenaea aliter et aliter sentiebant, neque deerant qui opus illud impugnarent, immo an. 1780 ad tribunal Inquisitionis defertur. Secundum censorum iudicium aliae sententiae aliter exponendae erant, aliae vero prorsus emendandae; sed mortuo operis auctore an. 1797 nihil factum est. Documenta huc allata et diiudicata non solum vitam et opera FRANCISCI A VILLALPANDO collustrant, sed magni quoque sunt facienda ad historiam studiorum in Hispania illo aevo texendam. P. MELCHIOR

Hermannus (Ludovicus Jos.) Maccage, O.F.M.Rec., † 3 apr. 1828

881. — G. DEGROOTE, *Poetae minores*, in *Miscellanea J. Gessler*, t. I, p. 364-375, Deurne, G. Govaerts, 1948.

Inter alios poetas minores ab A. hic enumeratos, notitiae proponuntur, p. 367 s., de HERMANNO [LUDOVICO JOSEPHO] MACCAGE, O.F. M.REC. (1751-1828), qui ab an. 1798 propter recusatum iuramentum civile, a gubernio gallico clero praescriptum. in exsilio commorans, OVIDII *Tristia* in linguam flandricam vertit et edidit Iprae an. 1814: *Treur-digten van Publius Ovidius Naso*. T'Ypre, Uyt de drukkerij van Annoy-Vandevyver, MDCCCXIV. P. BONAVENTURA

Gregorius Girard, O.F.M.Conv., † 6 mart. 1850

882. — EUGEN EGGER. *P. Gregor Girard. Ein schweizerischer Volksschulpädagoge, 1765-1850.* (Grosse katholische Schweizer der neuern Zeit, Bd. 4). Luzern, Rex-Verlag, 1948. In-8°, 174 p.

Inter paedagogos recentiores in Helvetia eminent JOANNES HENRICUS PESTALOZZI (1746-1827) et P. GREGORIUS GIRARD, O.F.M.CONV. Iste tamen non qua par est in aestimatione habetur, tum quia eius opera ignorantur (ex. gr. a JOS. GÖTTLER, *Geschichte der Pädagogik in Grundlinien*, p. 198, Freiburg i.Br., 1935, qui in re minoris momenti tantum P. GREGORIUM attingit), tum quia vel a catholicis auctoribus suspectus habetur de studio liberalismi (v.gr. TH. SCHWEGLER, O.S.B., *Geschichte der katholischen Kirche in der Schweiz von den Anfängen bis auf die Gegenwart*, p. 297, 2. Aufl., Stans, 1943). Haec sinistra interpretatio debetur primo biographo ALEXANDRO DAGUET, qui

P. GIRARD pro sua ursurpavit factione. Negandum non est P. GIRARD propterea in aliam partem acceptum esse, quia pluris habebat linguae maternae disciplinam quam doctrinae catholicae eruditionem ad infantium animos doctrina imbuendos et quia episcopo Friburgensi non obtemperavit, cum methodum sic dictae mutuae instructionis reprobaret.

Tenor vitae fere continuus narratur ab ipsomet P. GIRARD, qui ultimis annis obtrusi sibi otii cursum retroactae operositatis descripsit. A. partes ab ipso relictas explevit et iudiciis criticis stipavit.

Seligimus ex libro puncta quae attentionem merentur. Societate Jesu vix exstincta, remanentibus tamen Patribus S.J. in collegio Friburgensi, studia humaniora incepit G. GIRARD (p. 21 s.). Defectus huius instituti acerbo detegit calamo. Difficile dictu, num sine ira et studio — erat enim eiusdem Ordinis ac Summus Pontifex, qui Jesuitas suppresserat — res exposuerit, maxime cum annis 1818-1823 a Patribus S.J. impugnatus sit (p. 97 s.; cf. SCHWEGLER, *op. cit.*, p. 297). GIRARD tamen haud pugnacis, immo affabilis animi erat et plurimos sibi conciliavit homines. Potior tamen ratio in eo erat quod, amplissimis scientiis ditatus, variis civium ingeniis atque indigentiis satisfacere potuit. Inde tempore civilis perturbationis helveticae munus primarii tabularii et parochi Bernae exsecutus est. Anno 1804 in patriam civitatem redux ad scholas puerorum denuo constituendas destinabatur, quas, novis methodis atque alienis incitamentis felici manu aptatis, mox ad omnium quasi nationum admirationem eduxit. Diversa scripsit opera (elenchus operum sive manuscriptorum sive typis editorum invenitur p. 155-164; additur bibliographia operum p. 165-174) ad divulgandas tuendasque suas opiniones, inter quae et voluminibus et valore praestat *Cours éducatif de langue maternelle à l'usage des écoles et des familles*, 6 vol., Paris, 1845-1848.

Exortis, ut diximus, difficultatibus Friburgum reliquit et Lucernae philosophiam docuit simulque diversis Helvetiae pagis opem praebuit ad reformandas scholas rudium et ludi magistrorum. Hisce non obstantibus praefuit Fratribus suae Religionis per 42 annos qua Guardianus, Commissarius, Visitator et Minister provincialis. Hanc tamen actuositatem A. vix tetigit. Speramus istam vitae partem ad lucem prolatum iri.

A. impensos aestimationis suae sensus non abscondit. Non semel vero aliud sentientes parum curat. Praeprimis enim P. GIRARD crimini datur eius in philosophum KANT (p. 50 s.) et Vicarium generalem H. VON WESSENBERG (p. 126 s.) propensum studium atque benevolentia. Maiore dilucidatione opus est, ut hae quaestiones ad liquidum perducantur. P. LAURENTIUS

882[a]. — GREGOIRE GIRARD, O.F.M.CONV. *Quelques souvenirs de ma vie avec des réflexions*. (Le Père Girard-Éditions du centénaire, I). Fribourg, Soc. Fribourgeoise d'Éducation, 1948. In-8°, 136 p.

Aloisius Antonius Canali, O.F.M., † 22 apr. 1905

883. — A. VAN DEN WYNGAERT, O.F.M., *Canali (Luigi-Antonio)*, in *Dict. Hist. Géogr. Eccl.*, fasc. LXIII, col. 701-702, Paris, 1948.

Brevis notitia bio-bibliographica ALOISII ANTONII CANALI, O.F.M.; natus est Parmae die 9 febr. an. 1836 atque an. 1852 inter Fr. Min. Observantes habitum religiosum induit; procedente tempore varia obivit munia, donec an. 1889 supremus Ordinis moderator eligitur; munere an. 1897 abdicato, an. 1901 a LEONE XIII nominatus est archiepiscopus tit. Ptolemaidensis, sedem autem Regiensem in Aemilia eodem anno sibi oblatam recusavit; obiitque die 22 apr. 1905. Eo regente, Collegium Antonianum (nunc Pontificium Athenaeum) inauguratur an. 1890, atque an. 1897 omnes familiae franciscales primi Ordinis, exceptis Fr. Conventualibus et Capuccinis, in unam coalescunt familiam sub unico capite eisdemque generalibus constitutionibus. Afferuntur etiam opera ab eo scripta. P. MELCHIOR

Ingbertus Naab a Dahn, O.F.M.Cap., † 28 mart. 1935

884. — *Prophetien wider das Dritte Reich.* Aus den Schriften des Dr. Fritz Gerlich und des Paters Ingbert Naab O.F.M.Cap. gesammelt von Dr. Johannes Steiner. München, Verlag Dr. Schnell & Dr. Steiner, 1946. In-8°, 590 p. cum ill.

Inter praeclariores celebrioresque Germaniae viros, qui maiore cum claritate « socialismi nationalistici » Adulphi Hitler mala in patriam ac religionem ingruentia perspexerunt, quique indefatigabili zelo et ingenii acumine illius pessimi erroris nefasta principia oppugnavere, eminent sane F. Gerlich atque Ingbertus [Naab] a Dahn, sodalis prov. Bavariae O.F.M.Cap., qui ob veritatis et iustitiae amorem et defensionem in exsilio obiit die 28 mart. an. 1935 (cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 161 s.). Praesenti volumine utriusque egregia testimonia scripta colliguntur, quibus an. 1931-1933 perniciosos illos errores omni contentione patefacere satagebant, ut tempestive ab eisdem concives arcerent. Infeliciter id non contigit, sed neque frustra adlaboravere, nam testes fuerunt veraces, et eorundem dicta et facta generationi hodiernae et futurae exempla imitanda exhibent ad veritatem christianam forti animo illustrandam atque propugnandam.

P. Melchior

885. — Maximilian Neumayr [von Deggendorf], O.F.M.Cap. *Pater Ingbert Naab. Seher, Kämpfer, Beter.* München, Verlag Schnell & Steiner, (1947). In-8°, 532. p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 161-162.

Athanasius López, O.F.M., † 1 mart. 1944

886. — *R. P. Athanasius Lopez, Prov. S. Iacobi in Hispania,* in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 68-69.

Brevis notitia bio-bibliographica huius eximii historiographi O.F.M., qui die 1 martii an. 1944 ad superos volavit. Cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 269.

P. Melchior

Ludovicus Ventura, O.F.M., † 24 febr. 1945

887. — Lodovico Ventura, O.F.M. *La vita come olocausto. Epistolario* a cura di Luigi Ventura. (I Libri della Saggezza, n. 4). Firenze, Edizioni « La Vela », 1948. In-8°, 144 p.

Ludovicus Ventura, O.F.M., vitam hanc mortalem clausit die 24 febr. an. 1945; nunc autem eius germanus frater L. Ventura epistolas illius collegit et typis edidit ad communem piamque aedificationem (p. 61-128). His autem epistolis praemittitur tractatus philosophicus et moralis (p. 13-58), quo indoles perfectae vitae christianae delineatur, quam tempore suae peregrinationis Ludovicus Ventura ducere conatus est, uti plurima testimonia ab amicis et admiratoribus collecta commonstrant (p. 131-144). Cf. *Studi Franc.*, 1949, ser. 3, t. XXI, p. 84.

P. Melchior

Andreas G. Little, † 22 oct. 1945

Vide etiam: 15 manuscriptum « The Grey Friars in Oxford ».

888. — J.R.-H. MOORMAN, *A.G. Little, Franciscan historian*, in *Church Quart. Rev.*, 1947, t. CXLIV, p. 17-27.

Adelhelmus Jann a Stans, O.F.M.Cap., † 30 dec. 1945

889. — *Adm. R. P. Adelhelmus a Stans, lector emeritus. Vice-Postulator, scriptor, provinciae Helvetiae alumnus*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 60-63.

Die 30 dec. an. 1945 obiit ADELHELMUS JANN A STANS, cuius vitae curriculum et actio scientifica breviter nunc describuntur (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 271); per triginta quinque annos magisterium scholasticum in Collegio S. Fidelis exercuit; plures de re missionaria investigationes historicas instituit, inter quas eminet collectio *Monumenta Anastasiana* nuncupata, quae documenta critice collecta et edita comprehendit ad servum Dei ANASTASIUM HARTMANN, O.F.M.CAP. (1803-1866), spectantia; pro collectione nostri Instituti Historici inscripta *Bibliotheca Seraphico-Capuccina* praeparavit editionem *Institutionum theologiae pastoralis* eiusdem servi Dei (Assisi, 1932); insuper aliquas elucubrationes circa B. APOLLINAREM MOREL A POSAT, martyrem O.F.M.Cap., vulgavit in *Collect. Franc.*, 1932, t. II, passim, et 1934, t. IV, p. 227-37. P. MELCHIOR

Hilarius a Barenton, O.F.M.Cap., † 24 febr. 1946

890. — GODEFROY DE PARIS, O.F.M.CAP., *Un orientaliste Capucin. Le R. P. Hilaire de Barenton (1864-1946)*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 92-97, 122-125.

891. — IDEM, *Un savant orientaliste Capucin. Le R. P. Hilaire de Barenton (1864-1946)*, in *Les Amis de St. Franç.*, 1948, n. 49, p. 15-23.

892. — H. PIRES, *Un Capuchinho notável: Frei Hilário de Barenton*, in *Rev. Ecles. Brasil.*, 1947, t. VII, p. 120-121.

In his tribus relationibus (n. 890-92) notitiae bio-bibliographicae sodalis provinciae Parisiensis HILARII A BARENTON exhibentur (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 454), qui tum dissertationibus de historia franciscali, tum praesertim monographiis de origine linguarum, religionum et gentium magnum nomen inter viros doctos assecutus est. Insuper ad iura Ecclesiae Ordinumque religiosorum tuenda strenue et efficaciter concertavit. P. MELCHIOR

893. — AUBERT [DE SAINT-CYR DU BAILLEUL, O.F.M.CAP.], *L'origine des langues, des religions et des peuples d'après le P. Hilaire de Barenton, O.F.M.Cap.*, in *Lumières d'Assise*, n. 4, p. 90-101, Paris, 1947.

Praemissa notitia biographica HILARII A BARENTON (1864-1946), A. disserit de indole pervestigationum illius, praesertim circa originem linguarum et religionum. P. MELCHIOR

Clemens a Terzorio, O.F.M.Cap., † 13 dec. 1946

894. — *Rev.mus P. Clemens a Terzorio, ex-Definitor Generalis Ordinis, Provinciae Genuensis alumnus*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 101-102.

Breves notitiae biographicae proponuntur de P. CLEMENTE FILIPPI A TERZORIO, per tria sexennia (1914-1932) Definitor generalis O. F.M.Cap., qui amplam historiam missionum Ordinis sui conscripsit (*Le missioni dei Minori Cappuccini,* 10 vol., Romae, 1913-1938) et *Manuale historicum missionum Ordinis Minorum Capuccinorum* (Isola del Liri, 1926) edidit. P. BONAVENTURA

Anselmus a Reno Centese, O.F.M.Cap., † 16 dec. 1946

895. — *Adm. R. P. Anselmus a Reno Centese, Bononiensis Provinciae alumnus, iam Vice-Secretarius in Curia Generali,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 24-25.

Die 16 dec. an. 1946 Romae pie obiit ANSELMUS A RENO CENTESE, O.F.M.CAP., postquam spatio circiter 35 annorum uti adiutor Postulatoris generalis Ordinis et vice-secretarius in Curia generali assiduam impenderat operam. Sui laboris fructus sunt aliqui precum libri et *Descriptio geographica et statistica provinciarum et missionum Ord. Fr. Min. Capuccinorum,* quae an. 1929 Romae typis edita est. P. MELCHIOR

Basilius Tanghe a Brugge, O.F.M.Cap., † 6 dec. 1947

896. — AUGUSTE ROEYKENS [DE TERVUREN], O.F.M.CAP., *L'œuvre scientifique de feu Mgr O.B. Tanghe,* in *Aequatoria*, 1948, n. 3, p. 87-97.

897. — IDEM, *Son Exc. Mgr O.B. Tanghe,* in *Rev. du clergé africain* (Mayidi), 1948, t. III, p. 295-309.

A. exponit quidnam Mgr. TANGHE, in Ordine Fr. Min. Capuccinorum vocatus BASILIUS A BRUGGE, in missione Ubanghi ab an. 1910 missionarius, ab an. 1931 Praefectus Apostolicus, ab an. 1935 Vicarius Apostolicus et Episcopus tit. Tigavitanus, scriptis suis contulit ad historiam generalem coloniae Ubanghi et ad historiam missionariam et ethnologiam eiusdem regionis. P. BONAVENTURA

898. — AUGUSTE DE TERVUREN, O.F.M.CAP., *Le soir d'une belle vie. Les dernières années de Son Exc. Mgr Octave Basile Tanghe, Évèque titulaire de Tigava, ancien Vicaire Apostolique de l' Ubangi Belge,* in *Vox Minorum* (Antverpiae), 1948-49, t. III, p. 65-97.

A., qui iam ab an. 1941 collegit documenta ad biographiam criticam insignis suae provinciae alumni praeparandam, hisce instrumentis munitus in praesenti commentario ultimam periodum vitae Rev.mi D. TANGHE, qui an. 1945 gravi morbo affectus e missione Ubanghi in patriam reverti coactus est, descripsit pluribusque allatis documentis illustravit. P. BONAVENTURA

899. — *Exc.mus D. P. Basilius O. Tanghe, a Brugge, Episc. tit. Tigavitan., Vicarius Apost. de Ubanghi Belgico, Prov. Belgicae alumnus,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 102-104.

Succincta notitia bio-bibliographica huius insignis missionarii et scriptoris.

Bonaventura Marinangeli, O.F.M.Conv., † 29 ian. 1948

900. — *A.R.P.M. Bonaventura Marinangeli (O.F.M.Conv.)*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 103-104.

Brevis notitia biographica huius illustris de historia et arte franciscana scriptoris, qui plurima, praesertim in *Miscellanea Francescana* et *San Francesco*, edidit docta commentaria atque an. 1938-1947 munere Directoris Bibliothecae Communalis Assisiensis functus est. Obiit Assisii die 29 ianuarii 1948. P. Bonaventura

Maximinus Carolus Piette, O.F.M., † 6 nov. 1948

901. — *In Memoriam. Maximin Charles Piette, O.F.M. (1885-1948)*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 342-343.

Traditur brevis notitia biographica huius scriptoris, de quo actum est in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 358. P. Melchior

Aemilius Chiocchetti, O.F.M., † 29 iul. 1951

902. — Ludovico Pacchierini, O.F.M., *Il sintetismo di P. E. Chiocchetti, O.F.M.*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 63-74.

Disceptantibus in Italia, ineunte saec. XX, cultores philosophiae neoscholasticae de valore et origine cognitionis humanae, scriptores catholici in varias abierunt sententias. A. breviter exponit quomodo E. Chiocchetti hanc quaestionem proposuerit solvendam et quomodo ipse eam solverit, devitans errores philosophiae kantianae et aberrationes idealistarum, tametsi aliorum catholicorum scriptorum sententiam non admiserit. P. Melchior

Diomedes Scaramuzzi, O.F.M., n. 15 nov. 1880

903. — *Nel cinquantesimo di vita religiosa di P. Diomede Scaramuzzi, O.F.M. Omaggio dei direttori della stampa francescana d'Italia.* Napoli, Tip. Pelosi, 1947. In-8°, 107 p.

Opusculum refert epistolas a sodalibus franciscalibus aliisque amicis et admiratoribus, quas D. Scaramuzzi accepit occasione festivae celebrationis (2 iul. an. 1946) quinquagesimi anniversarii a die quo habitum franciscalem induit. Lectoribus nostri commentarii periodici potissimum interest copiosa bibliographia (p. 83-107) complectens 513 articulos maioris vel minoris extensionis et momenti.
P. Melchior

Paulus Maria Sevesi, O.F.M., n. 24 aug. 1875

904. — *P. Paolo M. Sevesi, dei Frati Minori, nel suo cinquantesimo di ordinazione sacerdotale (1898-1948)*. Milano, Tip. Pont. ed Arciv. S. Giuseppe, 1948. In-8°, 79 p.

Recurrente die 27 maii an. 1948 quinquagesimo anniversario ab ordinatione sacerdotali Pauli M. Sevesi, eius amici et admiratores festivas solemnitates celebrarunt quae hoc in opusculo describuntur, in quo etiam exhibetur catalogus scriptorum, quae ipse typis edidit (p. 59-79). Disceptationes, fere omnes de rebus franciscanis, in com-

mentariis periodicis editis ad summam 110 pertingunt, quibus addendae sunt 257 notitiae breviores et minoris momenti in foliis periodicis vulgatae. P. MELCHIOR

Hilarion Thans, O.F.M., n. 12 ian. 1884

904[a]. — LAMBERT SWERTS. *De Minnezinger Gods, Hilarion Thans.* Mechelen, S. Franciscus-Drukkerij, 1943. In-8°, 172 p.

904[b]. — G.P. MICHIELS. *Hilarion Thans en Jac. Schreurs.* (Keurbladzijden uit de Nederlandse Letterkunde, n. 27). Diest, Uitgeverij «Pro Arte», s.a. In-8°, 94 p.

Celebris in Belgio poetae et scriptoris flandrici P. HILARIONIS THANS, O.F.M., incrementum et vis, vita et opera describuntur (p. 5-13) eiusque ars exemplis ex eius operibus allatis illustratur (p. 15-43) (*Franciscana,* 1948, t. III. p. 111). P. BONAVENTURA

IV. - RELATIONES DE HISTORIA PRIMI ORDINIS FRANCISCANI

A. - De historia franciscana generali

1. - *De universo Ordine franciscano*

905. — PHILIP HUGHES. *A History of the Church*. Tom. III: *The Revolt against the Church: Aquinas to Luther*. London, Sheed & Ward, 1947. In-8°, XVI-546 p. cum 5 tab.

906. — J. DE JONG (Card.). *Handboek der Kerkgeschiedenis*. Vierde druk herzien en verbeterd door R.R. POST. Deel II: *De Middeleeuwen (692-1517)*. Deel III: *De Nieuwere Tijd (1517-1789)*. Utrecht-Nijmegen, Dekker & van de Vegt, 1947, 1948. In-8°, XV-550; XII-464 p.

907. — L. CRISTIANI. *L'Église à l'époque du concile de Trente*. (Histoire de l'Église, éd. A. FLICHE et V. MARTIN, t. 17). Paris, Bloud & Gay, 1948. In-8°, 495 p.

Ex hoc volumine nostra interest ea tantummodo obiter significare, quae Ordinem S. FRANCISCI respiciunt, cuius sodales religiosi adeo pro reformandis Ecclesia et societate tempestate illa adlaboravere (cf. *Il contributo degli Ordini religiosi al concilio di Trento*, p. 97-132, 207-243, 245-290, Firenze, 1945; *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 339-342).

Uti par erat, A. agens de reformatione catholica in Italia, disseruit quoque de conatibus reformationis in Ordine franciscali (p. 284-286) atque originem et primordia Fratrum Minorum Capuccinorum descripsit (p. 286-294), etsi, ut saepe fieri solet, dimidia tractationis pars vicissitudines apostasiae BERNARDINI OCHINO tantum enarrat.

Longum et nimium esset singulos errores emendare, qui hoc in capite irrepserunt. Profecto nos non latet difficultas in his operibus indolis prorsus generalis omnia et singula adamussim referre, quae ad historiam particularem societatum vel institutorum spectant. Neque aequum esse videtur in huiusmodi operibus res novas exigere; verumtamen conclusiones exhibere oportet secundum recentiores monographias, quod quidem A. minime praestitit. In bibliographia generali (p. 245-246) nullum opus affertur ad familias franciscales spectans. Narratio de primordiis depromitur ex L. PASTOR (cf. *Geschichte der Päpste*, t. II, 2, Freiburg i.Br., 1925), a quo etiam exscribuntur textus chronographorum Ordinis iam in collectione *Monumenta Historica Ordinis Minorum Capuccinorum* ab an. 1937 editi (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 115-118; 1946-47, t. XVI-XVII, p. 448). Ab anno autem 1925, quo laudatum opus prodiit, ad nostros usque dies multae dissertationes historicae de hoc negotio prodiere, quas viro erudito de his argumentis disserenti ignorare non decet. Cf. MELCHIOR A POBLA-

DURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*, pars I, Romae, 1947.

Praeterea A. laudabiliter agit de scientia ascetica et mystica apud Hispanos (p. 442-462), ubi multa de scriptoribus franciscanis leguntur; neque illi in vitium vertendum est quod omnia vel cetera dicere non voluerit; sed optandum esset ut saltem lectores ad recentiora opera remitteret, exclusis veteribus et obsoletis. De doctrina et influxu FRANCISCI DE OSUNA, O.F.M.OBS., multa scripsit FIDELIS A ROS, O.F. M.CAP. (cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 253-255); de ANTONIO A GUEVARA, O.F.M.OBS., multae dissertationes editae sunt an. 1946 (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 141* s.). P. MELCHIOR

908. — LUIGI TODESCO. *Storia della Chiesa.* T. V: *La Chiesa nei tempi moderni (1748-1920).* 4 ed. Torino, Ed. Marietti, 1947. In-8°, VI-676 p.

Notitiae franciscanae ex hoc volumine excerptae secundum alteram editionem recensitae sunt in *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 187, una cum amplo totius operis examine (p. 183-187). P. MELCHIOR

909. — MICHAEL SEIDLMAYER. *Das Mittelalter. Umrisse und Ergebnisse des Zeitalters. Unser Erbe.* Regensburg, Gregorius-Verlag vorm. Friedrich Pustet, 1948. In-8°, 108 p.

Eduntur quattuor praelectiones, quas A., prof. historiae in Universitate Herbipolensi, autumno an. 1947 habuit. Mediae aetatis notionem et indolem, motus politico-sociales et religioso-spirituales, virtutes et vitia A. erudite et argute adumbrat, non res singulas describens, sed potius principia et lineamenta maxime insignia ostendens et explicans, iuxta meliora de diversis argumentis recenter conscripta opera, quae in appendice critice recensentur. Hic brevis conspectus, a viro de cultura christiana Occidentis anxio et sollicito dilucide exaratus, pro sententiarum densitate et subtilitate satis utilis est ad historiam franciscanam illius aetatis in definito ambitu historico ponendam et recognoscendam. De momento S. FRANCISCI ASSISIENSIS eiusque fundationis in historia mediae aetatis A. quidem omnino silet, solum de parte negativa vel damnosa, quam voluntarismus SCOTI et nominalismus GULIELMI DE OCKHAM habuisse dicuntur, obiter agitur, dum magna vis et momentum positivum motus franciscani omnino praetermittitur. De hoc argumento etiam in huiusmodi brevi conspectu aliquot verba fieri debuerunt. P. BONAVENTURA

910. — GEORG SCHREIBER. *Gemeinschaften des Mittelalters. Recht und Verfassung. Kult und Frömmigkeit.* (G. SCHREIBER, Gesammelte Abhandlungen. Band I). Münster i.W., Regensberg, 1948. In-8°, XV-488 p.

911. — IDEM. *Vorfranziskanisches Genossenschaftswesen. Baurisse und Forschungsaufgaben. Byzantinische Beziehungen*, in *Zeitschr. f. Kirchengesch.*, 1943-44, t. LXII, p. 35-71.

Primum opus, quod est collectio dissertationum iam antea in variis periodicis commentariis in Germania editarum, nunc quidem ex parte auctarum, hoc loco afferimus, quia, praeter paucas alias notitias, p. 397-436 continet dissertationem hic sub n. 911 adductam de

societatibus et associationibus monasticis ante S. FRANCISCUM ASSISIENSEM. Itaque non immediate de historia Ordinis franciscalis A. tractare intendit, sed consilia et instrumenta utilia conferre, ut motus franciscani fontes et nexus historici cum prioris aetatis monasticis institutis accuratius pervestigentur. Quas quidem de hoc argumento iam attulit notitias AEMYGDIUS AB ASCOLI, O.F.M.CAP., in dissertatione *La vita spirituale anteriore a S. Francesco di Assisi*, in *Collect. Franc.*, 1932, t. II, p. 5-34, 153-178, A. nondum novisse videtur.

P. BONAVENTURA

912. — LUCHESIUS SPÄTLING, O.F.M. *De Apostolicis, Pseudoapostolis, Apostolinis. Dissertatio ad diversos vitae apostolicae conceptus saeculorum decursu elucidandos.* (Pontificium Athenaeum Antonianum. Facultas Theologica. Theses ad lauream, n. 35). Monachii, 1947. In-8°, XII-222 p.

Laudabili sane proposito A. hac optime disposita dissertatione critice ex historicis fontibus hausit atque ex variis operibus collegit ea omnia quae pertinent ad earum illustrationem turmarum — vel institutorum — quae tum in haereticali condicione Ecclesiae catholicae opposita, tum secundum orthodoxam formam, a saec. IV usque ad medium saec. XVII vitam sic dictam apostolicam imitatae sunt vel ab aliis tamquam Apostolorum sectatores nominatae sunt. Plurimi enim inveniuntur coetus qui in historiae ecclesiasticae evolutione Apostolici viri vel Apostoli similiterve designantur. Ad perturbationem tollendam circa hoc argumentum, quod magni momenti est in historia tum haereticarum sectarum tum catholici ascetismi, A. recta methodo analyticum omnium factorum examen instituit; ex eiusdem conclusionibus fas erit historiae ecclesiasticae et socialis cultoribus certam sibi notitiam generalem de hac forma vitae apostolicae, quae diversimode procedente tempore instituta est, comparare. Antea enim praesertim haeresiologi de falsis motibus apostolicis maxime media aetate pullulantibus sine debitis distinctionibus loqui solebant. A. insuper recta exponendi ratione hanc apostolicam professionem examinat prout ipsa in sinu Ecclesiae a religiosis viris vel coetibus renovatur et simul prout contra ecclesiasticam auctoritatem haeretici proprio marte et more eandem interpretari et peragere temptabant. Homines enim Ecclesiae infesti nihil novi inter christianas observantias inducunt, sed potius paupertatis, castimoniae et praedicationis apostolicae consuetudinem quae hac vel illac semper revixit, acerbo animo variisque erroribus pessumdant.

Protracta nimis evaderet expositio omnium eventuum quos A. accurate perpendit. Significandum est autem ipsum perspicere tantum illos religiosos motus qui uti Apostolici, Pseudoapostolici vel Apostolini distincta denominatione indicantur; alios vero qui cum supradictis hoc nomen commune non habent, quamvis reapse vitam evangelicam sibi proponant similesque mores sequantur, paucis verbis absolvit. Haec stricta interpretatio necessaria est ad phaenomena haereticalia clare distinguenda; sed ad sententiam auctoris temperandam, quod scilicet saeculo XI cogitatio de vita apostolica et evangelica nondum eminuit (p. 51) possumus illud exemplum adducere cuiusdam haeretici Gundulfi sociorumque eius ex Italia oriundorum, qui in synodo Atrebatensi an. 1025 damnati sunt utpote « qui quandam novae haereseos sectam introducentes, evangelicae atque apostolicae sanctionis disciplinam pervertere tentabant »; ipsi enim adfirmant se « evangelicis mandatis et apostolicis informatos » esse, « nullamque praeter hanc scripturam se

recipere, sed hanc verbo et opere tenere » (*P.L.*, t. 142, col. 1271). Nequit insuper adfirmari quod decurrente saec. XI omne vestigium speculationis dualisticae deest, cum valde probabilius videatur varias exstitisse sectas quae illas dualismi mitigati seu monarchici formas doctrinales et morales professae sunt, quales a medietate saec. XII in claram lucem prodierunt (cf. Ilarino da Milano, O.F.M. Cap., *Le eresie popolari del secolo XI nell'Europa occidentale*, in *Studi Gregoriani*, ed. G.B. Borino, t. II, p. 43-89, Roma, 1947). Quoad chronologiam Radulphi Ardentis, qui contra haereticos regionis Agennensis homiliam direxit, antiquam sententiam A. sequitur, secundum quam ille celeber predicator vertente saec. XI suam actuositatem antihaereticalem exercuit; sed altera opinio quae tenet ipsum vitam opusque egisse sequenti medio saec. XII magis congruit cum suis denuntiationibus de erroribus dualisticis neo-manichaeorum; hoc enim tempore doctrinae catharorum eorumque asseclarum magis manifestae erant.

Quod ad historiam franciscanam pertinet, hoc opus valde confert ad illustrandas opiniones et sententias de evangelica paupertate et apostolica actione quae vigebant illis temporibus quibus S. Franciscus vir totus apostolicus maximum atque in suis Ordinibus percrebescens exemplum praetulit de vera et catholica huiusmodi disciplina. Pseudoapostoli Gerardus Segarelli et Dulcinus a Novaria distinguendi sunt tum quoad nomen tum quoad doctrinam a franciscanis Spiritualibus et Fraticellis; quidam istorum asseclae profitebantur regulam Tertii Ordinis S. Francisci et vulgo Beguini et Beguinae nominabantur; propter has appellationes fratres et sorores Tertii Ordinis S. Francisci saec. XIV ob suspicionem haeresis post condemnationem Beguinarum et Fraticellorum plurimis affecti sunt molestiis. A saec. XIII vergente Fratres Tertii Ordinis regularis tamquam Apostoli vel Fratres Apostoli aliquando et in aliquibus locis dumtaxat apparent. Saec. XIV et XV inveniuntur etiam Fraticelli catholici seu Pauperes Apostoli et Clareni orthodoxi, quorum nomina tantum praecedentes dissensiones in Ordine franciscano in memoriam redigunt. P. Hilarinus a Milano

913. — Alcantara Mens [van Herselt], O.F.M.Cap., *Innerlijke drijfveeren en herkomst der kettersche bewegingen in de Middeleeuwen. Religieus ofwel sociaal oogmerk?*, in *Miscellanea historica in honorem Leonis van der Essen*, p. 299-313, Bruxelles-Paris, 1947.

Causae internae motuum haereticorum aetatis mediae fueruntne religiosae an oeconomico-sociales? A. tenet causas primarias motuum haereticorum saec. XI et XII certe fuisse indolis religiosae. Condiciones autem oeconomico-sociales et imprimis rationes politicae ad celerem sectarum propagationem multum contulerunt: saec. XIII magnas vel primas partes agere incipiunt, saec. autem XIV omnino plurimum valuisse videntur. Motus quidem haeretici ex Oriente influxerunt, novis condicionibus oeconomico-socialibus, praesertim in negotio linteario, incrementum ceperunt (ita quidem, ut non textores fierent haeretici, sed haeretici, exemplum S. Pauli sectantes, artem textrinam exercerent), minus apud infimam plebem quam potius apud nobiles et clericos praecipua praesidia habuerunt, partes politicas susceperunt imprimis impulsu nobilium in Provincia et Occitania contra dominos ecclesiasticos agentium. Studium perfectionis evangelicae paupertate et poenitentia adipiscendae, in Occidente imprimis reformatione Gregorii VII excitatum et auctum, deinde impellentibus viribus orientalibus modum excedens, huiusmodi motus, initio orthodoxos, in haereticam pravitatem detulit. P. Bonaventura

914. — Anicetus Chiappini - Julianus Palazzolo - Hyacinthus Marinangeli, O.F.M. *Annales Minorum seu trium Ordinum a S. Francisco institutorum*, editi iussu Pacifici M. Perantoni, O.F.M., Ministri generalis. Tomus XXIX. *1641-1650*. Ad Claras Aquas (Quaracchi), Collegium S. Bonaventurae, 1948. In-4°, XXV-704 p.

Recensio et animadversiones inveniuntur in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 337-339.

915. — Gratien de Paris, O.F.M.Cap. *Historia de la fundación y evolución de la Orden de Frailes Menores en el siglo XIII.* Trad. del P. Victoriano M. de Larráinzar, O.F.M.Cap. (Colección Thau). Buenos Aires, Ediciones Desclée, De Brouwer, 1947. In-8°, 624 p.

Recensio huius operis legitur in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 401.

916. — H. Holzapfel, O.F.M. *The History of the Franciscan Order.* Trans. from the German by Antonine Tibesar, O.F.M. and Gervase Brinkmann, O.F.M. Teutopolis, St. Joseph Seminary, 1948. In-8°, XIV-608 p.

917. — Harold Goad. *Greyfriars. The story of St. Francis and his followers. Illustrated by old engravings.* London, John Westhouse, 1947. In-8°, 238 p.

Praemisso tractatu de vita et transitu S. Francisci Assisiensis (p. 1-54) deque Ordinis ab eo conditi vicissitudinibus postquam ipse animam efflavit (p. 55-75), A. explicat vim quam Ordo franciscalis per saecula exercuit in quolibet operositatis genere, disserens de praedicatione Fratrum Minorum in linguis vulgaribus seu vernaculis (p. 76-92), de paupertate prout a S. Francisco eiusque filiis adamata et in praxin deducta est (p. 93-118); de dissidiis Ordinis internis rerumque politicis adiunctis, quae saepe pacem et concordiam turbabant civitatum Italiae saec. XIII-XIV (p. 120-135); de cultu musicae et poeseos (p. 137-165); de sacris ludis seu de dramaturgia mystica Fratrum Minorum et arte pictoria sive ab ipsis exculta vel inspirata (p. 166-184); de scientia (p. 185-216); demum de qualitatibus spiritus franciscani (p. 217-234). Cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 297-299.

P. Melchior

918. — Agostino Gemelli, O.F.M. *Il Francescanesimo.* Sesta edizione riveduta e aumentata. Milano, Soc. Ed. « Vita e Pensiero », 1947. In-8°, XXIII-547 p.

De natura ac momento huius operis saepe actum est in *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 105-108; 1936, t. VI, p. 159; 1941, t. XI, p. 496-499, 675. De hac nova editione nihil dicere possumus, cum exemplar eiusdem ad nos transmissum non sit.

919. — *L'expérience communautaire de S. François (Textes)*, in *Regards sur la Communauté* (Lumières d'Assise, n. 4), p. 35-42, Paris, 1947.

Post parvulam introductionem, A. textus edit in quibus Thomas a Celano, O.Min., primam S. Francisci familiam depingit.

P. Julianus Eymard

920. — Sévérin Deshaies, O.F.M., *Les Spirituels*, in *Studium* (Montréal), 1947, t. II, p. 21-28.

921. — LEONARDO M. ANASTASI, O.F.M. *Catechismo della Regola francescana. Esposizione dottrinale ed insegnamenti spirituali del Serafico P. S. Francesco per la gioventù serafica.* S. Maria degli Angeli (Assisi), Tip. Porziuncola, 1947. In-16°, 303 p.

Hic liber manualis quattuor complectitur partes, quarum prima agit de notione vitae religiosae in genere; altera exhibet commentariolum in duodecim capitula Regulae seraphicae; tertia recenset praecepta ipsius Regulae; quarta denique obiter attingit spiritualitatem franciscanam. P. MELCHIOR

922. — VINCENZO DA MAGREDIS, O.F.M.CAP. *Gli ausiliari del sacerdote. I fratelli laici.* Verona, « Il Rosetto Serafico », 1947. In-8°, 20 p.

A. laudes profert de statu laicali in Ordinibus religiosis ut in iuvenibus vocationes excitare atque alere valeat. P. MELCHIOR

923. — *Follow Francis. Thoughts on the Franciscan Brotherhood.* Cincinnati, The Seraphic Society for Vocations, 1948. In-8°, 24 p. cum ill.

Ostenditur praestantia status fratrum laicorum in Ordine S. FRANCISCI, cuius natura in his verbis *Ora et Labora* expressa invenitur. Opusculum pulchre editum efficaciter conferre potest ad huiusmodi vocationes religiosas fovendas et excolendas. P. MELCHIOR

924. — Z. DE VIZCARRA, *Los Religiosos y la Acción Católica,* in *Rev. Españ. de Derecho Can.,* 1948, t. III, p. 499-576.

Occasionem nactus explanandi normas a S. Congregatione Religiosorum traditas die 2 febr. an. 1947 de actione catholica fovenda atque promovenda, A. recenset omnia fere documenta quae S. Sedes hactenus promulgavit de eodem argumento ut religiosos sodales excitet ad hanc apostolatus formam amplectendam. P. MELCHIOR

925. — GERARDUS OESTERLE, O.S.B., *De Concilio Tridentino reformatore Ordinum,* in *Ephem. Jur. Can.,* 1947, t. III, p. 67-86.

Reformatio Ordinum tum monasticorum tum mendicantium iam ante Concilium Tridentinum incepit; nam ex tempore Concilii Constantiensis non defuerunt qui novationem Ordinum expostularent. Exortae sunt plures Congregationes quae observantiam strictiorem introduxerunt. A. Congregationes Benedictinas saeculi XV nominat (p. 70 s.) et reformationis studium in Ordinibus Mendicantium describit (p. 73 s.). Non tacet A. de nefasto influxu ipsius Curiae Romanae, quae aut singulis regularibus aut provinciis dispensationes, privilegia, licentia (v. gr. *Mare Magnum* SIXTI IV) ad detrimentum observantiae concessit. Romani Pontifices sic dictae Renascentiae atque Concilium Lateranense V sub LEONE X calamitatibus obsistere non valebant. Deo favente, alii viri probati, uti CAIETANUS, O.P., AEGIDIUS VITERBIENSIS, O.E.S.A., et fundatores Ordinum Theatinorum, Barnabitarum, Capuccinorum et Societatis Jesu manus moverunt. Brevibus denique verbis historia immediata decreti Synodi Tridentinae de regularibus et monialibus adumbratur, adhibito praeprimis arti-

culo praeclaro H. JEDIN, *Zur Vorgeschichte der Regularenreform, Trid. Sess. XXV*, in *Röm. Quartalschr.*, 1936, t. XLIV, p. 231-281. Schema de Reformatione Ordinum die 20 nov. 1563 Concilio propositum fuit; discussio facta est 23-27 nov. Tandem in ultima sessione, coepta 3 dec. et absoluta 4 dec. 1563, viginti duo capita de regularibus et monialibus statuta fuerunt. P. LAURENTIUS

926. — JOSEPH SIRNA, O.F.M.CONV., *De chorali Officio Divino*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 74-84.

Practicae solutiones proponuntur casuum, qui in divinis laudibus persolvendis contingere queunt, tum quoad obligationem ipsam « choralem », tum quoad personas quibus ipsa obligatio incumbit, tum quoad tempus et locum Officium Divinum recitandi.

P. MELCHIOR

927. — DOMENICO SULIS, O.F.M. *L'ufficio corale*. Cagliari, Tipografia Conv. S. Mauro, 1948. In-8°, 20 p.

Ad sodalium religiosorum pietatem fovendam A. in hoc opusculo obiter agit de obligatione et modo Officium Divinum in choro recitandi, additis consiliis ut tum recitatio ipsa tum cantus devote et eleganter fiant. P. MELCHIOR

928. — ROGER SAINT-ARNAUD, O.F.M., *Le bréviaire des Frères Mineurs du XIIIème siècle et l'Office actuel*, in *Studium* (Montréal), 1948, t. II, p. 254-264.

Obiter disseritur de indole breviarii Curiae Romanae tempore S. FRANCISCI ASSISIENSIS deque eius adaptatione ad vitam franciscanam; pariter agitur de reformationibus factis a S. PIO V et a B. PIO X. Cf. *Culture*, 1948, t. IX, p. 94*. P. MELCHIOR

929. — AURELIAN VAN DIJK, O.F.M. *The Litany of Saints in the breviary of the Roman Curia and the Friars Minor before Haymo of Faversham*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 426-438.

A. qui fuso calamo de indole reformationis liturgicae ab HAYMONE DE FAVERSHAM, O.MIN. († 1244), inductae disseruerat (cf. *Il carattere della correzione liturgica di Fra Aimone da Faversham (1243 1244)*, in *Ephem. Liturg.*, 1945, t. LIX, p. 177-223; 1946, t. LX, p. 309-367), nunc textum exhibet litaniarum Sanctorum, prout hic erat in usu ante dictam liturgicam reformationem tum in breviariis Curiae Romanae, tum in his quae ad usum Fratrum Minorum exarabantur. Breviaria franciscana, e quibus lectiones variantes desumuntur, adservantur manuscripta: Assisii, *Bibl. Comun. cod. 693* et *694*; Monachii, *Bibl. Conv. O.F.M. S. Annae*; Neapoli, *Bibl. Nat., VI.E.20*; Oxonii, *Bibl. Bodleian, Canon. liturg. 171* (*Sum. Cat. 19301*); Romae, *Bibl. Casanatense, cod. 250*. P. MELCHIOR

930. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *The devotion to the Holy Name of Jesus and superstition*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 79-81.

Quum saec. XV superstitio maxime nomine Jesu et signo crucis abuteretur, facile intelligitur quot difficultates fautores sincerae devo-

tionis erga sanctissimum Nomen Jesu, duce S. BERNARDINO SENENSI, superare debuerint antequam an. 1426 in Ecclesia definite introduceretur. P. MELCHIOR

931. — FIDEL DE LEJARZA, O.F.M., *La tradición pilarista en la Orden franciscana*, in *Doce de Octubre*, n. 6, 1947, p. 12-27.

Magna veneratione apud populos hispanos colitur Beata Virgo Maria sub titulo de Columna (vulgo *El Pilar*); nunc autem A. testimonia collegit, quibus sodales Ordinis franciscalis, labentibus annis, hanc promoverunt devotionem vel historicitatem apparitionis Virginis Matris Caesaraugustae vindicarunt. In primis obiter fundationem provinciae franciscanae Aragoniae an. 1219 commemorat, deinde autem scriptores omnes recenset qui suis in scriptis hoc argumentum aliquo saltem modo exposuere; inter omnes autem excellit DIDACUS MURILLO, O.F.M.OBS., qui omnium primus directe et fuso calamo illud pertractavit in opere *Fundación milagrosa de la Capilla angélica y apostólica de la Madre de Dios del Pilar*, Barcelona, 1626. A. scienter omisit quidquid de hac re scripserunt Fratres Min. Conventuales et Capuccini. P. MELCHIOR

932. — MARION A. HABIG, O.F.M. *As the Morning Star*. New York, The Declan X.Mc. Mullen Co. - St. Bonaventure, N.Y., Franciscan Institute, 1947. In-8°, 218 p.

Non agitur in hoc opere de biographia stricte dicta S. FRANCISCI ASSISIENSIS; sed in eo aliqua capita explanantur ex ultimis annis vitae suae selecta ad ideam christianam mortis proponendam et inter homines divulgandam. Cf. *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 88-89.
P. MELCHIOR

933. — LUC LAURENT, O.F.M., *Humanisme et franciscanisme. Le problème de l'humanisme chrétien*, in *Message Franciscain*, 1947, t. II, p. 44-48.

S. FRANCISCUS apud posteros maximam auctoritatem habuit, quia videtur omnes praerogativas recuperasse quas habebat homo priusquam peccasset, ita ut nobis dubitationem hanc eximere possit, quam humanismus christianus invexit. Cuius humanismi scopus est hominis inclinationes naturales explere omnibus in disciplinis, dum e contrario peccatum naturam humanam ita vitiavit, ut praedictae naturales inclinationes videantur non perficiendae sed pugnandae esse. De hac quaestione A. longe lateque disserit, sed non concludit neque affert quod promiserat. Potuisset saltem dicere christianae abnegationis obiectum non ipsas humanas facultates, sed ipsarum depravationem esse: via quam Christus eiusque verus discipulus S. FRANCISCUS secuti sunt, est via et paenitentiae et libertatis, secundum illud: «Veritas liberabit vos »; S. Paulus igitur affirmare potuit (*I Cor.*, III, 23): «Omnia... vestra sunt; vos autem Christi, Christus autem Dei»: Omnia, id est, et omnes humanae disciplinae et speciatim humaniores litterae. P. JULIANUS EYMARD

934. — WILLIBRORD DE PARIS, O.F.M.CAP., *La prédication franciscaine*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1948, t. XIX, p. 39-42, 85-89, 118-122.

Principia quaedam generalia de natura praedicationis franciscanae vulgantur ad utilitatem praesertim sacerdotum sodalium Tertii Ordinis franciscalis. P. MELCHIOR

935. — L. STINGLHAMBER, S.J., *Prédicateurs au Moyen âge*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1947, t. LXIX, p. 651-664.

In hoc generali conspectu de praedicatoribus gallicis tempore medii aevi A. conatur indolem generalem praedicationis ecclesiasticae significare. Secundum A. haud facilis res est characterem praedicationis, prout saec. XII erat in usu, determinare quia verae et propriae conciones adservatae non sunt; verumtamen ex fragmentis notis ipsemet testatur concionatores methodum homileticam SS. Patrum secutos esse. Deinde autem ineunte saec. XIII praedicatio «popularis» vulgatur, agentibus praesertim Fratribus Praedicatoribus et Minoribus, quorum conciones «exemplis» sunt refertae et morum descriptionibus abundant. Inter eximios oratores sacros saec. XV et XVI memorantur OLIVERIUS MAILLARD, O.F.M.OBS. († 1502) et MICHAEL MENOT, O.F.M.CONV. († 1518). Insuper A. obiter memorat concionatores qui illo tempore in ceteris nationibus lingua vernacula verbum Dei nuntiabant, atque singularem tribuit laudem B. RAYMUNDO LULL, T. O.F., FRANCISCO EIXIMENIS, O.MIN. In hac tamen dissertatione apta desideratur bibliographia. P. MELCHIOR

936. — ARNALDO FORTINI. *Quelli che vinceranno*. Foligno, Ed. Del Romano, 1946. In-8°, 266 p.

An. 1902 constituta est Assisii « Societas Internationalis Studiorum Franciscalium », fautore praesertim P. SABATIER, in qua viri docti ex qualibet gente et natione sociatam impendebant operam, ut vita et actio S. FRANCISCI ASSISIENSIS penitius cognoscerentur. Quam quidem studiorum societatem ab an. 1932 prudenter sapienterque moderatur A., rerum franciscalium inquisitor peritissimus; igitur quum in animo habeat lectoribus patefacere quidquid, labentibus annis, socii eius ac cooperatores, principiis ac doctrinis S. FRANCISCI imbuti, fecerint ad pacem inter cives et nationes fovendam, multas sparsas notitias et dissertationes colligit et commentariis auget. Porro in id potissimum tendit eius expositio, ut multis argumentis ostendat non gladio sed amore pacem esse firmandam inter homines huius aetatis, odio adeo divisos et separatos, illis scil. armis quibus S. FRANCISCUS eiusdemque asseclae vitam familiae et societatis ad Evangelii lumen instaurare peroptabant. Ad quod facilius et efficacius obtinendum A. propugnat ut constituatur Assisii *Opus Franciscanum internationale pro pace*, cuius statuta et forma seu structura quodammodo hic adumbrantur.

Utinam opus, quod magno cum animi oblectamento legitur, illos consequatur fructus pacis et concordiae, fraternitatis et amoris, quos A. ardenti animo propugnat et propagat! P. MELCHIOR

937. — DIOMEDE SCARAMUZZI, *Quelli che vinceranno*, in *Oss. Rom.*, 1947, 22 febbr., p. 2.

Breve commentarium in opus recensitum numero praecedenti.

938. — N. Bruni. *Le reliquie del beato Guido da Cortona, compagno di S. Francesco, al lume della leggenda e della scienza.* Cortona, Stab. Tip. Commerciale, 1947. In-12°, XII-115 p. cum ill.

Guidus Cortonae natus an. 1187, discipulus S. Francisci Assisiensis an. 1211 factus est; exinde totam fere vitam transegit in patrio coenobio *Le Celle,* quod ab an. 1537 incolunt Fr. Min. Capuccini; animam Deo reddidit die 12 iun. an. 1247 et in ecclesia cathedrali Cortonae sepelitur. An. 1946-1947 eius corpus secundum postulata recentioris scientiae medicae recognitum est. In praesenti opusculo summariae notitiae biographicae traduntur et fuso calamo recognitionis exitus exponuntur. Cf. *Misc. Franc.,* 1947, t. XLVII, p. 621.

P. Melchior

939. — Francesco Russo, M.S.C. *I Protomartiri Francescani.* (Via Luminosa, 15). Padova, Il Messaggero di S. Antonio, 1948. In-8°, 31 p.

Animadvertendum est hic non esse sermonem de protomartyribus franciscanis an. 1220 in Marochio occisis, de quibus S. Franciscus gloriabatur, sed de septem aliis martyribus qui an. 1227 Septae (Ceuta) sanguinem pro Christo profunderunt. Itaque titulus operis veritati conformis non apparet. Hi septem martyres an. 1516 in albo sanctorum relati sunt, eorumque breves notitias biographicas A. collegit atque descripsit. Cf. *Misc. Franc.,* 1950, t. L, p. 359-360.

P. Melchior

940. — *Martyrologium Romanum Gregorii Papae XIII jussu editum, Urbani VIII et Clementis X auctoritate recognitum ac deinde anno MDCCXLIX Benedicti XIV opera ac studio emendatum et auctum.* Tertia post typicam editio iuxta primam a typica editionem anno MDCCCCXXII a Benedicto XV approbatam, propriis recentium sanctorum officiorumque elogiis expleta, Sacrae Rituum Congregationis curis impressa. (Civitas Vaticana), Typis Polyglottis Vaticanis, 1948. In-8°, CXXIII-535 p.

De hac nova editione cf. criticam recensionem scriptam a F. Combaluzier in *Rev. Hist. Eccl.,* 1949, t. XLIV, p. 254-262, ubi etiam studia Paschalis Brugnani, O.F.M. (1869-1936), et Bernardini a Palmas Arborea, O.F.M.Cap. (1860-1925), ad parandam editionem *Martyrologii Romani* scientiae nostrae aetatis magis consonam commemorantur.

P. Bonaventura

941. — *Vies des saints et des bienheureux selon l'ordre du calendrier avec l'historique des fêtes,* par les RR.PP. Bénédictins de Paris. Tom. IV: *Avril.* Tom. V: *Mai.* Tom. VI: *Juin.* Paris, Letouzey et Ané, 1946, 1947, 1948. In-8°, 792, 640, 548 p.

942. — Stéphan - J. Piat, O.F.M. *Saints d'hier et d'aujourd'hui.* Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 159 p.

Inter sanctos viros vel mulieres in hoc opere descriptos inveniuntur S. Coleta de Corbie, S. Antonius Patavinus, Andreas Bauer, laicus O.F.M., qui cum septem Sororibus Franciscalibus Missionariis a Maria, pariter in hoc libro descriptis, an. 1900 in Sinis in odium

fidei necatus est et nuperrime inter Beatos relatus est. Descriptiones, quas ipsi videre non potuimus, ab aliis censoribus satis laudatas invenimus.
P. BONAVENTURA

943. — *Met de Heiligen het jaar rond.* Eeen boek van vele schrijvers geredigeerd door Dom J. HUYBEN, O.S.B., Dom H.J. SCHEERMAN, O.S.B., ANTOON COOLEN, ANTON VAN DUINKERKEN. Deel I: *Januari, Februari, Maart.* Bussum, Uitg. Paul Brand - Hasselt, Heideland, 1948. In-8°, 440 p.

Ad vitas Sanctorum vel Beatorum vel Dei Servorum in hoc primo volumine occurrentium conscribendas octo Fratres Minores et tres Capuccini adlaboraverunt. Descriptae autem sunt vitae B. ANGELAE DE FOLIGNO (4 ian.), S. MARGARITAE DE CORTONA (22 febr.), S.D. MARGARITAE SINCLAIR (29 febr.), S. COLETAE DE CORBIE (5 mart.) et S. JOANNIS DE CAPESTRANO (28 mart.).
P. BONAVENTURA

944. — K. RADONSKI. (*Sancti et Beati Ecclesiae Catholicae. Encyclopaedia hagiographica*) (lingua polonica). Varsaviae-Posnaniae-Lublini, Edit. Albertinum, 1947. In-8°, 528 p.

944[a]. — GILBERT NAGYMÁNYOKY, O.F.M. *Krízovou cestou apostolov hrdinovia fratiskanskych misií.* Prelozili P. Dr. JUSTINIÁN KATONA, O.F.M., a P. METOD LUCKY, O.F.H. Prešov, Nakladom Serafinskeho sveta, 1948. In-16°, 212 p. cum ill.

Vitae virtutesque virorum illustrium Ordinis franciscani lingua slovacha describuntur.

945. — WILHELM SCHAMONI. *The face of the saints.* Transl. by ANNE FREMANTLE. New York, Pantheon Books, 1947. In-8°, 13-279 p.

946. — IDEM. *The face of the saints.* Transl. by ANNE FREMANTLE. London, Sheed & Ward, 1948. In-8°, 13-279 p. cum plur. ill.

Sancti trium Ordinum S. FRANCISCI in prima editione germanica huius operis enumerati sunt in hac *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), n. 1840. In his editionibus americana et anglica, quae inter se nihil differunt, interpres ANNA FREMANTLE aliquos Sanctos Europae omisit eorumque loco exhibuit Sanctos qui in America vixerunt, inter quos S. FRANCISCUM SOLANUM, O.F.M.OBS., et S. FRANCISCAM CABRINI, T.O.S. De recentiore (tertia) editione germanica (1950) cf. criticam recensionem in *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 221-224. P. BONAVENTURA

947. — PIERO CHIMINELLI. *San Gaetano Thiene, cuore della Riforma Cattolica.* Vicenza, Soc. An. Cattolici Vicentini, 1948. In-8°, XV-1063 p. cum ill.

De hoc opere, quod multum confert ad ambitum etiam historiae franciscanae in prima periodo reformationis catholicae saec. XVI recte describendum, cf. recensionem in *Misc. Franc.*, 1950, t. L, p. 170-171.
P. BONAVENTURA

947[a]. — GABRIEL SCHMIDT, O.F.M. *Christliche Motive. Ich sammle Briefmarken und zwar richtig.* (Coll.: Ich sammle Briefmarken, und zwar richtig. Band 2). Reutlingen, Verlag E. Müller, 1948. In-8°, 90 p.

947b. — GABRIEL SCHMIDT, O.F.M. *St. Gabriel. Das Christliche Markenbild.* Köln, Gustav Göller Verlag, 1948. In-12°, 144 p.

Promoventibus CLEMENTE ANHEUSER, O.F.M., et G. SCHMIDT, O.F.M., an. 1930 in Germania instituta est «Sodalitas Philatelica S. Gabrielis» («Briefmarken-Sammlergilde St. Gabriel»), cuius socii pittacia cursualia indolis christianae colligere student et ex huiusmodi studio cultus et historiae christianae mentis animique informationem et recreationem haurire sibi proponunt. Ad hoc studium promovendum G. SCHMIDT haec duo opuscula edidit, in quo pittacia cursualia describuntur, quae argumenta ad doctrinam, historiam, loca, viros illustres religionis christianae pertinentia exhibent. Plura quoque inveniuntur argumenta franciscana, quae singillatim hic enumerare longum est. Sufficiat hoc loco significare, quod nova ars vel disciplina philateliae ex historia Ordinis franciscani non pauca argumenta et ex eiusdem sodalium opera non pauca incrementa cepit. P. BONAVENTURA

2. - *De Ordine Fratrum Minorum (O.F.M.) familiisque anno 1897 in eo adunatis*

948. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae Rev.mi P. Min. Generalis quinquagesimo anno recurrente a Const. « Felicitate quadam » promulgata*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 7-13.

Die 7 oct. an. 1897 LEO XIII Const. Apost. *Felicitate quadam* diversas familias franciscales, scil. Observantium, Reformatorum, Excalceatorum seu Alcantarinorum, et Recollectorum inter se coadunavit, ita ut, exstinctis his nominibus, exinde omnes appellarentur Fratres Minores, qui ab uno regerentur, eisdem parerent legibus, eademque administratione uterentur (cf. *Acta Ord. Min.*, 1897, t. XVI, p. 164-168; *Anal. Min. Cap.*, 1897, t. XIII, p. 321-326). Hodiernus Minister generalis O.F.M., occasionem nactus quinquagesimi anniversarii a promulgatione illius Constitutionis Apostolicae, his litteris encyclicis sibi proposuit rationem unitatis inter suos subditos excitare, ut viribus unitis efficacius exsequi possint finem eorum institutionis. P. MELCHIOR

949. — *Novus totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis a Summo Pontifice constituitur*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 8-9.

Decreto S. Congregationis de Religiosis die 13 ian. an. 1947 dato Minister generalis Fratrum Minorum constitutus est PACIFICUS MARIA PERANTONI, provinciae Venetae alumnus; una cum textu huius decreti vulgantur hic caeremoniae quibus laudatus Pater suum munus sumpsit die 18 ian. eiusdem anni. P. MELCHIOR

950. — *Generalis conspectus trium Ordinum S. P. N. Francisci, die 4 Octobris 1946*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 24-25.

951. — *Generalis conspectus trium Ordinum S. P. N. Francisci, die 4 octobris 1947*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 28-29.

Generalis conspectus Ordinis Fr. Minorum necnon II et III Ordinum in eorum oboedientia viventium die 4 octobris 1946 : 1947 fuit ut sequitur:

Sacerdotes	13.669	:	14.069
Clerici professi	3.505	:	3.304
Clerici novitii	716	:	758
Laici professi	5.010	:	5.026
Laici novitii	213	:	227
Tertiarii seu Oblati	1.162	:	1.209
Numerus totalis religiosorum	24.407	:	24.593
Alumni collegiorum seraphicorum	6.736	:	7.303
Provinciae vel commissariatus	90	:	90
Domus religiosae	2.258	:	2.274
II Ordinis domus	568	:	598
II Ordinis sodales	12.325	:	12.436
III Ordinis Regularis virorum domus	127	:	33
III Ordinis Regularis virorum sodales	1.317	:	315
III Ordinis Regularis mulierum domus	6.560	:	5.867
III Ordinis Regularis mulierum sodales	80.127	:	63.776
III Ordinis Saecularis congregationes	13.967	:	12.953
III Ordinis Saecularis sodales	1.542.649	:	1.428.037

P. Bonaventura

952. — Benedetto Innocenti, O.F.M., *Una solenne Accademia tenuta al Monte alle Croci di Firenze il 2 maggio 1879 in onore del P. Bernardino da Portogruaro, Ministro Generale dei Frati Minori*, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 126-134.

Dum Bernardinus a Portogruaro de instauratione collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas ageret, ei contingebat Florentiam divertere et libenter coenobium O.F.M.Florentinum vulgo *Monte alle Croci* invisebat; anno autem 1879 iuvenes studentes in eiusdem honorem publice defenderunt theses philosophicas ad mentem S. Bonaventurae, quorum argumentum versabatur circa mundi creationem.

P. Melchior

953. — Pacificus M. Perantoni, O.F.M., *Litterae encyclicae de obitu Rev.mi P. Bonaventurae Marrani, ex-Ministri Generalis*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 85-87.

954. — *Rev.mo Padre Bonaventura Marrani CIX Ministro Generale O.F.M. In memoriam.* Assisi, Santa Maria degli Angeli, 1948. In-4°, 71 p. cum ill.

Bonaventura Marrani, O.F.M., primam lucem adspexit die 2 maii an. 1865, atque animam Deo reddidit die 14 martii an. 1947, postquam varia munia in Ordine Fratrum Minorum obiverat, exstitit enim Procurator generalis (1903-1911) et Minister generalis (1927-1933).

P. Melchior

955. — Pacificus M. Perantoni, O.F.M., *Litterae encyclicae de obitu Em.mi Card. Caroli Salotti, Protectoris Ordinis*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 189-190.

Die 26 nov. an. 1947 Minister generalis O.F.M. suis subditis obitum nuntiavit Card. CAROLI SALOTTI, qui die 24 oct. eiusdem anni debitum mortalitatis persolverat, breviter disserens de Praesulis dotibus atque erga Ordinem S. Francisci amore. P. MELCHIOR

956. — *Protectoratus Ordinis [Fratrum Minorum] ab Em.mo Card. Clemente Micara solemniter initus*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 89-91.

957. — *Il cardinale Micara Protettore dei Frati Minori*, in *Oss. Rom.*, 1948, 9-10 febbr., p. 3.

Litteris Apostolicis die 10 nov. an. 1947 datis Card. CLEMENS MICARA deputatur Protector Ordinis Fratrum Minorum, atque die 8 febr. insequentis an. 1948 collati muneris possessione potitus est. In prima relatione etiam textus editur Brevis Apostolici nominationis atque oratio, quam Minister generalis recitavit, vulgatur. P. MELCHIOR

958. — *Inauguratio et benedictio novae Curiae Generalis, praesidente Em.mo Card. Protectore Clemente Micara*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 17-18.

959. — *La nuova sede della Curia dei Frati Minori*, in *Oss. Rom.*, 1947, 1-2 dic., p. 3.

Describuntur ritus benedictionis novae sedis Curiae generalis Ordinis Fratrum Minorum die 29 nov. an. 1947 factae Romae in Iasminorum Colle, Via Aurelia 139. P. MELCHIOR

960. — *Fratres Minores dignitate vel officio a S. Sede adaucti*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 54-61.

In hoc elencho omnes sodales religiosi Ordinis Fratrum Minorum significantur qui an. 1947 peculiari munere a S. Sede collato perfungebantur; adduntur summariae notitiae biographicae, tempus collationis dignitatis vel officii eiusdemque indoles seu natura.

P. MELCHIOR

961. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *De revisione nostrarum Constitutionum Generalium*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 49-50.

Hisce litteris circularibus Minister generalis O.F.M. nuntiat se consilium delectorum sodalium deputasse qui opportunam Constitutionum Ordinis recognitionem praepararent, simulque indicat rationem seu methodum adhibendam. P. MELCHIOR

962. — E. WAGNER, O.F.M. *Quaestiones iuridicae in Rituali Romano-Seraphico*, in *Antonianum*, 1948, t. XXIII, p. 381-384.

Ex *Ritualis Romani et Seraphici* (Romae, 1931) praescriptionibus, quae textum Constitutionum generalium O.F.M. mutant, supplent vel corrigunt, A. has duas quaestiones breviter pertractat, scil.: a) *de electione per compromissum*; b) *de confirmatione Ministri generalis neo-electi*, et exinde concludit quod ea quae in *Rituali Romano-Seraphico* de eisdem leguntur, nempe de electione per compromissum limitatum, deque confirmatione Ministri generalis per praesidem capituli faciendam, conservata esse uti « merum ornamentum, cum verba iuris rigore careant ». P. MELCHIOR

963. — HUGOLIN LIPPENS, O.F.M., *Deux épisodes du litige entre les Clarisses-Colettines et les Pères Observants au sujet de leurs privilèges respectifs (XVe et XVIe s.)*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 282-295.

Vi constitutionum an. 1434 promulgatarum sanctimoniales Coletinae, exclusis Fratribus Observantibus, curae spirituali Fratrum Coletanorum seu Conventualium Reformatorum committebantur; quae quidem sese gerendi ratio, procedente tempore, seminarium exstitit discordiarum inter Sorores Coletinas et Fratres Observantes, praesertim in Belgio, etiam postquam an. 1517 congregatio Fratrum Coletanorum abrogata est. A., multis innixus documentis, seriem controversiarum explicat, multas afferens notitias ad historiam congregationum reformatarum Ordinis franciscalis saec. XV spectantes necnon ad provinciarum divisionem in Gallia et Belgio post promulgationem bullae LEONIS X *Ite vos* (2 maii 1517). P. MELCHIOR

964. — ISIDORUS TRIENEKENS, O.F.M. *Promptuarium Seraphicum, continens preces, benedictiones, ritus in administrandis sacramentis aliaque plura ad usum quotidianum sacerdotum praesertim O.F.M.* 6 ed. Harlemi, 1948. In-24°, XII-322 p.

Ipso operis titulo satis clare innuitur argumentum expositum, quod reapse in quinque partes seu sectiones dispescitur, nimirum: *Devotionale*, continens preces varias selectas sive matutinas sive ante et post Missam recitandas, etc.; *Usuale*, orationes pro sacris functionibus et aliae quae in religiosis familiis adhiberi solent; *Rituale*, ritus et caeremoniae pro administrandis sacramentis; *Benedictionale*, absolutiones et benedictiones cum indulgentia plenaria et alia huiusmodi; *Missae votivae*, regulae et rubricae quibus illae celebrandae sunt.

P. MELCHIOR

965. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae* [*de genuina vita franciscali*], in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 118-140.

966. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M. *Das Leben der Minderbrüder.* Rundschreiben des Hochwürdigsten Generalministers der Franziskaner. Aus dem Lateinischen. Herausgegeben vom Provinzialat der Tiroler Franziskaner-Provinz. Innsbruck, 1948. In-24°, 72 p.

Ad imaginem atque formam Fratris Minoris delineandam, A. explicat quomodo praeprimis tum vita interior tum vita exterior spiritu Seraphici Patris FRANCISCI a cultoribus scientiae franciscanae interpretato imbuenda sit; deinde fusiore calamo ostendit quomodo ipse Frater Minor erga alios se gerere debeat in variis muniis obeundis sive in sacra praedicatione exercenda, sive in sacramentalibus confessionibus excipiendis, sive in infidelibus populis evangelizandis, sive in libris scribendis, sive in Tertio Ordine franciscali promovendo, sive demum in spirituali cura sanctimonialibus praestanda. In altera autem parte obiter agitur de summo munere quo Fratres Minores hisce procellosis temporibus perfungi debent, de impedimentis illud munus assequendi et de remediis adhibendis. P. MELCHIOR

967. — RICCARDO VARESCO, O.F.M. *I Frati Minori al Concilio di Trento. I. Gli Osservanti*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 88-160.

A. hunc finem in hac dissertatione sibi praestituit, nempe omnes familiarum franciscalium sodales recensere, qui Concilio Tridentino interfuerunt. In prima parte, quae nunc editur, referuntur nomina 57 Fratrum Observantium vel alumnorum congregationum reformatarum quae tunc temporis sub dependentia Ministri generalis O.F.M.Obs. vitam ducebant. In primis summariae notitiae biographicae praebentur; deinde autem uniuscuiusque acta et facta in eodem Concilio narrantur tum ex *Actis* Concilii tum ex peculiaribus elucubrationis excerpta.

Praemittitur catalogus fontium et bibliographiae, in quo prae ceteris desiderantur: BERNARDUS A BONONIA, O.F.M.CAP., *Bibliotheca scriptorum Ord. Fr. Min. Capuccinorum*, Venetiis, 1747; ILARINO DA MILANO, O.F.M.CAP., *I Frati Minori Cappuccini e il Concilio di Trento*, in *Italia Franc.*, 1944, t. XIX, p. 50-78, et in *Il contributo degli Ordini religiosi al Concilio di Trento*, p. 207-243, Firenze, 1945; F. SARRI, O.F.M., *I Frati Minori Osservanti al Concilio di Trento*, in *Il contributo, cit.*, p. 245-290 (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 341 s.).

Item bibliographia peculiaris est imperfecta. Multae dissertationes de ANDREA DE VEGA, O.F.M.OBS., afferuntur in hac *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 143*. De FRANCISCO ORANTE, al. HORANTIO, O.F.M.OBS., cf. A. LANZ, S.J., *La dottrina « De locis theologicis » di M. Baio, in una celebre controversia del secolo XVI*, in *Gregorianum*, 1941, t. XXII, p. 44-79, 467-496. P. MELCHIOR

968. — MARIE-CANTIUS MATURA, O.F.M., *Les Frères Mineurs au concile de Trente*, in *Studium* (Montréal), 1947, t. II, p. 11-20.

3. - *De Ordine Fratrum Minorum Conventualium (O. F. M. Conv.)*

969. — *Capitulum Generale* [*O.F.M.Conv.*] *diebus 12-19 Maii 1948 Romae celebratum*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 67-87.

Referuntur acta celebrationis huius Capituli, in quo ad supremam Ordinis dignitatem iterum evectus est BEDA M. HESS, cuius curriculum vitae pariter describitur; quod etiam fit de quinque eiusdem consiliariis neo-electis. P. MELCHIOR

970. — *Status Ordinis* [*Fratrum Minorum Conventualium*] *die 31 decembris 1946*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 131-133.

971. — *Status Ordinis nostri* [*Fratrum Minorum Conventualium*] *die 31 decembris 1947*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 44-46.

Status personalis et localis Ordinis Fratrum Min. Conventualium die 31 decembris 1946 : 1947 fuit ut sequitur:

	1946		1947
Sacerdotes	1.972	:	1.966
Clerici professi	536	:	525
Clerici novitii	145	:	141
Clerici probandi	980	:	1.168
Laici professi	639	:	654
Laici novitii	24	:	54
Laici postulantes	89	:	174
Provinciae, commissariatus, missiones	40	:	35
Domus religiosae	440	:	434

II Ordinis monasteria aggregata	46	:	46
III Ord. Reg. Sororum congregationes aggreg.	31	:	31
Archiconfr. Chordiger. S.P.N. Francisci sedes extra Ecclesias Ordinis	72	:	72
Piae Unionis *Militiae Mariae Immaculatae* sedes filiales	136	:	159

P. BONAVENTURA

972. — *Opus Franciscale Vocationum Ordinis F. M. Conv.*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 120-127.

Ad instar Pontificii Operis vocationum sacerdotalium a PIO XII an. 1943 instituti, Minister generalis O.F.M.Conv. simile opus constituit an. 1946 ad franciscales vocationes in suo Ordine, praesertim in Italia fovendas; cuius operis statuta a Definitorio generali probata nunc promulgantur et eduntur. P. MELCHIOR

973. — C.M. BILLY, O.F.M.CONV. *Investiture of the Friars Minor Conventual according to the Roman-Seraphic Ritual Ord. F. M. Conv.* Rensselaer, N.Y., St. Anthony-on-Hudson, Conventual Franciscans Publications, 1947. In-12°, 12 p.

974. — IDEM. *Profession of the Friars Minor Conventual.* Ibid., 1947. In-12°, 26 p.

975. — IDEM. *Benediction and departure ceremonies for Missionaries of the Order of Friars Minor Conventual.* Ibid., 1947. In-12°, 16 p.

Ex *Rituali Romano Seraphico* ad usum Fr. Min. Conventualium edito (Romae, 1942) excerpuntur et anglice vertuntur ritus et caeremoniae, quas ipsi adhibere solent in religiosa vestitione et professione, necnon quum sodales ad missiones inter infideles populos proficiscuntur. Cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 422. P. MELCHIOR

976. — M. C. BILLY, O.F.M.CONV. *The Friar's Manual O.F.M. Conv.*, 2 ed. Washington, Conventual Franciscans Publications, 1948. In-8°, 143 p.

977. — IDEM. *Seraphic liturgical Prayer.* Washington, Conventual Franciscans Publications, 1947. In-8°, 21 p.

978. — IDEM. *The Seraphic Holy Hour.* Washington, Conventual Franciscans Publications, 1948. In-16°, IV-20 p.

In utilitatem et commodum Fratrum Minorum Conventualium, praesertim iuniorum necnon alumnorum seminariorum seraphicorum A. in his opusculis collegit preces quas ipsi recitare solent, praestantiam Officii Divini et Missae conventualis exponit, et demum rationem explanat horam coram Sanctissimo Sacramento celebrandi in spiritu quo Seraphicus Pater FRANCISCUS flagrabat. P. MELCHIOR

979. — GIOVANNI ODOARDI, O.F.M.CONV. *Serie completa dei Padri e Teologi Francescani Minori Conventuali al Concilio di Trento.* Estr. de *Misc. Franc.*, vol. XLVII. Roma, Editrice « Miscellanea Francescana », 1947. In-8°, 93 p.

De actuosa operositate Fr. Min. Conventualium in Concilio Tridentino fuse egerat G.M. PALATUCCI, O.F.M.CONV., *I Frati Minori*

Conventuali nel Concilio di Trento, in *Il contributo degli Ordini religiosi al Concilio di Trento*, p. 97-132, Firenze, 1945. Pariter A. huius dissertationis suos sodales recensuerat qui oecumenico huic Concilio interfuerant: *I Francescani Minori Conventuali al Concilio di Trento*, in *Conc. Trento*, 1943, t. II, p. 298-311; nunc vero idem argumentum recognoscens ac tractationem perficiens integram seriem eorum exhibet, qui simul sumpti ad numerum 78 pertingunt, quos claritatis gratia secundum tres Concilii periodos distribuit. Annis 1545-1547 aderant 2 patres et 26 theologi O.F.M.Conv., inter quos eminent CORNELIUS MUSSO (1511-1574) et JOANNES ANTONIUS DELFINI (1507-1561); uterque in subsequentibus periodis opus prosecutus est. In altera Concilii periodo (1551-52) tantummodo interfuerunt 3 patres et 6 theologi; in tertia demum (1562-63) recensentur 4 patres et 24 theologi. Nomina hactenus recensita constant ex *Actis* Concilii; A. autem ex aliis fontibus addidit adhuc 3 patres et 23 theologos.

Debita laus tribuenda est Auctori ob hanc diligentem inquisitionem, in quam multas collegit notitias biographicas et bibliographicas et accurate actionem cuiuscumque sodalis in sessionibus conciliaribus perscrutatus est. Si opus est, argumenta fusiore quoque calamo prosequitur, v.gr. quum demonstrare contendit JOANNEM JUBÍ esse sodalem O.F.M.Conv., minime vero O.F.M.Obs. (p. 61-68); ad quam quidem conclusionem pervenit etiam J. MESEGUER FERNÁNDEZ, O.F.M., in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 539. Circa FRANCISCUM VISDOMINI seu VICEDOMINI (p. 16 s.) afferenda est dissertatio J. OLAZARÁN, S.J., *Una intervención tridentina atribuida al Menor Conventual Francisco Visdomini*, in *Estud. Ecl.*, 1944, t. XVIII, p. 307-330, in qua ex *cod. 614* Universitatis Gregorianae editur textus hactenus ignotus voti ab eodem theologo in sessione diei 27 iun. an. 1546 exhibiti de iustificatione. De BARTHOLOMAEO BAFFI A LUCIGNANO (p. 73-74), qui ex Fr. Min. Conventualibus ad Fr. Min. Capuccinos transiit, utiliter conferri potest biographia a BERNARDINO A COLPETRAZZO, O.F.M.CAP., exarata. Cf. *Monumenta Hist. O.F.M.Cap.*, t. III, p. 168-170, Assisi, 1950. P. MELCHIOR

980. — GIULIO MASIERO, O.F.M.CONV. *Conoscere la « Milizia di Maria Immacolata » (M.I.) (Storia - spirito - organizzazione)*. Padova, Basilica del Santo, 1946. In-8°, 130 p.

Pia Unio, quae canonice proprio nomine Militia Mariae Immaculatae appellatur, auctore MAXIMILIANO KOLBE, O.F.M.CONV. († 1941), constituta est Romae an. 1917 eum in finem ut quilibet socius seu miles suam proximique sanctificationem curaret, deinde peccatorum, haereticorum et schismaticorum conversio obtineretur, praesertim vero illorum qui francomurarii nuncupantur. Pia huiusmodi Unio canonice approbatur an. 1922 et serius PIUS XI Militiae Mariae Immaculatae sedem Romanam honorifico nomine sedis primariae decoravit. Die 12 mart. an. 1942 PIUS XII, vigesimo quinto anniversario a Militia condita volvente, litteris ad supremum Moderatorem O.F.M.Conv., paterne gratulabatur ob uberrimos collectos fructus. In altera opusculi parte A. agit de indole et fine huius Piae Unionis deque subsidiis, quibus suffulti milites socii ad illum assequendum totis viribus contendunt. In appendice autem vulgantur statuta propria, privilegia, et alia. P. MELCHIOR

981. — FELICE M. CASTAGNARO, O.F.M.CONV. *Itinerario Mariano. Codice spirituale dei « Cavalieri dell'Immacolata »*. Padova, Basilica del Santo, 1946. In-8°, 240 p.

Praesens opusculum, devotis Militiae Mariae Immaculatae militibus dicatum, iure codex spiritualis appellatur, nam regulam et normam vitae religiosae continet ab ipsis amplectendam et in quattuor partes divisam. In prima enim parte contemplamur Jesum Christum in nobis viventem nosque simul per gratiam in ipso viventes; in altera autem ostenditur B. Maria Virgo, quae item in nobis vivit nosque pariter in illa viventes; postea adumbratur Jesus in Maria vivens rursumque Maria vivens in Jesu, qui sane, videlicet Jesus et Maria, optimam formam interioris atque apostolicae vitae omnibus praebent; denique sermo est de Jesu et Maria in milite Immaculatae viventibus eumque ad heroicam interioris atque apostolicae vitae alacritatem, actionem et virtutem explicandam erigentibus.

Opusculum non solum Militiae Mariae Immaculatae militibus commendatur, sed cuilibet fideli clerico vel laico utile evadet ad pietatem praesenti aevo, per Mariam et in Mariam, excitandam et roborandam. P. Melchior

4. - *De Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum (O. F. M. Cap.)*

982. — Melchior a Pobladura, O.F.M.Cap. *Historia generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*. Pars I: *1525-1619*. (Bibliotheca Seraphico-Capuccina. Sectio Historica. Tom. VII). Romae, Institutum Historicum Ord. Fr. Min. Cap., 1947. In-8°, XV-392 p. cum plur. ill.

983. — Idem. *Historia generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*. Pars II: *1619-1761*. 2 voll. (Bibliotheca Seraphico-Capuccina. Sectio Historica. Tom. VIII-IX). Romae, Institutum Historicum Ord. Min. Cap., 1948. In-8°, XV-498 et XVI-527 p. cum plur. ill.

Ampla huius operis (n. 982-983) recensio legitur in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 316-321.

984. — Ludovico da Fossombrone, O.F.M.Cap., *I Cappuccini nella luce della storia*, in *Oss. Rom.*, 1947, 18-19 agosto, p. 4.

Animadversiones in methodum a nobis adhibitam in *Historia generali Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum* exaranda (cf. *supra*, n. 982-983). A. nimis aequo extollere videtur partes, quas in instaurando Ordine Fr. Min. Capuccinorum Ludovico a Fossombrone obveniunt; ceterum non constat quod Bernardinus Ochino titulum fundatoris sibi adiudicaverit; rumor ab aliis propagatus a primis Ordinis chronographis reicitur. P. Melchior

985. — *La Orden de Frailes Menores Capuchinos*. Edición adornada de una lámina frontispicio y ciento dos grabados. Montevideo, Comisariato Provincial Rioplatense, Padres Capuchinos (Talleres Gráficos de Colombino Hnos.), 1946. In-8°, 291 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 418-419.

986. — MAURICIO DE BEGOÑA, O.F.M.CAP. *El alma de la seráfica reforma capuchina.* Madrid, Ediciones y Publicaciones Españolas, S.A. 1947. In-8°, 468 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 321-323.

987. — *Nicht von dieser Welt. Lose Blätter aus einer alten Kapuzinerchronik,* in *St. Fidelis,* 1947, t. XXXIV, p. 41-45.

988. — *Liebhaber der heiligen Armut. Lose Blätter aus einer alten Kapuzinerchronik,* in *St. Fidelis,* 1947, t. XXXIV, p. 145-146.

Haec fragmenta (n. 987-988), quae vitam asceticam respiciunt, excerpta sunt ex *Chronicis,* quae RUFINO A SENIS, O.F.M.CAP., tribuuntur (cf. *St. Fidelis,* 1945, t. XXXII, p. 169). Verumtamen animadverti iuvat quod verus auctor exstitit BERNARDINUS A COLPETRAZZO, O.F.M. CAP. Cf. *Monumenta Historica Ord. Min. Capuccinorum,* t. IV, Romae, 1941. P. MELCHIOR

989. — *Conspectus generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum die 31 decembris 1946,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 64-68.

990. — *Conspectus generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum die 31 decembris 1947,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 12-19.

Ex rationariis authenticis die 31 decembris annuatim computatis patet status personalis et localis Ordinis Fratrum Min. Capuccinorum annis 1946 : 1947 ut sequitur:

Sacerdotes	7.661	:	7.791
Clerici professi	2.202	:	2.145
Clerici notivii	449	:	415
Laici professi	3.012	:	2.998
Laici novitii	142	:	146
Postulantes	232	:	249
Tertiarii perpetui	187	:	205
Numerus totalis religiosorum . .	13.885	:	13.949
Alumni scholarum seraphicarum . .	4.490	:	4.838
Provinciae et commissariatus . .	65	:	65
Domus religiosae	1.099	:	1.123
Sodalitates Tertii Ord. Saecularis. .	10.558	:	10.821
Sodales Tertii Ord. Saecularis . .	1.068.075	:	1.060.065

P. BONAVENTURA

991. — *Fratres Minores Capuccini dignitate vel officio a S. Sede praediti,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 149-154.

Referuntur omnes et singuli sodales religiosi qui dignitate archiepiscopali vel episcopali praediti sunt, additis summariis uniuscuiusque notitiis biographicis; deinde conficitur catalogus eorum qui in SS. Congregationibus vel in Curia Romana aliquod exercent munus. Omnes simul sumpti summam 71 attingunt, scil. 5 archiepiscopi; 35 episcopi: 10 praefecti apostolici; 1 superior ecclesiasticus; 1 administrator apostolicus; ceteri consultores, etc. P. MELCHIOR

992. — DELBERT WILL [OF FOND DU LAC], O.F.M.CAP., *Four Capuchins Vicars-General (1558-1574)*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 5-21.

Traduntur notitiae biographicae ex fontibus editis collectae eorum qui ab an. 1558 ad annum 1574 Ordinem Fr. Min. Capuccinorum moderati sunt, scil. THOMAE A CITTÀ DI CASTELLO (1558-1564), EVANGELISTAE A CANNOBIO (1564-1567), MARII A MERCATO SARACENO (1567-1573) et VINCENTII A MONTE DELL' OLMO (mense maio 1573 ad mensem febr. 1574).

A. scite indolem regiminis explicat, innixus bibliographia iam nota; nunc addere oportet: MATTHIAS A SALÒ, O.F.M.CAP., *Historia Capuccina*, pars II, in lucem edita a P. MELCHIORE A POBLADURA, O.F.M.CAP., p. 293-335, Romae, 1950. LIBERIUS BORGOGNONE, O.F.M.CAP. (p. 6), idem est ac LIBERIUS A DOMODOSSOLA, qui provinciam Umbriae moderatus esse dicitur an. 1542-1546. Cf. FRANCESCO DA VICENZA, O.F.M.CAP., *Serie cronologica dei ... Provinciali della provincia di S. Francesco*, Verona, 1950. P. MELCHIOR

993. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *Two Capuchin Vicars-General (1574-1584)*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 24-31.

Describuntur biographiae et notitiae historicae traduntur de regimine HIERONYMI A MONTEFIORE, qui Ordinem Capuccinorum moderatus est ab an. 1574 usque ad an. 1581, atque JOANNIS MARIAE A TUSA, qui eum an. 1581 in munere successit eoque usque ad obitum an. 1584 perfunctus est.

Nunc accedunt ea quae in altera parte *Historiae Capuccinae* MATTHIAE SALODIENSIS, O.F.M.CAP., nuper edita continentur. Cf. *Monumenta Historica Ordinis Minorum Capuccinorum*, t. VI, Romae, 1950. Pariter emendanda sunt quae de scriptis operibus HIERONYMI A MONTEFIORE proferuntur. Profecto A. novit quae alibi de hoc negotio scripsimus (cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 46 s.); verumtamen nostram sententiam, quae usque adhuc a nemine in dubium vocata est, non refert et errores veterum scriptorum repetit (p. 25, 28). Biographiae priscorum fratrum, quae olim HIERONYMO tribuebantur, reapse a BERNARDINO A COLPETRAZZO, O.F.M.CAP., compositae sunt, et quidem circa an. 1580, exceptis parvis fragmentis, quae ipsi quoque edidimus (cf. *Monumenta Historica Ordinis Minorum Capuccinorum*, t. III, p. XX-XXXI, 509, 512, Assisi, 1940). De alio opere *Historia Ordinis* inscripto, quod bibliographi eidem auctori tribuebant, nulla exstat memoria certa, neque constat eum grammaticam scripsisse. Ad JOANNEM MARIAM A TUSA quod attinet, animadvertendum est etiam quod *Expositio Regulae* ab eo composita in plurimis exemplaribus manuscriptis adservatur, sed numquam typis edita est. P. MELCHIOR

994. — RONALD JANSCH [OF NEISSE], O.F.M.CAP., *Two Capuchin Vicars-General (1584-1593)*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 31-41.

Hi duo Vicarii generales Ordinis Fr. Min. Capuccinorum vocantur unus JACOBUS A MERCATO SARACENO, qui sodalibus religiosis praefuit an. 1584-1587, alter vero HIERONYMUS A POLIZZI GENEROSA, cui regimen collatum est an. 1587-1593. Ecclesia S. Laurentii in Damaso, in qua primus concionatus est, invenitur Romae et non Ferrariae (p. 32); notitiae biographicae HIERONYMI excerptae sunt ex scriptore coaevo VINCENTII A POLIZZI, O.F.M.CAP. (cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 425-426). De JACOBO A MERCATO SARACENO cf. insuper SALVATORE DA SASSO MARCONI, O.F.M.CAP., *La provincia cappuccina di Bo-*

logna e la cronaca dei suoi Provinciali, t. I, p. 117, 119-125, Budrio, 1946 (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 352-353). P. MELCHIOR

995. — BENEDETTO NICOLINI, *Bernardino Ochino e la Riforma in Polonia*, in *Atti dell'Accad. Pontaniana*, Nuova Ser., 1948, t. I, p. 191-197.

A. saepe iam de BERNARDINI OCHINO vita et doctrina erudite disseruit (cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 460-461; 1941, t. XI, p. 530-532). Praesenti autem commentariolo solummodo demonstrare contendit causas itineris et commorationis illius in Polonia mensibus maio-decembri an. 1564 necnon pseudoreformatorum controversias, quae illis diebus animos dividebant. Optandum est ut animadversiones criticae et bibliographicae separatim ad calcem paginarum, non vero post integram tractationem et absque numerorum significatione omnes simul scribantur. P. MELCHIOR

996. — *Em.mus ac Rev.mus Dominus D. Card. Januarius Granito Pignatelli di Belmonte, Ordinis nostri [O.F.M.Cap.] Protector*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 56-60.

997. — *Generali manifestazioni di cordoglio per la morte del card. Decano (Gennaro Pignatelli di Belmonte)*, in *Oss. Rom.*, 1948, 18 febbr., p. 4.

Breviter describitur curriculum vitae Em.mi Principis (1851-1948), qui a die 23 maii an. 1915 usque obitum (16 febr. 1948) munere Protectoris Ordinis Fr. Min. Capuccinorum perfunctus est.
P. MELCHIOR

998. — *In Memoriam. Zijne Emin. Januarius Granito Pignatelli di Belmonte*, in *Vox Minorum*, 1947-48, t. II, p. 178-188.

Ampla descriptio curriculi vitae actuosae et sepulturae Emin. Principis, qui singulari affectu Ordinem Fr. Min. Capuccinorum prosecutus est. P. MELCHIOR

999. — *Em.mus ac Rev.mus Dominus D. Card. Clemens Micara Ordinis nostri [Fratrum Minorum Capuccinorum] Protector electus*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXVI, p. 87-91.

Die 11 maii an. 1948 Card. CLEMENS MICARA, qui paulo ante Protector Ordinis Fratrum Minorum electus erat (cf. *supra*, n. 956), constituitur etiam Protector Ordinis Fr. Min. Capuccinorum, et die 20 iunii munus sibi commissum sollemniter assumpsit. In relatione citata editur, praeter notitias de Eminentissimi Principis vita variisque muniis ecclesiasticis necnon de ipsius novi muneris sollemni assumptione, textus Brevis Apostolici nominationis atque orationis, quam Minister generalis recitavit. P. BONAVENTURA

1000. — *Colección de textos legislativos de la Orden de Frailes Menores Capuchinos: Regla, constituciones, ordenaciones de los capítulos generales y estatuto de las misiones*. Valencia, Semana Gráfica, S.A., 1948. In-32°, 537 p.

1001. — *Regla y Testamento del Seráfico Padre San Francisco y constituciones de los Frailes Menores Capuchinos (y ordenaciones de

los capítulos generales... revisadas y codificadas en el capítulo general LXX y promulgadas por el Rvdmo. P. Melchor de Benisa, Min. General). Buenos Aires, Talleres Gráf. B. Pezza, 1948. In-16°, 450 p.

Hae duae editiones (n. 1000-1001) portatu faciles et indicibus rerum alphabeticis auctae versionem authenticam hispanicam continent textuum iuris particularis O.F.M.Cap., scil. Regulam et Testamentum S. Francisci, Constitutiones generales Ordinis, Ordinationes Capitulorum generalium, Statutum pro missionibus Ordini concreditis (quod tamen in altera editione desideratur). P. MELCHIOR

1002. — DELBERT WILL [OF FOUND DU LAC], O.F.M.CAP., *Capuchin Legislation (1553-1575)*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 153-168.

Finis, quem A. sibi praestituit, hic est: additamenta et variationes investigare, quae in iure particulari Ordinis Fr. Min. Capuccinorum inserta sunt ab an. 1552, post alteram scil. Constitutionum an. 1536 recognitionem, usque ad an. 1575, quum textus promulgatur quem A. considerat veluti centrum legis O.F.M.Cap., nam priora illa statuta illum praeparabant, cetera autem deinceps lata illum perficiunt et evolvunt. Conspectus accuratus et perfectus exhibetur harum variationum, sed A. scienter omisit causas additamentorum eorumque observantiam perquirere. P. MELCHIOR

1003. — AGAPITO DE SOBRADILLO, O.F.M.CAP., *Valor jurídico de la interpretación de las Constituciones de los PP. Capuchinos hecha por el Definitorio general*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 427-437.

Duo sunt statuta Constitutionum O.F.M.Cap., quae sese opponere videntur, nimirum art. 173 statuens quod « Minister generalis et Definitores... dubia quae in his Constitutionibus occurrent solvere ac declarare debent », et art. 249 qui permanentem et authenticam interpretationem reservat Capitulo generali de licentia S. Sedis. A. igitur in primis evolutionem historicam horum statutorum in iure particulari O.F.M.Cap. illustrat et dein inquirit quamnam iuridicam vim habeant declarationes Definitorii generalis ad normam art. 173 factae, suamque sententiam manifestat asserens eas nullatenus vim legis habere permanentem et authenticam, sed esse Constitutionum interpretationem proprie declarativam, quae universos Ordinis sodales obligat dum Definitores munere funguntur, expleto autem eorum munere vim retinere directivam dumtaxat. P. MELCHIOR

1004. — [BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP.], *Los capítulos provinciales (en la Orden de Frailes Menores Capuchinos)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Castilla*, 1948, t. I, p. 98-99.

A. tradit breves notitias de via et methodo, quibus comitia provincialia celebrari solent, atque eorum momentum explicat, additis exemplis ex historia provinciae Castellae O.F.M.Cap. depromptis.
P. MELCHIOR

1005. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *Abrogación de los discretos capitulares. A propósito de una síntesis histórica*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 407-426.

An. 1693 Innocentius XII abrogaverat in provincia Castellae O.F.M.Cap. discretorum electionem, qui ad normam Constitutionum Ordinis Capitulis provincialibus convenire debent ad eligendos superiores provinciarum; paulo post huiusmodi discretorum abrogatio ad ceteras Hispaniae provincias monasticas extenditur. In Catalaunia autem haec Pontificis decisio a quibusdam religiosis sodalibus, duce FRANCISCO AB OLZINELLAS (1652-1713), impugnatur et exinde iurgia et lites agitantur, quae nunc A., editis documentis tum Barcinone in archivo provinciae tum Romae in tabulario oratoris regis Hispaniarum adservatis, patefacit eorumque causas explicare nititur, quarum praecipua secundum eiusdem sententiam esset diversa sese gerendi ratio fautorum privilegiorum S. Sedis et fautorum potestatis regiae.

Argumenti autem explicatio clarior evasisset, si quaestio comparate ad alias provincias et nationes pertractaretur (cf. MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*, pars II, t. I, p. 143-147, Romae, 1948). Insuper aliqui irrepserunt errores emendandi; ANTONIUS A TRUJILLO (p. 411) numquam exstitit missionarius in regno Ardae, in quo sodales provinciae Castelle vix per annum 1660-1661 operati sunt (cf. BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Misión capuchina al reino de Arda*, Madrid, 1949); sed ad Guineam et Sierra Leona an. 1677 destinatus est; loco *Torrecillas* (p. 413, 415) legendum est *Torrecilla;* pag. 424, nota 35, scribitur *Chadaque* pro *Jadraque;* Minister generalis qui restitutionem discretorum obtinuit appellatur HARTMANNUS A BRESSANONE (BRIXEN) et non HERNADUS A BRESCIA (p. 425). Demum animadvertendum est quod ius suffragii fratrum laicorum, statutum Constitutionibus an. 1638, mutatum est quoad tempus recognitione an. 1643 facta (cf. MELCHIOR A POBLADURA, *loc. cit.*, p. 101 s.). P. MELCHIOR

1006. — CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., *Litterae circulares de Fratribus itinerantibus*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 199-201.

His circularibus litteris, die 29 nov. an. 1947 (perperam scriptum est an. 1948) datis, Minister generalis O.F.M.Cap. normas practicas memorat ut sui religiosi sodales nonnisi secundum Ordinis statuta itinera peragenda suscipiant et perficiant. P. MELCHIOR

1007. — *Indultos y privilegios relacionados con las misiones y ejercicios espirituales dirigidos* [*por los Padres Capuchinos*], in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 34-37.

Exhibetur parvum commentarium in privilegia et indulta, quibus moderatores O.F.M.Cap. sacrarum expeditionum vel exercitiorum spiritualium fruuntur, nempe: absolvendi a peccatis reservatis, impertiendi Pontificiam Benedictionem, benedicendi coronas, rosaria, crucifixos, numismata, scapularia, instaurandi crucem missionis, et cetera huiusmodi. P. MELCHIOR

1008. — CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., *Litterae circulares* [4 iun. 1948] *de S. Missa Conventuali quotidie celebranda*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 69-74.

Praemissa brevi consideratione de excellentia sacrificii eucharistici, Minister generalis O.F.M.Cap. argumenta elucidat propter quae singulis diebus in singulis Ordinis coenobiis Missa Conventualis celebranda est, nimirum quia sic « religiosorum virorum sacrificium per

totum diem totamque per noctem sine intermissione perficitur », et insuper quia grata Deo actio et pro benefactoribus deprecatio quotidie renovatur.

P. MELCHIOR

1009. — GILES SOYKA [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *The Capuchin habit*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 169-180.

Quum Regula franciscana tantummodo de quantitate et qualitate vestimentorum agat, minime vero de forma, colore et specie habitus, multum, procedente tempore, de hoc negotio disputatum est. Itaque A. hoc argumentum explanat, disserens in primis de S. FRANCISCI habitu, cuius certa ac definita forma haud facile statuitur; deinde varias habitus franciscani formae vicissitudines illustrat, praesertim quum saec. XIV ineunte Fratres Spirituales formam mutare conabantur; demum originem formae et coloris habitus, quem prisci sodales Capuccini induere, exponit.

Ad pleniorem explicationem « caputii quadrati » utiliter conferri possunt etiam: HILARIN FELDER, O.F.M.CAP., *Unsere « viereckige » Kapuze*, in *St. Fidelis*, 1928, t. XV, p. 11-14; ADALBERT WAGNER, O.F.M.CAP., *Unser Ordenskleid und die « viereckige » Kapuze, ibid.*, p. 124-127, 153-155. De controversis quaestionibus medio saec. XVII agitatis de vera habitus franciscani forma, quas A. obiter innuit (p. 179), cf. MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*, pars II, t. I, p. 441 s., Romae, 1948.

P. MELCHIOR

1010. — SYLVAN CONOVER [OF BROOKLYN], O.F.M.CAP., *A Capuchin litany of Our Lady*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 52-53.

Editur anglice translatus textus litaniarum, quas in honorem B. Mariae Virginis olim exaravit MARIUS A MERCATO SARACENO, O.F. M.CAP. († 1581), cooperantibus aliis Ordinis sodalibus.

P. MELCHIOR

1011. — HILARY ZACH [OF MILWAUKEE], O.F.M.CAP., *The spirituality of the early Capuchin lay brothers*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 85-112.

Statuto principio secundum quod primi fratres laici O.F.M.Cap. per vitam activam in Dei servitio ad vitam contemplativam sese praeparabant, quae erat finis praecipuus eorum vitae religiosae et franciscalis, A. pervestigat subsidia ab eisdem adhibita ad unionem cum Deo in contemplatione adipiscendam; quae quidem subsidia secundum A. opinionem haec erant, nempe: humilitas, oratio, paupertas, castitas et mortificatio, simplicitas et caritas. Veluti huius spiritualitatis exemplaria adducuntur S. FELIX A CANTALICIO, S. SERAPHINUS A MONTEGRANARO et ven. servus Dei RAYNERIUS A BORGO S. SEPOLCRO.

Forsitan ea quae A. fratribus laicis tribuit, erant communia omnibus religiosis sodalibus Capulatis illius aevi. Testimoniis hoc loco allatis multa alia addi possunt ex primis Ordinis chronographis excerpta, quae simul collecta sunt in opere « *La bella e santa Riforma dei Frati Minori Cappuccini* », Testi scelti e ordinati da P. MELCHIORRE DA POBLADURA, O.F.M.CAP., p. 225-240, Roma, 1943.

P. MELCHIOR

1012. — H. BUSSON. *La religion des classiques*. Paris, Presses Universitaires de France, 1948. In-8°, 476 p.

Notitiae huius operis ad scriptores O.F.M.Cap. attinentes excerptae et diiudicatae sunt in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 335-336.

1013. — *Congressus internationalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum « De hodiernis apostolatus necessitatibus »* (*Romae, 21-27 nov. 1948*), in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 165-175.

In hac relatione « Acta » dicti Congressus describuntur, scilicet agitur per ordinem de illius origine, proposito et natura; deinde summariae praebentur notitiae de singulis dissertationibus a selectis sodalibus propositis. Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 353.

P. MELCHIOR

1014. — PIUS PP. XII, *Allocutio ad Revmos. Patres Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ex universis Ordinis provinciis ob conventum pro apostolatu provehendo Romae congregatos*, in *Acta Ap. Sedis*, 1948, t. XL, p. 551-553.

Die 25 nov. an. 1948 Summus Pontifex apud Aedes Arcis S. Gandulphi socios supradicti congressus (cf. n. 1013) recipere dignatus est et solemni oratione principia edixit, quibus hodiernus apostolatus franciscalis informari debet, «ut vita semper sit eadem itidemque actuosa »: a) paupertate; b) in Deum et proximos amore; c) humilitate benignitatis et bonitatis socia. Cf. etiam *Oss. Rom.*, 27 nov. 1948, p. 1.

P. MELCHIOR

1015. — GERMAN VON STALDENRIED, O.F.M.CAP., *Das Predigtamt in Satzung und Brauch des Kapuzinerordens*, in *St. Fidelis*, 1946, t. XXXIII, p. 133-138; 1947, t. XXXIV, p. 17-24.

An. 1945 prodiit singularis dissertatio BONAVENTURAE A MEHR, O.F.M.CAP., circa ministerium praedicationis in provinciis O.F.M. Cap. Coloniae et Rhenaniae saec. XVII et XVIII (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 246-247); in cap. I autem fuse disseruit de munere seu officio praedicationis O.F.M.Cap. in genere, illud considerans in seipsum secundum praecepta iuris particularis, deinde comparate ad usum priscorum Patrum, ad studia scientifica et ad disciplinam regularem. Nunc vero A. praesentis elucubrationis tractationem P. BONAVENTURAE in compendium redegit, eiusdem saepe repetens verba, sicque utile divulgationis opus perfecit.

P. MELCHIOR

1016. — VIRGIL MULLEN [OF YONKERS], O.F.M.CAP., *First hundred years of Capuchin preaching*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 113-123.

Tempus, quod praesens dissertatio complectitur, protrahitur ab an. 1536 usque ad annum circiter 1636, vel potius usque ad ineuntem saec. XVII; agitur de normis an. 1536 latis circa praedicationem, de concionatorum institutione, deque praecipuis concionum generibus, quae ipsi adhibuere. Haec omnia, ut ipse A. animadvertit, pleniorem lucem acquirent, quum conciones in seipsis inspicientur et examinabuntur.

P. MELCHIOR

1017. — PIERRE BAPTISTE [DE VERVIERS], O.F.M.CAP., *Capucins en «Mission prolétarienne»*, in *Vox Minorum*, 1948-49, t. III, p. 98-100.

Hic breviter rationes adducuntur, propter quas Fr. Min. Capuccini apostolatum inter opifices et operarios exercere debent, scil. quia vera paupertas exigere videtur ut inter pauperes exerceatur; quia labor, qui vi Regulae seraphicae imponitur, de labore quoque manuali intelligendus est; quia vitam evangelicam ipsi ubique propagare tenentur. P. MELCHIOR

1018. — *XI. Internationale Vertreter-Versammlung des Seraphischen Liebeswerkes (Franziskushaus, Solothurn, 23.-27. November 1947)*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 54-59.

1019. — *Bericht über die XI. Internationale Vertreter-Versammlung des Seraphischen Liebeswerkes in Solothurn.* Solothurn, 1948. In-4°, 30 p.

Ob difficillima rerum adiuncta delegati *Operis Seraphicae Caritatis*, qui ab an. 1908 alternis annis convenire consueverant, ab an. 1933 impediti fuerant simul conferre de quaestionibus ad *Opus* attinentes. Demum, composito immani bello 1939-1945, Solodori singularis coetus coadunatus est, cui interfuerunt octo delegati ex exteris nationibus, et viginti Helvetici delegati; singuli statum hodiernum *Operis* in suis sectionibus exposuere et animum et vires sibi invicem addiderunt ad tam proficuum *Opus* prosequendum. P. MELCHIOR

1020. — FRA GALDINO [ISIDORO DA ALATRI], O.F.M.CAP. *Pane Cappuccino.* Marino, Tip. «Santa Lucia», 1947. In-8°, 24.

Parvum commentarium in usum distribuendi eleemosynam, praesertim panis, ad fores coenobiorum O.F.M.Cap., qui apud omnes fere gentes viget. P. MELCHIOR

1021. — ROMUALDO BIZZARI DA S. MARCELLO, O.F.M.CAP., *La donna e l' Ordine dei Cappuccini*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 122-125.

Obiter agitur de necessitudine quam CATHARINA CIBO, Camerti ducissa, ELEONORA CONCUBLET, ducissa Nuceriae, et VICTORIA COLONNA, Piscariae marchionissa, cum nascente Ordine Fr. Min. Capuccinorum habuere. P. MELCHIOR

1022. — *1547-1947: Centenario della più grande poetessa italiana: Vittoria Colonna, marchesa di Pescara.* Roma, L'Italia Francescana, 1947. In-8°, 136 p. cum ill.

Quarto iam expleto saeculo ab obitu VICTORIAE COLONNA, moderatores commentarii periodici *L'Italia Francescana,* optimo ducti consilio, viros doctos adscivere, qui suis elucubrationibus memoriam illustris marchionissae Piscariae recolerent suaque merita perpenderent. Dissertationes in hoc volumine editae magnum emolumentum conferunt ad historiam religiosam et litterariam in Italia saec. XVI illustrandam. Itaque tum laudati commentarii periodici moderatores, tum viri eruditi qui sociatam operam dederunt, omnem merentur laudem.

Multae sane exstabant rationes, quas Minister generalis CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., recenset (p. 3-4), ut sodales Capuccini hoc opus adgrederentur in laudem et honorem huius fautricis nascentis Ordinis, quae veluti mater amantissima salutata est ob singularem

affectum, quo priscos illos fratres prosecuta est, et ob indefessos conatus, quibus semper illos protexit eorumque iura propugnavit. D. PINUZZO (G. DE SIMONE) lineamenta quaedam generalia insignis feminae nobis praebet in tempore et loco quibus vixit: *Vittoria Colonna gentildonna del Cinquecento* (p. 5-11); deinde H. JEDIN, dexteritate qua pollet in his argumentis pertractandis, fundamenta et naturam amicitiae VICTORIAM COLONNA inter et card. REGINALDUM POLE ostendit, necnon partes utriusque haud exiguas in motu reformationis catholicae illius aevi: *Il cardinal Pole e Vittoria Colonna* (p. 13-30). HYGINUS AB ALATRI, O.F.M.CAP., recenset singulos amicos cum quibus V. COLONNA necessitudinem habuit, ut domonstraret quod etsi nonnulli in haeresim lapsi sunt, ipsa tamen intemeratam fidem semper servavit: *Gli amici di Vittoria Colonna* (p. 39-63). Speciali modo nostra interest id quod refert dè BERNARDINO OCHINO (p. 48-50) et de ven. MARIA LAURENTIA LONGO, sanctimonialium Capuccinarum institutrice (p. 61-63); FRANCESCO SARRI, O.F.M.: *Il divin canto della gran Peschiera* (p. 69-90) et A. LAURI: *Le poesie religiose di Vittoria Colonna* (p. 95-102), dotes et qualitates litterarias examini subiciunt et perpendunt. Alii scriptores, scil. P. CHIMINELLI, BENEDICTUS AB ALATRI, O.F.M.CAP., et ROMUALDUS BIZZARRI A S. MARCELLO, O.F.M.CAP., qui argumenta franciscana ex professo dilucidant, separatim recensentur (cf. n. 1021, 1023, 1024).

Praeterea volumen imaginibus luce expressis egregie ornatur et satis ampla bibliographia (p. 126-134) absolvitur. Postquam autem hoc volumen typis editum est, aliae dissertationes prodiere, quarum aliqua saltem recensere iuvat: IGINO DA ALATRI, O.F.M.CAP., *La grazia e i sacramenti nella vita di Vittoria Colonna*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 274-285; IDEM, *Spirito di pietà in Vittoria Colonna*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXII, p. 30-45; A. LAURI, *Roma canora nel Cinquecento. Versi musicati di Vittoria Colonna e di Michelangelo*, in *Misc. Franc.*, 1948, t.: XLVIII, p. 496-514; D. MONDRONE, S.J., *La scarsa fortuna di un centenario: Vittoria Colonna*, in *Civilità Catt.*, 1947, t. IV, p. 417-427. P. MELCHIOR

1023. — P. CHIMINELLI, *Riflessi francescani in Vittoria Colonna*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 31-37.

Vim vitae franciscanae in VICTORIAM COLONNA exercitam A. explicat peculiari forma pietatis seu spiritualitatis huius insignis fautricis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum, quae in Evangelio et Cruce, tamquam duobus in fundamentis nititur; item caritate quae erga pauperes et egenos illam munificam reddebat. P. MELCHIOR

1024. — BENEDETTO DA ALATRI, O.F.M.CAP., *Vigorosa apologia. Lettera di Vittoria Colonna al Card. Contarini*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 103-112.

Quum post medium an. 1536 quaestio de subiciendis Fratribus Capuccinis Ministro generali Fratrum Minorum de Observantia in Curia Romana agitaretur, VICTORIA COLONNA litteras scripsit ad quosdam cardinales directas, qui hoc negotium pertractare debebant. A., praemissa brevi earum analysi, textum litterarum exscribit, neglectis quibuslibet commentariis.

Epistola iam satis nota erat et saepe edita. Exemplar, quoad partem autographum, servatur in *Arch. Vat., Concilio di Trento*, t. 37, f. 170-177. EDUARDUS ALENCONIENSIS, O.F.M.CAP., fuse ac perspicue illam interpretatus est (cf. *Tribulationes Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum primis annis Pontificatus Pauli III*, p. 19-36, Romae, 1914). Iterum P. TACCHI VENTURI, S.J., eam recognovit et commentariis illustravit (cf. *Vittoria Colonna e la Riforma cappuccina*, in *Collect. Franc.*, 1931, t. I, p. 43-53). P. MELCHIOR

1025. — LUDOVICO DA FOSSOMBRONE, O.F.M.CAP., *Vittoria Colonna fra il Fossombrone e l'Ochino*, in *Oss. Rom.*, 1948, 8 febbr., p. 3.

Interpretatio, magis in opinione quam in re posita, proponitur ad necessitudinem explicandam quae inter V. COLONNA et LUDOVICUM A FOSSOMBRONE et BERNARDINUM OCHINO interfuit. Nullatenus demonstratur documentis historicis quod an. 1534-35 BERNARDINUS OCHINO nefariis propositis ducebatur, et quod, ex altera parte, LUDOVICUS A FOSSOMBRONE tunc temporis aequam difficultatum proponebat solutionem genuino spiritui franciscano conformem. Potius quam de duorum individuorum obtrectatione, quaestio erat de duplici vitae franciscanae interpretatione; itaque sententia A. probari non potest.

P. MELCHIOR

B. - DE HISTORIA FRANCISCANA PARTICULARI

Vide etiam: Relationes de missionibus franciscanis

1. - *Aequatoria*

1026. — *Decretum introductionis causae pro beatificatione servi Dei Josephi Mariae Yerovi, religiosi professi Ordinis Fratrum Minorum, episcopi Cydoniensis et coadiutoris archiepiscopi Quitensis*, in *Acta Ap. Sedis*, 1948, t. XL, p. 122-123; et in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 195-196.

1027. — *Commissio introductionis causae servi Dei Josephi Mariae Yerovi*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 196-197.

1028. — ANTONIO LUZURIAGA CELI, O.F.M. *El venerable siervo de Dios Ilmo. Padre Fr. José María de Jesús Yerovi, franciscano. Favores concedidos por el siervo de Dios*. S. l., Edit. Fr. Jodoco Ricke, 1948. In-12°, 44 p.

Iste Dei servus lucem vidit in civitate Quiti die 12 apr. an. 1819, et postquam lauream utriusque iuris assecutus fuerat, an. 1845 sacerdotio auctus est. Exstitit etiam popularis legatus legibus ferendis et ab an. 1852 dioecesim Guayaquilensem uti Vicarius apostolicus rexit; anno autem 1862 Ordini Fratrum Minorum se adiunxit et triennio elapso (1865) constituitur Administrator apostolicus Ibarrae, sed mox eodem an. 1865 episcopus Cydoniensis atque archiepiscopi Quitensis coadiutor cum futurae successionis iure; attamen iam die 20 iun. an. 1867 pientissime in Domino obiit. Percrebrescente sanctitatis fama, an. 1947 commissio introductionis causae in Curia Romana subsignatur.

P. MELCHIOR

1029. — BENJAMÍN GENTO SANZ, O.F.M., *The History and Art of the Church and Monastery of San Francisco de Quito*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 175-194.

Americae Meridionalis protocoenobium franciscanum erectum est ineunte an. 1535 in civitate Quito, auctore JODOCO DE RIJCKE, O.F.M.OBS., qui cum hispanicis expugnatoribus versus finem an. 1534 illuc pervenerat. Labente tempore, hoc coenobium, cuius praecipuas historicas vicissitudines A. enarrat, magni habitum est in historia Ordinis franciscalis et artis sive ob actionem a religiosis sodalibus explicatam (moderabantur collegium a S. Andrea nuncupatum, cf. n. 1030) sive ob multa artificiosa monumenta, quae ecclesiam et coenobium exornabant. In hac dissertatione singula artis obiecta memorantur et describuntur; pariter agitur de artificibus (architectis, pictoribus, sculptoribus) deque his omnibus qui adeo insigne artis et historiae monumentum quoquo modo foverunt. Appendicis instar additur descriptio oratorii vulgo de Cantuña et domus recessus O.F.M.Obs. a S. Didaco in eadem Quito urbe exstructa. P. MELCHIOR

1030. — BENJAMÍN GENTO SANZ, O.F.M., *San Andrés: primer colegio politécnico de Sudamérica*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 142-161, 235-247.

Dissertationibus hisce ultimis temporibus editis constat quantopere missionarii in America Meridionali Indorum litterariae culturae foverunt idque manifestius apparet et demonstratur praesenti elucubratione, qua A. institutionem et historiam enarrat collegii a S. Andrea nuncupati, quod auctoribus sodalibus franciscanis JODOCO DE RIJCKE A MARSELAER et FRANCISCO A MORALES in Quito urbe capite hodiernae reipublicae Aequatoriae an. 1551-52 conditum est et alterna fortuna usque ad an. 1581 illud sodales franciscales moderati sunt. Conditum erat praeprimis in commodum et utilitatem indigenarum; discipuli grammatica et cantu instruebantur, atque artes tum mechanicas tum liberales magno cum fructu excolebant. Testimonia authentica ab A. allata utilitatem et progressum huius litterariae institutionis plane manifestant. P. MELCHIOR

1031. — BENJAMÍN GENTO SANZ, O.F.M., *En torno a la estatua de Fray Jodoco Ricke*, in *Ecuador Franciscano*, 1942, t. II, p. 144-146.

1032. — BENJAMÍN GENTO SANZ, O.F.M. *Colonial Art of Quito*, in *The Americas*, 1945-46, t. II, p. 454-460.

1033. — JOSÉ GABRIEL NAVARRO. *Religious Architecture in Quito*. (Transl. by JAMES F. SCHEARER). New York. Metropolitan Museum of Art, 1945. In-8°, 24 p. cum 40 fotogr.

1034. — FRANCISCO MIÑO ARBOLEDA, O.F.M. *La devoción a la Santísima Virgen de la Nube. Memoria de las bodas de oro de su culto en el santuario nacional y franciscano de Azogues (1897-1947)*. Azogues (Ecuador), 1948. In-8°, VIII-97 p.

Fratres Minores in civitate Azogues primam sedem instaurant an. 1557, et diu paroeciam moderati sunt. Anno autem 1897 ibi perveniunt sodales Oblati SS. Cordium Jesu et Mariae, quorum cura et sollicitudine inauguratur oratorium in honorem Virginis Mariae a

Nube nuncupatae ob apparitionem quandam, quae an. 1696 Quiti contigerat. Dum vero Fratres Minores iterum an. 1912 advocantur, coenobium exstruunt prope hoc oratorium, et exinde devotio et cultus erga B. Virginem Mariam a Nube per totam Aequatoriam propagatur, et loco oratorii mirificum templum exstruitur. In altera opusculi parte praebetur relatio solemnitatum, quae occasione quinquagesimi anniversarii ab instauratione cultus habitae sunt.

P. Melchior

1035. — Fernando Jaramillo Ortega, O.F.M. *Novena a la Santísima Virgen de la Nube venerada en su propio santuario franciscano de Azogues.* 5 ed. Cuenca (Ecuador), Editorial «Amazonas», 1948. In-16°, 70 p.

Post brevem introductionem, in qua historia enarratur apparitionis B. Virginis Mariae a Nube nuncupatae an. 1696, preces novendiales vulgantur ad devotionem fovendam et augendam.

P. Melchior

1036. — *El pasado de la Orden Capuchina en la República del Ecuador*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 193-195.

Fautore Aequatoriae praeside García Moreno an. 1872 sodales Capuccinos in patriam eius vocati sunt, qui mox sedem sumpserunt; atque multiplicatis coenobiis et actionis apostolicae fructibus tum apud fideles cives tum apud infideles indigenas, an. 1876 erigitur commissariatus generalis, qui ab an. 1889, mutato nomine, appellatur custodia Aequatoris-Columbiae et deinde commissariatus provincialis (an. 1907) et generalis (an. 1946). P. Melchior

2. - *Albania*

1037. — T. Lewicki, *Un manuscrit inconnu du XVII^e siècle concernant l'Albanie et l'histoire des misions franciscaines dans ce pays*, in *Revue Étud. Islamiques*, 1948, p. 55-58.

Codex hic descriptus adservatur Firmi in Piceno, in *Bibl. Comun.*, *cod. 4. C. B. 1, n. 58*, atque exaratus est an. 1652 a Hyacintho a Sospitello (perperam A. interpretatur Sospello), O.F.M.Ref., missionis Albaniae praefecto. In prima codicis parte per quinque capita disseritur de historia regionis in genere (p. 1-35), in altera autem fuso calamo enarrantur missionis vicissitudines ab an. 1634 ad an. 1650 (p. 35-477).

Infeliciter A. notitias biographicas scriptoris invenire non potuit praeter eas qui in codice leguntur; et tamen tam historia missionis Albaniae quam vita et res gestae Hyacinthi a Sospitello satis notae sunt. Cf. *Orbis Seraphicus... De missionibus Fratrum Minorum a S. Congr. de Prop. Fide dependentibus*, t. II, 393-631, praesertim p. 502-509, Ad Claras Aquas (Quaracchi), 1886; H. Matrod, *Les Franciscains en Albanie au XVII^e siècle*, in *Études Franc.*, 1924, t. XXXVI, p. 5-28. Hyacintus a Sospitello constitutus est praefectus die 18 febr. an. 1649 (ergo non ad finem anni) et in Italiam revocatur die 23 mart. an. 1652. In nominibus religiosorum sodalium O.F.M.Obs. exscribendis aliqui irrepserunt errores: Bonaventura a Palazzolo (non *Potazzuola*), Benedictus a Berzano (non *Triuisano*), Hyacinthus de Sezze (non *Sessa*), etc. P. Melchior

1038. — F. Cavalli, S.J., *Persecuzione religiosa nell'Albania comunista,* in *Civ. Catt.,* 1947, an. XCVIII, vol. II, p. 409-422; vol. III, p. 132-145.

Plures notitiae proponuntur etiam de Fratrum Minorum in Albania actuositate apostolica deque calamitatibus iniuriisque iisdem illatis a communistis qui bello proxime elapso rerum potiti sunt.

P. Bonaventura

3. - *America Meridionalis et Centralis*

1039. — Francis Borgia Steck, O.F.M., *Christopher Columbus and the Franciscans,* in *The Americas,* 1946-47, t. III, p. 319-341.

Quattuor de consuetudine Christophori Colombo cum Franciscanis sunt investiganda: 1) quae fuerint mutuae ipsorum relationes in Hispania priusquam illustris viator in Americam proficisceretur; 2) quid auxilii Fratres Minores ei contulerint, cum navigandi iniit consilium; 3) quid auxilii dum quattuor illos cursus conficit; 4) quae fuerint inter eos relationes, quando explorator post tot asperrimas aerumnas moriturus erat.

A., priusquam his quaestionibus respondeat, notat olim B. Raymundum Lullum, T.O.S., iam de Indiis via occidentali petendis cogitasse et inter eiusdem Beati socios numerandum esse quemdam Stephanum Colombo, celebris exploratoris parentem. Tunc temporis Fratres Minores in Hispania multi quidem erant, sed nulla auctoritate apud regem fruebantur nec probari potest ipsos Christophorum Colombo novisse; tantum dicere licet eos in Guinea missionarios fuisse et in Africanam regionem eum quoque contendisse, ita ut ex utraque parte relationes probabiles fuerint: at certum non est. In Hispania vero navigator permansit in Fratrum Minorum conventu urbis La Rábida atque ibi Joannis Duns Scoti, O.Min., Francisci de Meyronnes, O. Min., Nicolai de Lyra, O.Min., ac Raymundi Lulli, T.O.S., opera perlegere potuit, quae ei navigandi consilium probabiliter indiderunt seu etiam confirmarunt; ibique adiutorem quoque invenit Antonium de Marchena, O.F.M.Obs. Quando autem animo demissus ad Galliae regem iturus erat, ab eo Joannes Pérez, O.F.M.Obs., obtinuit ut istam mentem mutaret eidemque apud regem Hispaniae faciliorem aditum reddidit: hoc tempore, forte, Christophorus Colombo in Tertium Ordinem admissus est. Circa sodales religiosos qui suis in itineribus comitati sunt Christophorum Colombo, cf. Lázaro de Aspurz, O.F. M.Cap., *Aportación extranjera a las misiones españolas del Patronato regio,* p. 45 s., Madrid, 1946.

Post haec omnia, Christophorus Colombo a mundo se secessit et confessorem habuit Fratrem Minorem, cuius nomen erat Jasper.

Nulla nota illustratur articulus, sed in fine publicatur copiosa bibliographia.

P. Julianus Eymard

1040. — Gregorio Arcila Robledo, O.F.M. *La Orden Franciscana en la América Meridional.* Roma, Pontificio Ateneo Antoniano, 1948. In-8°, XVIII-416 p. cum tab.

De hoc opere actum est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 149-150; cf. etiam *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. 427-430.

1041. — RAUL A. MOLINA, *Las primeras reducciones Franciscanas y Jesuíticas. La enorme gravitación de Hernandarias de Saavedra en sus fundaciones y legislación*, in *Estudios*, 1948, t. LXXX, p. 93-117, 263-283.

1042. — PEDRO HENRIQUEZ-URENA. *Literary Currents in Hispanic America.* Cambridge, Harvard University Press, 1945. In-8°, VI-345 p.

4. - *America Septentrionalis*

1043. — JOHN TRACY ELLIS. *A select Bibliography of the History of the Catholic Church in the United States.* New York, McMullan Co., 1947. In-8°, VI-96 p.

1044. — RICARDO PATTEE. *El catolicismo en los Estados Unidos.* Madrid, Epesa, 1946. In-8°, 488 p.

1045. — MARION A. HABIG, O.F.M. *Heroes of the Cross. An American Martyrology.* Paterson, N.J., St. Anthony Guild Press, 1947. In-8°, 271 p. cum ill.

Recensio facta est in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 315-316.

1046. — I. OMAECHEVARRIA, O.F.M., *Mártires norteamericanos. Hacia un proceso colectivo de beatificación y canonización*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 64-77.

A. examini subicit opus M.A. HABIG, O.F.M., *Heroes of the Cross. An American Martyrology*, Paterson, 1947 (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 315-316) et aliquas notitias biographicas addit martyrum franciscalium ex Hispania oriundorum, qui in eo recensentur.

P. MELCHIOR

1047. — BRENDAN A. FINN. *Twenty-four American Cardinals.* Boston, Bruce Humphries, Inc., 1947. In-8°, 475 p.

Praeter undecim cardinales qui erant ordinarii in Statibus Foederatis Americae Sept., cum ad sacram purpuram evehebantur, A. tractat etiam de iis cardinalibus alienigenis, qui ante elevationem aliquod tempus in Statibus Foederatis commorabantur, et ita inveniuntur etiam tres cardinales ad Ordinem franciscalem pertinentes, scil. DIOMEDES FALCONIO, O.F.M., qui fuit Delegatus Apostolicus an. 1902-1911 († 1917), IGNATIUS PERSICO, O.F.M.CAP., qui an. 1870-1872 fuit episcopus Savannensis-Atlantensis († 1895), et JOSEPHUS CALASANCTIUS VIVES Y TUTÓ, O.F.M.CAP., qui clericus studiis adhuc incumbens, paucis tantum mensibus in California morabatur († 1913). Notitiae novae et historiae studiosis utiles de his viris illustribus non proponuntur.

P. BONAVENTURA

1048. — *Album provinciae Sancti Antonii Patavini in Statibus Foederatis Americae septentrionalis anno 1947 editum.* Hamburg in N.E., Typ. « Immaculatae », 1947. In-8°, 52 p.

In Civitatibus Foederatis Americae septentrionalis an. 1905 instauratur provincia O.F.M.Conv. a S. Antonio Patavino nuncupata, quae hodie iam tribus custodiis et 40 domibus constat, in quibus 275 sodales religiosi commorantur. Praeter tabulas statisticas, praesens opusculum refert seriem Ministrorum provincialium et necrologium religiosorum. P. Melchior

1049. — *Provincia Americana S. Antonii,* in *Comm. Min. Conv.,* 1948, t. XLV, p. 96.

Status localis et personalis huius provinciae O.F.M.Conv.

1050. — *Provincia Immaculatae Conceptionis B.M.V. in America,* in *Comm. Min. Conv.,* 1947, t. XLIV, p. 137-139.

Describuntur celebrationes aurei iubilaeii sacerdotalis Ferdinandi Mayer necnon argentei item sacerdotalis iubilaei Francisci Edic; ambo sunt sodales praefatae provinciae O.F.M.Conv. P. Melchior

1051. — *Exc.mus et Rev.mus D. Paschalis Robinson, O.F.M., Archiepiscopus Tyanensis et Nuntius Apostolicus Hiberniae,* in *Acta Ord. Min.,* 1948, t. LXVII, p. 216-219.

1052. — I. Herscher, O.F.M., *Archbishop Paschal Charles Robinson, O.F.M. (1870-1948),* in *Franc. Studies,* 1948, t. VIII, p. 317-320.

In his duobus commentariolis tum curriculum vitae tum operositas scientifica Paschalis Robinson enucleantur; quamvis ex Dublino in Hibernia esset oriundus, habitum franciscalem induit an. 1896 in provincia SS. Nominis in Civitatibus Foederatis Americae. Cf. *Collect. Franc.,* 1949, t. XIX, p. 358. P. Melchior

1052ª. — Paschal Kinsel, O.F.M., *Most Rev. Archbishop Paschal Robinson, O.F.M., his relation to the Holy Land,* in *Crusader's Almanac,* 1948, p. 8-13.

1053. — *A. R. P. Hugolinus Storff, provinciar. SS. Cordis Jesu et S. Barbarae in Stat. Foed. Am. ex-Min. Prov. et ex-Definitor generalis,* in *Acta Ord. Min.,* 1948, t. LXVII, p. 188-191.

In hac notitia necrologica manifestantur eximiae qualitates, quibus H. Storff, O.F.M. (1859-1948), enituit in regendis fratribus, siquidem multas provincias monasticas qua minister moderatus est, et deinde an. 1927-1933 inter generales Ordinis definitores connumeratur; versatus quoque fuit in litteris humanioribus quas spatio 25 annorum discipulos docuit; et demum doctrinam J. Duns Scoti, O.Min., etiam operibus scriptis tuitus est (cf. *Collect. Franc.,* 1939, t. IX, p. 103-105). P. Melchior

1054. — Celestine Bittle [of Des Moines], O.F.M.Cap., *The reburial of Father Stephen,* in *The Cowl,* 1948, t. XII, p. 111-115.

Vigesimo quinto recurrente anno ab obitu STEPHANI ECKERT, O.F.M.CAP. († 16 febr. 1923), mense febr. an. 1948 eius corpus authentice recognitum est atque ex coemeterio Milwaukensi ad ecclesiam missionis S. Benedicti Nigri translatum. De hoc insigni viro cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 440-441. P. MELCHIOR

1055. — MARCELLUS MANZO [OF MONTE MAGGIORE], O.F.M.CAP., *In Memoriam. The late Father Kilian Hennrich [of Leeuwarden], O.F.M.Cap., M.A. (November 9, 1880 - November 26, 1946)*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 90.

1056. — *Rev. P. Chilianus a Leeuwarden, Provinciae Calvariensis alumnus, Director generalis «Catholic Boys' Brigade»*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 139-143.

Die 23 nov. an. 1946 supremum diem clausit iste religiosus vir, cuius vitae curriculum et egregia facinora in christiana iuventute praesertim instituenda et tertio franciscali Ordine promovendo hic enarrantur. Ad hoc duplex propositum exsequendum multa scripsit opera, quae magnam laudem in Civitatibus Foederatis Americae assecuta sunt atque monumentum constituunt sui impigri apostolatus.

P. MELCHIOR

5. - *Anglia*

1057. — DAVID KNOWLES, O.S.B. *The Religious Orders in England*. London, Cambridge University Press, 1948. In-8°, XVI-348 p.

Hoc opus, quod ipsi inspicere nondum potuimus, comprehendit historiam Ordinum religiosorum in Anglia ab an. 1216 ad an. 1336/40. In secunda parte, quae continet 139 paginas, A. tractavit de Ordinibus Mendicantium, et pluribus capitibus descripsit Fratrum Minorum in Anglia adventum, propagationem, operositatem apostolicam et scientificam, vim et auctoritatem apud populum et principes, clerum saecularem et monasticum. Cf. *Rev. Hist. Eccl.*, 1948, t. XLIII, p. 598-601, ubi hoc volumen, cui duo alia historiam Ordinum usque ad suppressionem tempore HENRICI VIII tractantia sequentur, ob sobriam methodum scientificam satis laudatur. P. BONAVENTURA

1058. — G.A.J. HODGETT, *The Dissolution of the Monasteries in Lincolnshire*, in *Bull. Inst. Hist. Research*, 1948, t. XXI, p. 252-254.

Hoc summarium dissertationis inspicere ipsi non potuimus, ideoque nescimus utrum A. in ea etiam de Ordine franciscano tractaverit. Iuxta *Rev. Hist. Eccl.*, 1949, t. XLIV, p. 376, ista dissertatio magni momenti est. P. BONAVENTURA

1059. — W. MACKAY MACKENZIE, *A Prelude to the War of Independance*, in *The Scottish Hist. Rev.*, 1948, t. XXVII, p. 105-113.

Iuxta relationem in *Rev. Hist. Eccl.*, 1949, t. XLIV, p. 367, A. ostendit, conatus Fratrum Minorum Scotiae ad consequendam, adiuvante rege, libertatem a provincia Angliae, occultavisse eorum operam et studium tuendi libertatem patriae, ipsisque maiores quam ceteris

Ordinibus propter bella calamitates attulisse. Editur Bulla pontificia an. 1346 pro conventu Lanark emanata. P. BONAVENTURA

1060. — COLIN JOHNSTON ROBB, *A northern franciscan Friary. Its mission links with Scotland*, in *Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 11, p. 5.

Episcopus Dunensis et Connorensis BONAVENTURA MAGINNIS, O. F.M.OBS., an. 1635 sodales religiosos coenobii O.F.M.Obs. civitatis Ballycastle (Hibernia) misit ad evangelizandum insulas Scotiae, ibique fructuose operati sunt. P. MELCHIOR

1061. — *The Capuchins in Scotland*, in *Franc. Annals*, 1947, t. XLIX, p. 279-285.

Saec. XVII Fr. Min. Capuccini multum contulerunt ad servandam et propugnandam fidem catholicam in Scotia, quae ob ingruentes persecutiones in magnum discrimen versabatur; hos inter eminuerunt JOANNES CHRYSOSTOMUS CAMPBELL, ARCHANGELUS LESLIE et EPIPHANIUS LINDSAY, quorum notitiae biographicae breviter in hoc articulo perstringuntur. P. MELCHIOR

1062. — *A.R.P.M. Bonaventura Sciberras*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 206-208.

An. 1906 BONAVENTURA SCIBERRAS, O.F.M.CONV., prov. Melitensis alumnus, in Angliam se contulit ad restaurandum suum Ordinem, qui tria abhinc saecula ibi abrogatus fuerat; atque spatio quadraginta annorum in sacro ministerio operatus est, usquedum die 3 oct. an. 1948 e vita migravit. P. MELCHIOR

1063. — WULSTAN OF LONDON, O.F.M.CAP., *St. Lawrence of Brindisi, Patron of the English Province, O.F.M.Cap.*, in *Franc. Annals*, 1948, t. LXX, p. 159-163.

Quum Angliae provincia sub protectione S. LAURENTII BRUNDUSINI posita sit, A. exempla huius sancti viri sodalibus tertiariis proponit imitanda, atque progressus obiter significat quos, eo intercedente, recentiore tempore illa provincia obtinuit. P. MELCHIOR

1064. — CHRISTIAN-EUGÈNE, O.F.M., *Huit siècles de vie britannique à Paris: les Franciscains du Royaume Uni à Paris*, in *Le Devoir*, 1948, t. XXXIX, 7 août, p. 14.

Notae circa aliquos Fratres Minores aetatis mediae in quodam spectaculo et pompa exhibitos ad ostendendam necessitudinem Angliam inter et civitatem Parisiensem (*Culture*, 1948, t. IX, p. 93*).

P. MELCHIOR

6. - *Argentina*

1065. — J. LUIS TRENTI ROCAMORA, *Bibliografía anterior a 1810 sobre los paises del antiguo Virreinato del Rio de Plata*, in *Estudios*, 1948, t. LXXIX, p. 294-303, 371-381; t. LXXX, p. 65-69, 128-134, 205-224.

1066. — *A Chapter-List of the Franciscan Province of the Assumption of Tucumán and Paraguay*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 108-111.

Haec provincia O.F.M. fundata est an. 1612 unione duarum custodiarum, scil. custodiae S. Georgii de Tucumán (Argentina) et Assumptionis de Paraguay. Hoc loco exscribitur tabula capituli celebrati die 15 sept. an. 1629 in conventu S. Georgii de Córdoba (Argentina), in qua singuli religiosi sodales qui in eadem provincia aliqua munia obibant recensentur. Codex manuscriptus adservatur Limae, in *arch. conv. S. Francisci. Reg. XV*. P. MELCHIOR

1067. — ENRIQUE UDAONDO, *El convento franciscano de la Recoleta*, in *Itinerarium*, 1948, t. V, n. 12.

1068. — TEODORO CAILLET BOIS, *El museo de arqueología de Catamarca*, in *Anales de la Sociedad Geográfica Argentina*, 1947, t. CXLIII, fasc. 1.

Collectio huius musaei archaeologici confecta est a SALVATORE NARVÁEZ, O.F.M. (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 605).

P. BONAVENTURA

7. - *Austria*

1069. — *Catalogus Ordinis Fratrum Minorum S. P. Francisci Capuccinorum Provinciae Viennensis. Status diei 1. Aug. 1948*. Lincii, Ex nostra Typographia ad S. Fidelem, (1948). In-8°, 32 p.

Post elenchum superiorum maiorum Ordinis et Provinciae, singulae domus religiosae recensentur cum notitiis historicis et statu familiae an. 1948 ibidem constitutae. Sequuntur series presbyterorum et clericorum necnon fratrum laicorum iuxta aetatis religiosae ordinem, denique tabula defunctorum et index alphabeticus omnium sodalium. Prov. Viennensis, quae tempore dominationis socialistarum ut vocantur nationalium et bello an. 1939-1945 multa perpessa est, die 1 aprilis 1948 habuit 15 domos et 125 religiosos. P. BONAVENTURA

1070. — *Nova circumscriptio Provinciarum Tirolis Septentrionalis et Brixinensis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 141-142.

Vi rescripti S. Congregationis Negotiis Religiosorum praepositae diei 10 sept. an. 1948 duae paroeciae, Monasteriensis scil. et Valcaviensis in dioecesi Curiensi et in territorio Helvetico sitae a provincia Tirolis Septentrionalis O.F.M.Cap. disiunguntur et in perpetuum provinciae Brixinensi adiudicantur. P. MELCHIOR

1071. — JOSEF SCHULER. *Haspingers sagenumwobener Antoniusstab. Historische Erzählung*. Innsbruck, Inn-Verlag, 1948. In-8°, 107 p.

Tametsi titulus aliud significare videatur, nihil in hoc opusculo continetur ad res gestas JOACHIMI HASPINGER A GSIES, O.F.M.CAP., aestimandas vel diiudicandas. A. narratiunculas plus minus fictas exaravit ad amorem patriae fovendum vel excitandum. P. MELCHIOR

8. - *Belgium*

1072. — ÉDOUARD DE MOREAU, S.J. *Histoire de l' Église en Belgique.* T. III: *L' Église féodale (1122-1378).* (Museum Lessianum). Bruxelles, L' Édition universelle, s.d. (1945). In-8°, VIII-745 p.

1073. — ÉDOUARD DE MOREAU, S.J. *Histoire de l' Église en Belgique.* Tome complémentaire I. Texte et cartes. *Circonscription ecclésiastique, chapitres, abbayes, couvents avant 1559. - Cartes des diocèses, archidiaconés, doyennés et paroisses* par J. DEHARVENG. *Cartes des chapitres, abbayes, prieurés et couvents* par É. DE MOREAU, S.J. En collaboration avec A. DE GHELLINCK, S.J. Louvain, Museum Lessianum - Bruxelles, L' Édition universelle, 1948. In-8°, VI-520 p. cum 4 tab.

1074. — ALCANTARA MENS [VAN HERSELT], O.F.M.CAP. *Oorsprong en betekenis van de Nederlandse Begijnen- en Begardenbeweging. Vergelijkende studie: XII^e-XIII^e eeuw.* (Universiteit te Leuven. Publicaties op het gebied der geschiedenis en der philologie. Ser. III, fasc. 30. - Verhandelingen van de Koningklijke Vlaamse Academie voor Wetenschappen, Letteren en Schone Kunsten van België. Klasse der Letteren. Jaargang IX, n. 7). Antwerpen, Standaard-Boekhandel, 1947. In-8°, XXX-451 p.

Tractans de origine et momento beghinarum et beghardorum in Neerlandia, A. huiusmodi motus spirituales imprimis consideravit comparavitque cum spiritualitate totius Occidentis saec. XII-XIII, et non paucas nec exiguas detexit similitudines praesertim inter motum franciscanum in Italia et praefatos motus in regionibus Neerlandicis. Itaque opus, iuxta aliorum studiosorum recensiones quas legere potuimus summa cum industria et eruditione conscriptum — ipsum enim opus ad nos transmissum non fuit nec illud inspicere potuimus —, maximi momenti esse apparet non solum pro historia franciscana saec. XIII in Neerlandia, sed pro historia originis primaeque spiritualitatis vicissitudinumque ipsius franciscanismi. E pluribus recensionibus de opere editis hoc loco sequentes citamus: HERWIG OOMS, O.F.M., in *Franciscana,* 1949, t. IV, p. 113-115; CH. DEREINE, S.J., in *Rev. Hist. Eccl.,* 1949, t. XLIV, p. 633-636; J. VAN MIERLO, S.J., *Losse beschouwingen over het ontstaan der Begijnen- en Begardenbeweging,* in *Ons Geest. Erf,* 1949, t. XXIII, p. 121-149, 247-267.

P. BONAVENTURA

1075. — V. SEMPELS, *Bijdrage tot de geschiedenis van het ontstaan van de Kruisweg in onze gewesten,* in *Miscellanea moralia Arthur Janssen* (cf. *supra,* n. 104), p. 601-620, Leuven-Louvain, 1948.

In conspectu historico devotionis Viae Crucis, in manuscriptis a defuncto P. AMEDEO A ZEDELGEM, O.F.M.CAP., relictis reperto et in *Collect. Franc.,* 1949, t. XIX, p. 45-142, edito (*Aperçu historique sur la dévotion au Chemin de la Croix*) hic commentarius V. SEMPELS de historia originis Viae Crucis in regionibus Neerlandicis collocari nondum potuit. Plures quidem in eo proferuntur novae notitiae quarum aliquae momentum Ordinis franciscani pro historia istius pii exercitii

in Belgio magis illustrant. Quae quidem notitiae attingunt conventus O.F.M.Rec. Mechliniae, Herentals et Diest, conventum O.F.M.Cap. Lovanii, monasterium O.S. Clarae Mechliniae, et opusculum a quodam sodali provinciae S. Joseph O.F.M.Rec. in comitatu Flandriae compositum et an. 1751 Iprae apud THOMAM FRANCISCUM WALWEIN editum: *Oorspronc ende voortganck der devotie van den Cruys-weg ons Heere Jesu Christi.* P. BONAVENTURA

1076. — LUCIANUS CEYSSENS, O.F.M., *Van de veroordeling der 65 lakse proposities in 1679 naar de veroordeling van de 31 rigoristische proposities in 1690*, in *Miscellanea moralia Arthur Janssen* (cf. *supra*, n. 104), p. 77-109, Leuven-Louvain, 1948.

Postquam an. 1679, decreto S. Officii die 2 martii emanato, 65 sententiae systematis moralis quod dicitur laxismus damnatae et prohibitae sunt, anti-jansenistae Lovanienses, magis coniuncti, similem damnationem sententiarum rigorismi maiore cum studio obtinere conabantur. Huius contentionis historiam A. describit, utens praeter alios fontes imprimis etiam litteris FRANCISCI PORTER, O.F.M.REC., Hiberni, qui Romae exstabat unus ex procuratoribus anti-jansenistarum Lovaniensium. Praeter hunc aliorumque Ordinum religiosos, alii quoque Fratres Minores operam suam praestabant, uti GULIELMUS VAN SICHEN, antea Minister prov. Inferioris Germaniae, BERNARDINUS FORSTAL, Hibernus, de Collegio S. Antonii Lovanii, PATRITIUS DUFFY, pariter Hibernus, in eodem Collegio Lovaniensi theologiae « ad mentem Doctoris Subtilis » professor, qui a secreto consilio anti-jansenistarum Lovaniensium primum Matritum, deinde Romam deputatur. Praecipuum autem meritum in promovenda damnatione 31 sententiarum, decreto S. Officii die 7 dec. 1690 prohibitarum, iuxta A. tribuendum est FR. PORTER. P. BONAVENTURA

1077. — F. VENNEKENS - C. COPPENS, O.S.B., *Chronologische lijst van de stukken voorhanden in het Charterboek van Gaasbeek*, in *Eigen Schoon en de Brabander*, 1947, t. XXX, p. 116-123: 1948, t. XXXI, p. 303-324.

In hoc elencho chronologico documentorum haec inveniuntur franciscana, scil. litterae Sororis ALEIDAE, abbatissae monasterii O.S. Clarae Bruxellis (1383), Fratris GERARDI, guardiani conventus O.Min. Bruxellis (1383), Fr. PAULI, guardiani conventus O.Min. Dordraci (1383), Fr. ARNOLDI, O.Min., Ultraiecti (1385), Fr. JOANNIS, ministri O.Min. Coloniae (1390) (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 122).

P. BONAVENTURA

1078. — J. SCHOONJANS, « *Castra Dei* ». *L'organisation religieuse des armées d'Alexandre Farnèse*, in *Miscellanea historica in honorem Leonis Van der Essen*, p. 523-540, Bruxelles, 1947.

Apud copias Hispanicas ALEXANDRI FARNESE altera parte saec. XVI in Flandria commorantes cappellanorum militum partes, praeter alios religiosos, initio agebant praesertim Fratres Minores Observantes, postea vero Patres Societatis Jesu primas tenebant. Inter Fratres Minores imprimis memorantur Patres Hispani CLAUDIUS DE MIDOLLA, cappellanus maior (1583), SANTESTEBAN (1585) et PETRUS AMERIQUE, nec-

non Itali MARCELLUS MARSADA (1592) et ANTONIUS GRANATA (1588), quorum primus ob falsarum reliquiarum venditionem, alter propter mores non optima fama gaudebat. P. BONAVENTURA

1079. — [LAMBERTUS-MARIA KORTLEVEN, O.F.M.] *Bulletijn van de Vlaamse Minderbroedersprovincie van Sint Jozef in België 1922-1945*. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1948. In-8°, 426 p.

1080. — *Catalogus Domuum et Fratrum Almae Provinciae S. Joseph in Belgio Ordinis Fratrum Minorum*. Mechliniae, Typographia Provinciae, 1948. In-8°, 66 p.

1081. — *Provinciale Verordeningen en Gewoonteboek van de Minderbroeders van de Provincie St. Jozef in België*. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1947. In-8°, 14-62 p.

« Ordinationes provinciales et liber consuetudinum Fratrum Minorum Provinciae S. Joseph in Belgio ».

1082. — *Voorschriften voor de Minderbroeders-Missionarissen van de Provincie van S. Iozef in België*. Mechelen, 1947. 8 p.

1083. — *St. Franciscus Almanak 1949*. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1948. In-8°, 48 p.

1084. — *St. Antonius Volksalmanak 1949*. Mechelen, St. Franciscus-Drukkereij, 1948. In-8°, 64 p.

1085. — HILDEBRAND [VAN HOOGLEDE], O.F.M.CAP. *De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik*. Deel III: *De Waalse Provincies*. Antwerpen, Archief der Kapucijnen, 1947. In-8°, 330 p. cum plur. tab.

1086. — HILDEBRAND [VAN HOOGLEDE], O.F.M.CAP. *De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik*. Deel IV: *De Waalse Religieuzen*. Antwerpen, Archief der Kapucijnen, 1948. In-8°, 408 p. cum plur. tab.

Dum circa vol. III peculiaremque totius huius egregii operis indolem lectorem ad relationem in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 215-221, revocamus, de vol. IV hoc loco id tantum dicere iuvat, quod praemissis notitiis generalibus de statu personali provinciarum Capuccinorum in Wallonia (prov. Wallonicae, Leodienis, Insulensis) et de indole et fontibus ipsius voluminis, continet elenchum alphabeticum omnium (3668!) Religiosorum istarum provinciarum, quorum cuiusque vitae singula tempora, quantum A. ex fontibus eruere potuit, quam accuratissime indicantur (p. 29-351). In fine additi sunt varii indices scil. locorum, nominum gentilium fratrum, Capuccinorum exterorum, aliorum Ordinum religiosorum, sanctorum, principum Ecclesiae, principum nobiliumque saecularium, artificum, fratrum laborantibus pestilentia inservientium vel eadem lue mortuorum. Maxima huius voluminis utilitas manifesta est. P. BONAVENTURA

1087. — EMMERICUS AB IZEGEM, O.F.M.CAP., *Historia Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum in ditionibus Neerlandicis*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 215-221.

Ampla exhibetur relatio de voluminibus I-III operis P. HILDEBRANDI AB HOOGLEDE, O.F.M.CAP., *De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik*, Antwerpen, 1945-1947.

1088. — ÉDOUARD DE MOREAU, S.I., *Les Capucins en Belgique*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 473-502.

Edito a P. HILDEBRANDO AB HOOGLEDE, O.F.M.CAP., volumine IV operis magni de historia Capuccinorum provinciarum Belgicarum (*De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik*, Antwerpen, 1945-1948; cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 215-221), A. conspectum historiae Capuccinorum in Belgio imprimis iuxta hoc opus exhibuit, praemissis brevibus notitiis de fundatione Ordinis Capuccinorum eiusque constitutione interna ac indole propria, ceteris autem partibus historiae, in quattuor prioribus tomis operis a P. HILDEBRANDO nondum tractatis, usque ad nostra tempora iuxta alios auctores summarie descriptis. Itaque A. non res novas proponere intendit. Postea P. HILDEBRAND volumina V-VI operis sui edidit, quae tractant de conventibus et provincia Flandriae (Antwerpen, 1950-1951). Totum opus non septem volumina, ut A. (p. 473, nota 1) dicit, sed decem complectetur. A., notus historiae Ecclesiae praesertim in patria sua pervestigator et scriptor, momentum Capuccinorum in historia ecclesiastica Belgii opportuno suo commentario apte illustravit.

P. BONAVENTURA

1089. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *The Capuchins in the Low Countries*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 43-60.

De primordiis (an. 1585-1587) veteris provinciae Belgicae O.F.M.Cap., quae hodiernas provincias Belgii et Hollandiae amplectebatur, agitur in *Collect. Franc.*, 1932, t. II, p. 326-347, 462-488; A. idem argumentum adgressus est pertractare illudque usque ad an. 1585 perduxit, disserens de primo adventu Fr. Min. Capuccinorum in has regiones et describens fundationem singulorum conventuum, et coronidis instar exponit spiritum ac mentem primorum fratrum, quorum aliqui propensionem mysticam in eorum agendi ratione manifestabant. Expositio est clara et copiosa atque in exquisitis monographiis HILDEBRANDI AB HOOGLEDE, O.F.M.CAP., ut plurimum innititur (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 215-221). P. MELCHIOR

1090. — *Status personalis Provinciae Belgicae* [O.F.M.Cap.] die 6 februarii 1947. Pro manuscripto. s.n.t. In-8°, 23 p.

1091. — *Schematismus Provinciae Belgicae Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum* [7 februarii 1947]. s.n.t. In-8°, 64 p.

1092. — *Rapport sur le premier congrès du Cercle d'Études pour l'Apostolat tenu à Ciney du 15 au 18 décembre 1947*, in *Vox Minorum*, 1947-48, t. II, p. 133-145.

Concionatores O.F.M.Cap. provinciae Belgii, qui in sacro ministerio exercendo lingua gallica utuntur, mense dec. an. 1947 in coenobio urbis Ciney convenerunt ut viribus unitis et mutuis conlatis experientiis efficaciorem pararent viam ad sacrs expeditiones inter populum fidelem peragendas. Praesens relatio continet summa capita a relatoribus explanata. P. MELCHIOR

1093. — P. CAROLUS [VAN ANTWERPEN], O.F.M.CAP. *De Aartsbroederschap van het Koordje van den H. Franciscus van Assisi.* 3e verb. en verm. uitgave. Antwerpen, Franciscaanse Standaard, 1946. In-16°, 64 p.

1094. — SEBALD VAN RUYSEVELT, O.F.M. *De Franciscaanse kerken in België. De stichtingen van de 13e eeuw. Proefschrift aangeboden tot het verwerven van den graad van Licenciaat in de Oudheidkunde en Kunstgeschiedenis aan de Katholieke Universiteit te Leuven.* Dactylographico prelo scriptum, 1946. In-4°, X-(23)-239 p.

1095. — FLORIS PRIMS. *Geschiedenis van Antwerpen.* T. IX: *Met Oostenrijk en onder de Franschen, 1715-1814.* Vol. 3: *De geestelijke Orde.* Antwerpen, Standaard-Boekhandel, 1948. In-8°, XI-202 p.

In hoc volumine, quod est pars XXV magni operis de historia civitatis Antverpiae, A. egit de Fratribus Minoribus Recollectis in p. 118-122, ubi mentionem specialem fecit scholae biblicae linguarumque biblicarum musaei P. GULIELMI SMITS, et de Monialibus S. Clarae in p. 122-123. Breviores insuper notitiae inveniuntur de concionatoribus O.F.M.Recollectorum THIELENS, SAMEN et VRANCKX, de catechismo iterum ac iterum edito P. CLAUS, de strenuis Gallorum adversariis PP. SAMEN, VAN WESEL et DE LEEUW, de servitio a Fratribus Minoribus in cura animarum continuo praestito in ecclesiis S. Georgii et S. Catharinae (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 113). P. BONAVENTURA

1096. — V. BALTER, *Les ermitages dans le Luxembourg*, in *Annales de l'Institut archéologique du Luxembourg*, 1948, t. LXXIX, p. 107-132.

Eremitae apud capellam *N. Dame de Bonne Conduite* in Bastenaken plerumque erant tertiarii ex conventu O.F.M.Rec. illius oppidi. Mentio fit tertiarii ROBERTI DE MANDE († 1686) (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 127). P. BONAVENTURA

1097. — A. BAGUETTE, *Toponymie de Bolland*, in *Bull. Institut Archéol. Liégeois*, 1945, t. LXV, p. 113-138.

De conventu O.F.M.Rec. in Bolland, an. 1624 fundato et an. 1797 suppresso, quaedam brevis notitia.

1098. — J. DUPONT, *L'instruction publique dans le canton de Waremme sous le régime français*, in *Chronique archéologique du pays de Liége*, 1946, t. XXXVII, p. 49-56.

Inter fratres conventus O.F.M.Rec. in Borgworm et magistratum huius civitatis pluries, uti an. 1669 et 1776, tractata est institutio publicae scholae studiorum humanitatis in eodem conventu, sed tractationes ad exitum desideratum non pervenerunt (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 62). P. BONAVENTURA

1099. — S. F. MAES, O. PRAEM. - J. PR. DREESEN. *De geschiedenis van Bree.* Eerste bijdrage: *De parochie, de oude kloosters.* Bree, Ons Erf, 1946. In-8°, 172 p.

Plures notitiae adferuntur de operositate in loco Bree explicata a Fratribus Minoribus conventuum finitimorum, praesertim in mona-

sterio Nostrae Dominae « ter Riviere » Sororum T.O.Fr. (1464-1796), cuius rectores erant, necnon de « Kapucijnenhuis » i. e. de domo, in qua Capuccini habitabant, cum concionandi causa in Bree degebant (1631-1796) (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 22s.). P. BONAVENTURA

1100. — AUBAIN HEYSSE, O.F.M., *Trois couvents des Observants à Bruges et environs* (*1461, 1462, 1468*), in *Arch. Franc. Hist.*, 1948, t. XLI, p. 217-239.

Notitiis ex documentis authenticis excerptis A. describit primordia trium domorum, quas saec. XV Fratres Observantes Brugis vel prope hanc civitatem erexerunt. Siquidem an. 1461 munificentia nobilis JOANNIS DE BAENST in ipsa civitate Brugensi sumitur prima domus; mox tamen difficultates oriuntur tum ex parte publici magistratus tum ex parte Ordinum Mendicantium; idcirco Fratres Observantes civitatem relinquunt, et insequente an. 1463 in territorio vulgo *Sychele* alteram sedem suscipiunt; locus autem minus conveniens apparuit, et antequam fabrica ad finem perduceretur, illum fratres reliquerunt ut prope civitatem ad Portam Asinariam an. 1468 sese conferrent, ubi usque ad an. 1515 pacifice permanserunt, quo anno vetus coenobium Fr. Conventualium inhabitare coeperunt. Coronidis instar editur concordatum circa hanc tertiam domum signatum an. 1469 a duce Burgundiae. P. MELCHIOR

1101. — J.D.S., *Schending van het kerkelijk asylrecht in 1376*, in *Biekorf*, 1947, t. XLVIII, p. 136-137.

Brevis notitia de quadam iuris asyli violatione apud Fratres Minores Brugenses an. 1376 perpetrata (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 121). P. BONAVENTURA

1102. — GILBERT VAN DER LINDEN, O.F.M., *Franciscaans Diest*, in *Franciscaanse Missiedagen te Diest van 19 tot 29 September 1948*, p. 1-6.

1103. — EDGAR SCHONNE, O.F.M., *Les Récollets à Durbuy* (*1628-1796*), in *Message franciscain*, 1948, t. III, p. 117-123.

1104. — A. DE BEER. *Gedenkboek Bisschoppelijk College. Eekloo. 1840-1940*. Gent, Die Grael, 1946. In-8°, 187 p.

Agitur in p. 27-29, de antiquis Fratribus Minoribus in Eekloo eorumque operositate et in tota parte secunda (p. 35-61) de schola latina, quam Fr. Min. Recollecti an. 1748-1809 moderabantur (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 19). P. BONAVENTURA

1105. — FRANCESCA [C. TUYPENS], *O. L. Vrouw ten Doorn en de Minderbroedersorde*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 137-138.

Presse narratur historia imaginis Nostrae Dominae de Spinis in Eekloo eiusque necessitudinis cum conventu Sororum S. Catharinae de Tertio Ordine S. Francisci (ab an. 1449) necnon cum Fratribus Minoribus Recollectis qui an. 1649 primam sedem, et hac tempore subversionis Gallicae suppressa (an. 1797), an. 1866 novam sedem in Eekloo fixerunt. P. BONAVENTURA

1106. — *Vijf Eeuwen Mariadevotie te Eekloo* (*1448-1948*). Gent, Zusters van Liefde, 1948. In-8°, 32 p. cum ill.

1107. — *Notice jubilaire sur la Dévotion à Notre-Dame aux Épines* (*1448-1948*). Gand, Revue Caritas, 1948. In-8°, 32 p. cum ill.

Hoc opusculo, quod est fasciculus specialis periodici commentarii *Caritas*, illustratur quidnam rationis intercedebat inter imaginem devotionemque B. M. V. ad Spinas in Eekloo, oppido Flandriae Orientalis, et Ordinem franciscanum, scil. Tertium Ordinem Regularem (1448), Sorores Poenitentes Recollectas (saec. XVI-XVII) et Fratres Minores Recollectos (1648) (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 125).

P. Bonaventura

1108. — Petrus-Baptista De Meyer, O.F.M., *De Minderbroeders in de Kempen vóór 1797*, in *Taxandria*, 1948, t. XIV, p. 37-51; 1949, t. XV, p. 35-49.

Variae notitiae afferuntur de operositate Fratrum Minorum in regione Belgii vulgo dicta «de Kempen» et praesertim de conventu O.F.M.Obs. (postea Rec.), an. 1471 fundato, in Herentals. A. imprimis hausit ex operibus iam editis, adhibens quoque inedita documenta adservata in *Arch. Status*, Antwerpiae, et *Arch. O.F.M.* in St.-Truiden (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 29). P. Bonaventura

1109. — Gerebern Mens [van Herselt], O.F.M.Cap. *Gedenkboekje van het Gouden Jubileum der Paters Capucijnen te Herentals. 1897-1947*. Herentals, Klooster, 1948. In-8°, 40 p.

Hic libellus ad celebrandum quinquagesimum annum fundationis conventus O.F.M.Cap. in Herentals editus, continet, praeter descriptionem ipsius celebrationis, notitias de historia conventus, de S. Antonio, de Tertio Ordine Franciscano, de Capuccinis in Herentals sepultis, et de Superioribus conventus. P. Bonaventura

1110. — Hugolin Lippens, O.F.M., *Een vijftal kleine stukken aangaande het vroegere Minderbroedersklooster van Leuven*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 75-80.

Documenta historiam antiqui conventus Lovaniensis Fratrum Minorum saec. XIII-XV spectantia rarissima adhuc innotuerunt, quorum aliqua ab A. significantur. Nunc idem A. in quodam archivo privato alia quinque instrumenta repperit, ad an. 1384, 1416, 1427, 1487, 1489 pertinentia, eaque, brevibus notis instructa, edit. P. Bonaventura

1111. — R. Bragard, *La vente de trois tableaux de Gérard Douffet en 1700 à Liége*, in *Chronique archéol. du Pays de Liége*, 1945, t. XXXVI, p. 44-53.

Una ex tribus tabulis fuit in conventu O.F.M.Rec. Leodiensis.

1112. — J. Sianne. *L'Église et la paroisse Saint-Antoine à Liége, 1244-1945*. Liége,, Vaillant-Carmanne, 1946. In-8°, 82 p. cum 21 ill.

1113. — *Vieux coins de Liège... La Cour des Mineurs et l'Église Saint Antoine*, in *Le Patriote illustré*, 1947, t. LXIII, n. 29, 20 juillet.

1114. — Prosper Verheyden, *Limburgsche Boekbanden*, in *Limburg*, 1946-47, t. XXVI, p. 165-199.

Adferuntur etiam notitiae de quodam Fr. Huberto, O.Min., librorum glutinatore, qui vixit prima parte saec. XV, de conventu Sororum Franciscanarum S. Katherinendal in Hasselt, et de conventibus O.F.M.Rec. in St. Truiden et in Tongeren (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 77 s.).
P. Bonaventura

1115. — Eduard Fraussen, O.F.M. *De Minderbroeders te Lokeren (1848-1948)*. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1948. In-8°, 91 p. cum ill.

1116. — Eduardo Fraussen, O.F.M. *Een merkwaardig document voor onze geschiedenis.* (Extractum ex *Annalen van de Oudheidkundige Kring van het Land van Waas*, 1948, t. LVI, n. 1). In-8°, 8 p.

Documentum de quo agitur pertinet ad historiam conventus Fratrum Minorum in Lokeren in Flandria Orientali (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 19).
P. Bonaventura

1117. — Mattheus Verjans, O.F.M., *Het kloosterwezen te Mechelen*, in *Mechelen de Heerlijke*, ed. Rob. Foncke, p. 633-651, Mechelen, Uitgeverij Plantijn, [1947?].

1118. — J. Balon, *Au fil des testaments de Catherine de Savoie, comtesse de Namur (1381-1388). Regards sur la vie au moyen âge*, in *Annales de la Société archéologique de Namur*, 1947, t. XLIV, p. 205-269.

Notitiae utiles in hac dissertatione inveniuntur circa historiam conventus Fratrum Minorum Namurci, in cuius ecclesia nonnulli comites Namurcenses saec. XIII et XIV sepulcrum sibi elegerunt. Praeter Namurcensem Catharina de Sabaudia in testamento suo meminit conventus Nyon in Gallia et, inter testamenti extensores, Joannis van Rebecche, O.Min. (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 100).
P. Bonaventura

1119. — Hector Van de Velde. *Het Oudenaardsche door de Eeuwen heen...* Leupegem, Drukkerij Vande Velde, 1946. In-8°, 277 p.

Agitur etiam de conventibus Fratrum Minorum, Sororum Poenitentium T.O.Fr. et Capuccinorum.
P. Bonaventura

1120. — Henri Liebrecht. *Les Chambres de Rhétorique.* (Coll. Notre Passé). Bruxelles, La Renaissance du livre, 1948. In-8°, 139 p.

A. notitias adfert de repraesentationibus symbolicis quas Fratres Minores in Oudenaarde iam initio saec. XV instituebant in processionibus Ss. Sacramenti ab ipsis conductis. Huiusmodi repraesentationes multum contulerunt ad artis scaenicae evolutionem in regionibus Neerlandicis (*Franciscana*, 1950, t. V, p. 66s.).
P. Bonaventura

1121. — J. Planquaert. *Peteghem, haar Romeinse villa, onderaardse wereld, middeleeuwse kloosters, Beaulieu-abdij, kerken en kapellen, paleis en hof van koningen en prinsen*. Brussel, Vermaut, 1948. In-8°, 188 p.

Haec loci Peteghem prope Oudenaarde descriptio continet in cap. XV (p. 79-110) historiam abbatiae S. Clarae in Beaulieu mo-

nialium O.S.Cl., an. 1297 fundatae imprimis pro filiabus genere illustribus. Huius monasterii directionem spiritualem Fratres Minores habebant. Anno 1783 monasterium suppressum est (p. 162-166) (*Franciscana*, 1950, t. V, p. 74-76). P. BONAVENTURA

1122. — MAURICE GOYENS. *Geschiedenis van Kortenbosch.* Hasselt, N.V. De Limburgsche Drukkerijen, 1948. In-8°, 157 p.

Fratres Minores conventus in Sint-Truiden artissime cum historia sanctuarii B.V. Mariae in Kortenbosch coniuncti sunt, ita quidem ut peregrinationum ad hunc locum institutores haberi possint. Iam enim sacra imago donatur a FRANCISCO DE MENJOEY, O.F.M.REC. († 1663), et NICOLAUS RAY, eiusdem Ordinis, constructionem ecclesiae moderatus est, ceteris Fratribus cum Praemonstratensibus in propaganda devotione et peregrinationibus ad sacram imaginem aemulantibus. De hoc Fratrum Minorum pio studio A. in suo opere tractare non omisit (*Franciscana*, 1948, t. II, p. 104). P. BONAVENTURA

1123. — *Onze Lieve Vrouw van Kortenbosch 1648-1899-1948.* Averbode, Altiora, 1948. In-8°, 48 p.

1124. — A. BEEUWSAERT. *Tielt en Omstreken tijdens de Franse Omwenteling. Boerenkrijgshulde 1798-1948.* Tielt, Lannoo, 1948. In-8°, 32 p.

Quaedam notitiae inveniuntur de Fratribus Minoribus Recollectis in Tielt et de P. JACOBO VERGAUWEN, O.F.M.REC. (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 125). P. BONAVENTURA

1125. — GILBERTUS REMANS, O.F.M., *Vliermaalroot*, in *Limburg*, 1947-48, t. XXVII, p. 21-39.

Exponuntur rationes quae intercedebant, inde a saec. XVII, inter parochiam Vliermaal et capellam Vliermaalroot et Fratres Minores conventus in Tongeren (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 27).
P. BONAVENTURA

1126. — J.E. JANSEN, O.PRAEM. *Turnhout en de Kempen in het raam der vaderlandsche en kerkelijke geschiedenis.* Turnhout, Brepols, 1946. In-8°, 400 p. cum ill.

1127. — J.E. JANSEN, O.PRAEM. *Gids voor de bezoekers der Stad Turnhout en omstreken.* Tweede vermeerderde en verbeterde uitgaaf. Turnhout, J. Van Mierlo-Prost, 1947.

Notitiae inveniuntur de conventu O.F.M., de Sororibus Franciscanis a S. Familia, T.O.Reg., de monasterio Monialium O.S.Cl.Col.
P. BONAVENTURA

1128. — J. THISQUEN, *Documentation: Miracle à N. D. des Récollets de Verviers (1694)*, in *Archives verviétoises*, 1948, t. VI, p. 13.

1129. — AUGUSTE MAQUINAY. *Histoire de la paroisse de Verviers depuis ses origines jusqu'à nos jours.* (Bulletin de la Société verviétoise d'Archéologie et d'Histoire, 1944-45, t. XXXIV). Verviers, Leens, 1947. In-8°, 386 p.

Praeter nonnullas alias notitias franciscanas, uti de MATTHIA HAUZEUR, O.F.M.REC., hoc opus continet historiam conventus Recollectorum (p. 116-121), Conceptionistarum (p. 121-123), Recollectinarum (p. 132-134), Capuccinorum (p. 135-137), hospitalis T. O. Regulari concrediti (p. 142-147) et Collegii S. Bonaventurae Fratrum Minorum (p. 147) (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 110s.).

P. BONAVENTURA

1130. — C. O'KELLY, *Auxiliaires des curés de Dalhem (1645-1796)*, in *Leodium*, 1947, t. XXXIV, n. 8-12, p. 30-32.

Parochis loci Dalhem auxilium in cura animarum imprimis praestabant Fratres Minores Recollecti conventuum in Visé, Bolland, Maastricht et Lichtenberg, et mentio specialis fit P. JOANNIS JACOBI (1679), P. STEPHANI BODENNE (1691), P. ROBERTI DE UBAGS (1693) (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 107). P. BONAVENTURA

1131. — JORIS VLAEMYNCK. *Willem van Roebroek*. Brugge, De Kinkhoren, 1946. In-8°, 48 p.

1132. — J. GÉRARD. *Pierre Fardé ou l'explorateur sans bagages*. (Coll. Roitelet, n. 35). Bruxelles, Durendal, 1944. In-8°, 110 p.

1133. — É. DE MOREAU, S.J., *Prêtres belges tués par les Gueux, 1566-1582*, in *Nouv. Rev. Théol.*, 1947, t. LXIX, p. 785-812.

Inter religiosos oriundos ex Belgio et interfectos a Geuziis haereticis A. plures memorat Fratres Minores Recollectos, scil. JOANNEM LAMY (┼ 18 s. 19 iun. 1569), JOANNEM VAN DEN PUT (Puteanum; ┼ 3 aug. 1579), inter sanctos Martyres Gorcomienses (┼ 9 iul. 1572) FRANCISCUM DE ROYE Bruxellensem, GODEFRIDUM COART Mervellanum (Melveren), PETRUM VAN DER SLAGMOLEN Ascanum (Assche), inter martyres Alcmarienses (┼ 24 iun. 1572) DANIELEM DE ARENDONCK, CORNELIUM VAN DER STRAETEN DE DIEST, LUDOVICUM VOETS DE ARQUENNES, inter martyres Ruremundenses (┼ 23 iul. 1572) RAYNERIUM DE LINTRIS. Narratur insuper vis a Geuziis illata Franciscanis conventus Aldenardensis (sept. 1572), et conventuum Brugensis et Gandensis, quorum sex religiosi (FRANCISCUS MAERTENS, FRANCISCUS DE VONGHENAERE, MARTINUS REVELAERE; VINCENTIUS ISAAC, VINCENTIUS HOLFLATE, GHISLANUS BOEYE; cf. infra, n. 1136), a quibusdam consodalibus apostatis pessimi criminis unacum pluribus aliis fratribus accusati, supplicio affecti sunt (26 iul. et 28 iun. 1578), dum ceteri accusati aliis poenis gravibus multati sunt. Denique fit mentio RUDOLPHI DELPHII et MARTINI SUETENS (┼ mense aprili 1580, Mechliniae), undecim fratrum variis locis an. 1575, quinque an. 1578 Diestae, unius eodem anno Dixmudae, unius eodem anno Gandavi, THOMAE DE BEERINGEN DE TIRLEMONTE an. 1581, et denique JOANNIS GRAY, Scoti, die 15 iun. 1579, vi a Geuziis ipsis illata mortuorum. Itaque A., qui fontes severe examinavit, inter 125 sacerdotes et religiosos brevi 15 annorum spatio a Geuziis necatos, 37 Fratres Minores Recollectos enumerat. Quod certe Ordinis S. Francisci in Belgio maxima est gloria.

P. BONAVENTURA

1134. — ÉDOUARD DE MOREAU, S.J., *Le clergé des Pays-Bas méridionaux à l'époque des Troubles*, in *Bull. Classe de Lettres et des*

Sciences Morales et Politiques (*Acad. Roy. Belgique*), 1947, ser. 5, t. XXXIII, p. 195-214.

Exponitur quomodo clerus catholicus saecularis et regularis intra an. 1566-1585 contra sequaces Calvini in Belgio se gessit. Octo quidem Fratres Minores ad Calvinianos transierunt, ceteri vero strenue propugnabant et plus quam triginta sanguinem suum in defensione fidei catholicae fuderunt (cf. n. 1133) (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 20 s.). P. BONAVENTURA

1135. — AMIDEUS VAN DIJK, O.F.M., *Een belangrijk handschrift over Nederlandsche martelaren van 1572 en 1573*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, t. I, p. 227-230.

Afferuntur supplementa ad historiam Martyrum in Neerlandia iuxta quoddam manuscriptum adhibitum a LE SAGE in articulo *Geschiedenis der Hervorming in Nederland* an. 1839 edito (ubinam, non legitur in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 76, unde sumpsimus hanc notitiam). P. BONAVENTURA

1136. — NORBERTUS TEEUWEN, O.E.S.A., *Figuren uit de geschiedenis van Augustijnsch Vlaanderen. De martelaren Joos Van Dijcke en Clays Danneel*, in *O.L.V. van Goeden Raad* (Gent), 1947, t. XIX, p. 14-16.

Describitur supplicium quo die 28 iun. 1578 Gandavi duo Eremitae S. Augustini et tres Fratres Minores Recollecti temporibus Geuziorum affecti sunt. Nomina Fratrum Minorum, iuxta *Franciscana*, 1948, t. III, p. 118, hic sonant: V. YSART, V. HOFLATE, G. BOYE, dum É. DE MOREAU (cf. n. 1133) eos *Isaac, Holflate, Boeye* appellat.
P. BONAVENTURA

1137. — J. VERZIJL, *Testament van den Minderbroeder Joannes Baptista of Angelus van Brienen*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, t. II, p. 450-452.

Testamentum an. 1677 factum ante professionem religiosam a P. ANGELO [JOANNE BAPT.] VAN BRIENEN de Maastricht, O.F.M.Rec. († in conventu Maaseik, ante 1707) (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 121).
P. BONAVENTURA

1138. — JAN VERZIJL, *Testament van de Minderbroeder Waltherus Henricus Lenaerts*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, Bundel V, p. 364-367.

Testamentum editur quod die 28 apr. 1713 WALTHERUS LENAERTS, O.F.M.REC., de St. Truiden, fecit ante suam professionem religiosam (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 123). P. BONAVENTURA

1139. — Mgr. [KAREL] CRUYSBERGHS, *De priesters tijdens de Franse Revolutie*, in *Pastor Bonus*, 1948, t. XXV, p. 97-115.

Inter sacerdotes qui in Belgio tempore revolutionis ut dicitur Gallicae se abdere coacti sunt, memoratur Frater Minor Recollectus CEUSTERS, qui in Meerhout sub obtentu cognominis *Suske de Metser* occultabatur (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 101). P. BONAVENTURA

1140. — Mgr. K. Cruysberghs. *Voor Outer en Heerd.* Leuven, De Vlaamse Drukkerij, 1948. In-8°, 144 p.

Nonnullae breves notitiae inveniuntur de Fratribus Minoribus Recollectis Ceusters et Mutsaerts, tempore dominationis Gallicae, exeunte saec. XVIII (*Franciscana,* 1949, t. IV, p. 27).

P. Bonaventura

1141. — Bruno Vijdt, O.F.M. *Dagen van Innigheid. Retraitegedachten van den Dienaar Gods P. Valentinus Paquay, O.F.M.* (Bibliotheca Spiritus. Geschriften over en voor ons geestelijk leven, onder de leiding van P. Fr. De Pauw, O.P. Tweede reeks. Nummer 2). Antwerpen, 't Groeit, (1947). In-8°, 226 p.

Praemissa brevi descriptione vitae P. Valentini Paquay, 26 allocutiones, quas idem vir sanctus Monialibus S. Clarae pro exercitiis spiritualibus habuit, eduntur iuxta textum ab ipsis monialibus audientibus maiore ex parte litteris mandatum. P. Bonaventura

1142. — Ignace Beaufays, O.F.M. *Le Père Valentin Paquay. Le saint petit Père d'Hasselt.* Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 144 p.

De Servo Dei Valentino Paquay, O.F.M. (1828-1905) iam antea descriptiones vel notitiae biographicae prodierunt (cf. hanc *Bibliogr. Franc.,* t. VI (1938-39), n. 3505-06; t. VII (1940-46), n. 5046-49). In praesenti biographia, a Michaele Even in linguam Gallicam conversa, fusius eiusdem sancti viri vita describitur et efficax exemplum seraphicae simplicitatis, alacritatis et laetitiae proponitur.

P. Bonaventura

1143. — Marie-Joseph Rivière, O.F.M., *Le P. Valentin Paquay,* in *Revue du Rosaire,* 1946, p. 47-50.

1144. — Marie-Joseph Rivière, O.F.M., *Le P. Valentin Paquay, O.F.M. (1828-1905) à l'école de Marie pour mieux servir Jésus,* in *Message marial de paix. Revue de doctrine et de piété mariales* (Villeneuve-sur-Lot), 1947, t. I, p. 58-59.

1145. — M.J. Rivière, O.F.M., *Les trois «Ave» et le Père Valentin Paquay, o.m.f.,* in *Prop. Trois Ave,* 1947, t. XLVI, p. 99-100.

1146. — Gerebern [van Herselt], O.F.M.Cap. *Frater Eymard. Een Vlaamse Jongensziel.* (Editio 2). Brugge, Franciscaanse Standaard, 1946. In-8°, 156 p.

Editio altera et aucta descriptionis vitae Fr. Eymardi Daem ab Essche-Sancti-Livini, O.F.M.Cap. (1909-1927), an. 1937 prima vice editae et in *Collect. Franc.,* 1939, t. IX, p. 240-241 recensitae.

P. Bonaventura

1147. — *De Stad Izegem aan Z.H. Exc. Mgr Buyse, Bisschop van Lahore.* s.n.t. (1947). In-8°, 16 p.

Fasciculus splendide editus ad celebrandum primum ex Izegem oriundum episcopum missionarium, Marcellum Rogerum Buyse, O.F.M.Cap., die 12 iun. 1947 ad sedem episcopalem Lahorensem elevatum. Continet, praeter celebrationum seriem et carmen quoddam sol-

lemne, brevem notitiam biographicam novi praesulis et duas eiusdem epistulas ad cives Izegemenses de missione in India. P. BONAVENTURA

1148. — *Lector Generalis en Lectores jubilati*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 26-33.

Editur series bibliographica scriptorum Lectoris Generalis ANASTASII VAN DEN WIJNGAERT et Lectorum Jubilatorum EDUARDI FRAUSSEN, HILARIONIS THANS, NORBERTI BROECKAERT, OCTAVIANI SAGAERT, ILLUMINATI LANNOO, qui omnes sunt alumni prov. O.F.M. S. Joseph in Belgio. P. BONAVENTURA

1149. — *Lectores jubilati*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 81-87.

Editur elenchus bibliographicus quattuor alumnorum prov. O. F.M. S. Joseph in Belgio, qui recenter quinquagesimum annum a suo in Ordinem franciscanum ingressu complere potuerunt et per plures annos socii Collegii S. Bonaventurae in Quaracchi exstabant vel adhuc exstant, scil. ANDREAE GALLEBAUT, nati die 16 apr. 1876 et vestiti die 20 sept. 1896 (p. 81-83, n. 1-47), ALBANI HEYSSE, n. 7 ian. 1877 et vest. 24 sept. 1893 (p. 84s., n. 1-20), HUGOLINI LIPPENS, n. 1 maii 1879 et vest. 20 sept. 1896 (p. 85-87, n. 1-33), ZACHARIAE VAN DE WOESTYNE, n. 3 iul. 1878 et vest. 18 sept. 1895 (p. 87, n. 1-10). Hic quidem elenchus sola principaliora opera et dissertationes continet, elenchus autem completus postea editus est in opere FABIANUS BOLLEN, O.F.M. - LADISLAUS KERKHOVE, O.F.M., *Bibliographie der Minderbroeders van de Sint-Jozef Provincie in Belgie, 1833-1947*, Mechelen, 1950.

P. BONAVENTURA

1150. — *De wetenschappelijke bedrijvigheid van Z. E. P. Amedeus van Zedelgem*, in *Vox Minorum*, 1948-49, t. III, p. 385-395.

Bibliographia operum, dissertationum, articulorum a P. AMEDEO A ZEDELGEM, nostri periodici commentarii *Collectanea Franciscana* primo moderatore, conscriptorum, qua bibliographia edita in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 282-285, completur, cum etiam singuli articuli in « dictionariis » editi accurate adducantur. P. BONAVENTURA

9. - *Bolivia*

1151. — ALFONSO ZAWADZKY. *El Padre Fray Pedro Bautista Guati, O.F.M.* Cali, Imp. Bolivariana, 1948. In-8°, 26 p.

Sollers investigator notitias biographicas collegit huius religiosi viri, qui plures Americae Meridionalis nationes peragravit concionando. Lucem vidit in oppido Castro Mocho (Palencia) an. 1851, et an. 1877 in civitate Cuzco (Perú) habitum franciscanum induit; an. 1886 ad coenobium civitatis Cali (Columbia) destinatur et magnum concionatoris nomen adeptus est, sed iam mense maio an. 1888 urbem relinquere cogitur, et exinde per octo annos in Aequatoria sacrum ministerium exercuit; ob quandam eius evangelicam libertatem poena exsilii multatur et hoc saeculo ineunte ad Boliviam transmigravit, ibique usque ad obitum (30 aug. 1918) adlaboravit.

P. MELCHIOR

10. - *Brasilia*

1152. — ODULFO VAN DER VAT, O.F.M., *The first Franciscans of Brazil,* in *The Americas,* 1948-49, t. V, p. 18-30.

Cum in America Meridionali Hispanica an. 1565 iam quinque provinciae franciscanae florerent, in Brasilia, a Lusitanis occupata, sed propter Indias Orientales nimis neglecta, missiones magnis difficultatibus laborabant, et demum an. 1584 prima custodia franciscana erigi potuit et apostolatus firmiore ratione ac methodo procedere coepit. Haec omnia a noto historiographo missionum franciscalium iuxta fontes accurate exponuntur. P. BONAVENTURA

1153. — BASILIO RÖWER, O.F.M. *A Ordem Franciscana no Brasil.* 2 ed. Petrópolis, Editora Vozes Ltda., 1947. In-8°, 216 p. cum ill.

Quamvis titulus aliud significare videatur, hoc in opere tantummodo de Fratribus Minoribus in Brasilia fit sermo. Et primo quidem disseritur de eorum propagatione ab an. 1500, quo primi missionarii pervenerunt usque ad hos dies, quum numerantur 1048 sodales religiosi, 2 provinciae monasticae, 4 commissariatus et 137 domus religiosae. Deinde autem multiplex eorum actio explicata describitur tum apud fidelem populum sacerdotali ministerio et iuvenum institutione, tum apud tribus infideles, quas saepe ad humanum et christianum cultum reduxerunt. Demum recensentur viri sanctimonia illustres, qui prae omnibus singularem laudem assecuti sunt.

Prima editio huius operis prodierat an. 1942, sed nunc eam A. novis documentis et notitiis auctam in meliorem concinnavit formam. Non solum historiae franciscanae cultores, sed historiographi quoque Ecclesiae in Brasilia grates eidem rependent plurimas ob hunc tractatum secundum artis criticae normas exaratum. P. MELCHIOR

1154. — TEODORO DE ALFREDO CHAVES, O.F.M.CAP. *Cincoenta anos de actividades apostólicas dos Capuchinhos no Rio Grande do Sul (1896-1946).* Pôrto Alegre, Tip. do Centro, S.A., Rua Dr. Flores, 108, [1946]. In-8°, 256 p.

De historia generali actionis apostolicae Fr. Min. Capuccinorum in Brasilia semel et iterum in nostro commentario periodico actum est (*Collect. Franc.,* 1933, t. III, p. 601-604; 1938, t. VIII, p. 604-607). Adventantibus autem sub finem saec. XIX novis ex Europa operariis evangelicis, missiones inter silvicolas magnum incrementum suscepere et paulatim Ordo in his provinciis hierarchice perfecteque constituitur ad normam iuris. In regionem Fluminis Grandensis Australis pervenerunt sodales prov. Sabaudiae an. 1896, qui adeo alacrem impenderunt operam ut, quinquaginta annis nondum elapsis, scil. an. 1942, regularem provinciam monasticam constituerent, nempe prov. Caxiensem (cf. *Anal. Min. Cap.,* 1942, t. LVIII, p. 94-95), quae prima exstitit (et usqueadhuc unica) totius Ordinis in America Meridionali. Eius igitur primordia, incrementa et successus copia notitiarum in hoc opere exhibentur. A. praemittit multas praesulum gratulatorias litteras (p. 14-33), et deinde per ordinem disserit de singulis reli-

giosis domibus fundatis deque multiplici actione apostolica in eisdem indesinenter explicata, exhibitis quoque multis imaginibus earum luce expressis. P. MELCHIOR

1155. — ROBERT D'APRIEUX, O.F.M.CAP., *Une glorieuse page du franciscanisme en Amérique du Sud,* in *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 219-220, 241-244.

Commemoratio quinquagesimi anniversarii ab adventu Fr. Min. Capuccinorum prov. Sabaudiae in regionem Brasiliensem nuncupatam *Rio Grande do Sul* an. 1896, et constitutionis provinciae monasticae Caxiensis. P. MELCHIOR

1156. — INÁCIO DE RIBEIRAO PRETO, O.F.M.CAP. *A Custódia Provincial dos Padres Capuchinhos nos Estados do Paraná e de Santa Catarina de 1920 aos nossos dias.* San Antonio da Platina, Convento de S. Antonio, 1948. In-8°, 148 p.

An. 1919 committitur cura spiritualis regionis Paraná nuncupatae sodalibus religiosis Capuccinis prov. Venetiarum, qui ad eandem an. 1920 se contulerunt. A. huius dissertationis omnes et singulos commemorat qui, procedente tempore, apostolatum in hac regione exercuerunt, pariterque fundationem domuum refert, quae nunc 16 numerantur; adest insuper novitiatus domus ab an. 1935 et seminarium seraphicum ab an. 1930. P. MELCHIOR

1157. — MATIAS TEVES, O.F.M. *Entre os Mocambos de Recife. Frei Casimiro Brochtrup, O.F.M., o Missionario dos pobres.* Salvador-Bahia, Editora Mensageiro da Fé, 1948. In-16°, 129 p.

11. - *Canada*

1158. — *Les Pères Capucins en Acadie. Bénédiction d'un nouveau monastère à Bathurst (N.B.),* in *Echo S. Franç.*, 1947, t. XXXVII, p. 178-180.

Ab an. 1655, quo missionari Capuccini regionem Acadiae, quam ab an. 1632 evangelizaverant, reliquerunt, nullam ibi sedem habuerant usque ad an. 1947, quo die 14 apr. haec nova sedes inaugurata est. P. MELCHIOR

1159. — MARIE-ANTOINE DE LAUZON, O.F.M.CAP. *Cinquante ans de vie paroissiale (1896-1946). Les grandes étapes. Les œuvres. Saint Charles de Limoilou.* Québec, Imprimerie provinciale, 1946. In-8°, 149 p.

De hoc opere, quod apostolatum Fr. Min. Capuccinorum in ecclesia paroeciali S. CAROLI oppidi Limoilou (Canada), refert, actum est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 151.

1160. — *Souvenir de la grande Journée Mariale du 24 août 1947 au Sanctuaire du Lac Bouchette, P.Q. Echo régional du Congrès Marial d'Ottawa.* Lac Bouchette, «Le Messager de Saint-Antoine», 1947. In-8°, 72 p.

Mense augusto an. 1947 Fr. Min. Capuccini commissariatus provincialis Canadensis in sanctuario mariano et antoniano eorum curis commisso ad Lac Bouchette diem marialem celebrarunt, cuius acta et facta in hoc opusculo imaginibus ornato referuntur. P. MELCHIOR

1161. — *Le serviteur de Dieu Père Frédéric de Ghyvelde, Franciscain*, in *Messager S. Antoine*, 1948, t. LIV, p. 156-157, 176-178.

1162. — ONÉSIME LAMONTAGNE, O.F.M. *Voici le Bon Père Fréderic*. Trois-Rivières (Canada), Éditions B.P.F., 1948. In-12°, 30 p.

Descriptio cryptae, in qua corpus servi Dei FRIDERICI JANSSOONE, O.F.M., reconditum est, multis imaginibus luce expressis exornata. Accedunt aliqua fragmenta ex eius scriptis excerpta. P. MELCHIOR

1163. — P.E. TRUDEL, O.F.M. *Le serviteur de Dieu Père Frédéric de Ghyvelde et Bethléem*. Trois-Rivières (Canada), Éditions B.P.F., 1947. In-8°, 342 p.

Describuntur apostolatus FRIDERICI JANSSOONE, O.F.M., in Bethlehem eiusque conatus in promovenda devotione erga Jesum Infantem; pariter eiusdem scripta vulgantur, quae hoc argumentum respiciunt: Huiusmodi documentorum collectio facta non est ad normas artis criticae textualis; nihilominus ad cognitionem vitae et virtutum servi Dei inservire poterit. Cf. *Culture*, 1947, t. VIII, p. 366-367.

P. MELCHIOR

1164. — PAUL-EUGÈNE TRUDEL, O.F.M. *Le Procès Apostolique pour la Béatification du Père Frédéric, O.F.M.* Extrait de «La Vie des Communautés religieuses». Montréal, 1947. In-8°, 14 p.

1165. — M. HEGENER, O.F.M., *Good Father Frederick*, in *Franc. Herald and Forum*, 1947, t. XXVI, p. 201-205.

FRIDERICUS JANSSOONE, O.F.M., cuius curriculum vitae A. enarrat, natus est in Ghyvelde (Gallia) an. 1838 et habitum franciscanum induit in civitate Ambianensi an. 1864 atque an. 1870 presbyter ordinatur. Deinde missionarius in Terram Sanctam destinatur, sed potissimum in regione Canadensi mirifice operatus est ab an. 1890 usque ad obitum (4 aug. 1916), sepultusque est ad Cap de la Madelaine. Non solum qua concionator, sed qua scriptor quoque rerum spiritualium inclaruit, et ob sanctitatis famam qua in vita et post mortem circumdatus est, de eius glorificatione agitur inde ab an. 1940.

P. MELCHIOR

1166. — PASCAL [D' OTTAWA], O.F.M.CAP., *À la mémoire du R. P. Casimir de Cieutat*, in *Messager S. Antoine*, 1947, t. LIII, p. 139-142.

Iste sodalis provinciae Tolosanae O.F.M.Cap., cuius vitae curriculum hic describitur, natus est die 2 oct. an. 1879 et spiritum efflavit die 7 mart. an. 1947, postquam spatio 40 annorum (1900-1940) in regione Canadensi impense in sacro ministerio exercendo adlaboraverat. P. MELCHIOR

1167. — ALFRED [DE ST-ALEXANDRE, O.F.M.CAP.], *Noces de diamant de vie religieuse du T. R. P. Maurice [O.F.M.Cap.], 1886-1946*, in *Bull. Par. Lim.*, 1947, t. XXXVI, p. 196-198.

1168. — JOSEPH DE SALEM, O.F.M.CAP., *Le T. H. Frère Jean-Baptiste de Tavant*, in *Echo S. Franç.*, t. XXXVII, p. 114-116.

Notitia biographica huius fratris laici O.F.M.Cap. (1854-1947), sodalis prov. Tolosanae, qui ab an. 1896 in regione Canadensi vitam religiosam transegit. P. MELCHIOR

12. - *Chilia*

1169. — FR. PEREGRINO, O.F.M., *De nuestro martirologio franciscano. Fray Melchor de Arteaga* [O.F.M.OBS.], in *Mis. Franc.*, 1948, t. XXXII, p. 283-289.

Occasione occisionem huius missionarii enarrandi, qui die 23 dec. an. 1598 in exercitio sacerdotalis ministerii periit una cum aliis religiosis sodalibus, initia describuntur apostolatus Fr. Minorum de Observantia saec. XVI in hodierna republica Chiliensi. Dissertatio innititur fontibus historicis, qui accurate afferuntur. P. MELCHIOR

1170. — SEBASTIÁN ENGLERT [DE DILLINGEN], O.F.M.CAP. *La tierra de Hotu Matu'a. Historia, etnología y lengua de la Isla de Pascua*. Padre Las Casas (Chile), Impr. y Edit. «San Francisco», 1948. In-8°, 533 p.

Ipse titulus clare argumentum atque divisionem operis exhibet, quod A. sedula diligentia composuit, ita ut ceteros qui de hoc negotio scripserunt tum notitiarum copia, tum argumentorum vi, tum denique propria atque accurata interpretatione longe superet. Argumentum autem evolvitur usque ad an. 1866. P. MELCHIOR

13. - *Columbia*

1171. — PACÍFICO DE VILANOVA, O.F.M.CAP. *Capuchinos catalanes en el Sur de Colombia*. 2 voll. (Colección «Misiones Capuchinas», t. III-IV). Barcelona, Imprenta «Myria», 1947. In-8°, 320 et 290 p.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 342s.

1172. — ALFONSO ZAWADZKY. *Fundación de la Capilla de San Antonio de Padua en Cali. Bicentenario 1747-1947*. Cali, Impr. Bolivariana, 1947. In-8°, 52 p.

Probabile est quod iam ab an. 1613 in civitate Cali floruerat cultus S. ANTONII PATAVINI, in cuius honorem aderat in paroecia pium sodalitium; sed nonniisi an. 1747 peculiare oratorium erigitur, ex quo tempore cultus valde floruit. An. 1744 et 1750 irritum evasit tentamen instaurandi hac in civitate coenobium O.F.M., quod esset quoque collegium missionariorum. Praesens monographia maximi est momenti ad historiam ecclesiasticam Columbiae saec. XVIII-XIX: deest tamen accurata fontium significatio. P. MELCHIOR

1173. — Alfonso Zawadzky C. *Clero insurgente y clero realista. Informes secretos del Obispo de Popayán al Rey (1818-1819)*. 2 ed. Cali, Imprenta Bolivariana, 1948. In-8°, 94 p.

Tametsi hoc in opusculo praecipue agatur de ratione sese gerendi cleri saecularis erga supremos metropoleos Hispaniarum magistratus, tempore quo Columbiae cives ineunte saec. XIX pro suis iuribus tuendis vel statuendis decertabant, aliquae tamen in eo proferuntur notitiae ad sodales franciscales attinentes. Etenim ex relatione episcopi de Popayán Salvatoris Jiménez die 5 nov. an. 1818 ad Hispaniarum regem missa novimus religiosos sodales O.F.M. in coenobiis civitatum Popayán et Cali causam regis Hispaniarum tuitos esse (p. 50-51); addidit autem A. (p. 54) quod aliqui Fratres Minores pro patriae Columbiae iuribus propugnandis egregie sese gesserunt.

Mirabitur forsitan aliquis quod A. adeo inconsulte sententiam suam proferat (p. 13 s.) adversus patronatus regii institutionem. Facta ab eo allata et alia huiusmodi vera quidem sunt et deploranda; sed nefas nobis videtur totam illam saecularem institutionem ex tristibus saec. XIX eventibus condemnare et reprobare; secus enim conclusio latius pateret quam praemissae. P. Melchior

14. - *Dominicana Respublica*

1174. — Mauricio de Montecarlo, O.F.M.Cap., *Nuestra Custodia de Santo Domingo*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 82-83.

Sodales religiosi provinciae Baeticae O.F.M.Cap. ad Rempublicam Dominicanam pervenerunt an. 1909. A. huius commentarioli res gestas eorum qui actionem apostolicam moderati sunt breviter describit. In hac custodia adlaborant sexdecim operarii evangelici, quibus octo paroeciae commissae sunt. P. Melchior

15. - *Gallia*

1175. — *Decretum de nova circumscriptione Provinciarum Galliae*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 115-117.

Die 2 iul. an. 1947 S. Congregatio Negotiis Religiosorum praeposita decretum edidit, quo provinciae monasticae O.F.M. in Gallia quoad earum confinia mutantur, eadem adhibita norma quae in novis limitibus provinciarum Italiae definiendis inducta fuerat an. 1946 (cf. *Acta Ord. Min.*, 1946, t. LXV, p. 155-161). P. Melchior

1176. — André Marcel Burg, *Histoire de l'Église d'Alsace*. Colmar, Éditions Alsatia, 1946. In-8°, 371 p.

Ad historiam ecclesiasticam alicuius regionis cognoscendam peculiaris momenti sunt compendiaria opera, quae lineis magnis eventus describunt, ut qui particularibus incumbit quaestionibus statim totalem rerum actarum adspectum habeat. Cui fini opus A. vere auxilio est, nam utiles notitias praebet, principaliora facta et problemata tangit atque iudicat, necnon selectam exhibet bibliographiam. Demum index nominum et rerum faciliorem reddit librum sobrie limpideque conscriptum.

Fratres Minores variis in locis et diversis sub titulis apparent. A. tamen bibliographiam franciscalem neglexit, unde varia obiter dicta conspiciuntur. Praecipua opera collecta inveniri possunt in *Necrologio Provinciae Argentinae FF. Min. Obs.* (*1426-1541*), edito a P. Schlager, O.F.M., in *Analecta Franciscana*, t. VI (Quaracchi, 1917), p. 257; quibus addendum est Fl. Landmann, *Zum Predigtwesen der Strassburger Franziskanerprovinz in der letzten Zeit des Mittelalters*, in *Franz. Stud.*, 1926, t. XIII, p. 337-365; 1927, t. XIV, p. 297-332; 1928, t. XV, p. 96-120, 316-348.

Quod Fratres Minores Capuccinos attinet, A. usus est inquisitionibus historicis Archangeli Sieffert ab Altdorf, O.F.M.Cap. P. Laurentius

1177. — J. Schmidlin, *Religiös-sittliche Verfassung und Reformbestrebungen in den neuen Orden des Elsass am Vorabend des Dreissigjährigen Krieges*, in *Arch. Église Alsace*, 1947/48, t. II, p. 251-289.

1178. — Jean Orcibal. *Les origines du Jansénisme*. T. I: *Correspondance de Jansénius*. T. II: *Jean Duvergier de Hauranne, abbé de Saint-Cyran, et son temps* (*1581-1638*). T. III: *Appendices, bibliographie et tables*. (Bibliothèque de la *Revue d'Histoire Ecclésiastique*, fasc. 25-27). Paris, Libr. Philosophique J. Vrin, 1947-47-48. In-8°, XXVI-647; XVI, 686; 284 p.

Nemo non videt huius operis momentum ad historiam religiosam Galliae per saec. XVI et XVII cognoscendam. A. aequam Fr. Min. Capuccinis partem tribuit, qui doctrinam et rationem sese gerendi illuminatorum gallicorum acriter impugnabant et iura Ordinum religiosorum efficaciter propugnabant (cf. t. II, p. 443-447, 557-558; *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 472-473). Praeterea, etsi obiter, saepe in his voluminibus eorundem sodalium religiosorum actio memoratur, atque in notitiis afferendis A. fontibus historicis et bibliographicis innititur. P. Melchior

1179. — Godefroy de Paris, O.F.M.Cap., *La Cordelle-les-Vézelay. Premier Couvent de la Province franciscaine de France* (*1212-1790*), in *Amis S. Franç.*, 1948, n. 47, p. 3-10.

Amoene dicendi ratione A. vicissitudines prosperas et adversas narrat coenobii franciscalis in urbe Vézelay nuncupata, quo exeunte an. 1217 advenit Fr. Pacificus, quem S. Franciscus destinaverat in Galliam ad Ordinem suum propagandum. Quum in animo haberet A. monographiam scientificam typis vulgare, fontes historicos, e quibus notitias hauserat, non significavit. Textus, uti hic prostat, in collatione habita in Instituto Catholico Parisiensi prolatus est. P. Melchior

1180. — A. Ondet, *Clarisses et Cordeliers à Clermont-Ferrand. Un procès au XVII^e siècle*, in *Bull. hist. et scientif. de l'Auvergne*, 1947, t. LXVII, p. 169-202.

1181. — B. Secret, *Notre Dame de Myans et les Franciscains*, in *Rosier S. Franç.*, 1948, t. XLIX, p. 128-130.

Traditur brevis notitia de primo ingressu Fr. Min. Observantium in urbe Myans (Sabaudia) deque exstructione sanctuarii in honorem B. M. Virginis (1458-1466), quod magni est momenti in historia huius regionis. P. Melchior

1182. — CH. WITTMER, *Fragment d'un obituaire des Franciscains de Haguenau* (s. *XIV-XVII*), in *Études Hagueneauiennes*, 1948, p. 52-59.

1183. — ÉMILE BAUDSON. *Charles de Gonzague, Duc de Nevers, de Rethel et de Mantoue. 1580-1637*. Préface du DUC DE LA FORCE de l'Académie Française. Paris, Perrin, 1947. In-8°, 319 p.

Res ad historiam Fr. Min. Capuccinorum spectantes quae in hoc libro referuntur. expositae sunt in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 424-425.

1184. — H. CARRÉ. *Henriette de France, reine d'Angleterre* (*1609-1669*). Paris, B. Grasset, (1947). In-8°, 351 p.

De his quae comparate ad Ordinem Fr. Min. Capuccinorum in hoc opere leguntur, dictum est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 163-165.

1185. — JULIAN PHELAN [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *The Capuchins come to France*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 25-36.

A. varia tentamina pervestigat instaurandi Ordinem Fr. Min. Cap. in Gallia ab an. 1562 necnon eiusdem definitam instaurationem usque ad obitum (febr. 1575) primi Commissarii generalis PACIFICI A S. GERVASIO, O.F.M.CAP.

Infeliciter tamen A. prae manibus habere non potuit opus GODEFRIDI A PARIS, O.F.M.CAP., *Les Frères Mineurs Capucins en France. Histoire de la province de Paris*, t. I, Paris, 1937, illudque novit ex recensione edita in *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 408-411; itaque expositio iterum recognoscenda est. P. MELCHIOR

1186. — CHRISTIAN SCHEMBRI [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *The establishment of the province of Paris and Lyons*, in *Round Table. Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 41-50.

Haec descriptio propagationis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum in Gallia usque ad instaurationem provinciarum Parisiensis et Lugdunensis an. 1580 factam retractanda est secundum narrationem aliunde exaratam a GODEFROY DE PARIS, O.F.M.CAP., *Les Frères-Mineurs Capucins en France. Histoire de la province de Paris*, t. I (1562-1582), Paris, 1937 (cf. *Collect. Franc.*, 1938, t. VIII, p. 408-411). Alibi idem P. GODEFRIDUS exposuit rationes, quae prohibent quominus in hoc capite historiae exarando adhibeatur narratio ZACHARIAE BOVERII A SALUZZO, O.F.M.CAP. (cf. *Études Franc.*, 1937, t. XLIX, p. 40-60).

P. MELCHIOR

1187. — *Catalogus tertius Fratrum Minorum Capuccinorum provinciae Strasburgensis dispositus mense ianuario 1947*. Strasbourg-Koenigshoffen, 35 rue des Capucins, [1947]. In-8°, 40 p.

Opusculum refert in primis quasdam notitias historicas provinciae Strasburgensis (Alsatiae), deinde seriem sodalium religiosorum sive sacerdotum et clericorum sive laicorum; demum memorantur hi qui ab an. 1921 pie in Domino obierunt. Accedunt catalogus alpha-

beticus secundum singulorum sodalium nomina religionis et baptismatis, et litterarum diribitorium pro singulis Galliarum coenobiis O.F.M.Cap. P. MELCHIOR

1188. — WALBERT [VON EMMEN], O.F.M.CAP., *Kapuziner-Kommunisten*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 112-116.

Inde ab an. 1946 aliqui sodales religiosi provinciae Parisiensis O.F.M.Cap. in suburbanis Lutetiae Parisiorum, et ipsi opifices effecti, inter operarios in opificiis operam dant. A. qui hos « sacerdotes opifices » invisit, suam profert sententiam de natura et utilitate huiusce novae formae apostolatus. P. MELCHIOR

1189. — ALBANUS HEYSSE, O.F.M., *De vita S. Ludovici Episcopi Tolosani contenta in Codicibus Paris. Nat. Lat. 5376 et Ottobon. Lat. 2516*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 118-142.

Sectio historica Collegii S. Bonaventurae O.F.M. per plures iam annos laborat in edendis documentis vitam sancti praesulis franciscani illustrantibus. Duo codices praefati, ceterum noti (P. EDUARDUS ALENCONIENSIS, O. F. M. CAP., vitam S. LUDOVICI manuscriptam e *cod. Ottobon.* ediderat in *Anal. Min. Cap.*, 1897, t. XIII, p. 360-361; 1898, t. XIV, p. 21-22, 89-92), critice examinantur et comparantur, et libenter credimus A. patientiam suam duro adstrictam fuisse exercitio, quoadusque decem conclusionis puncta (p. 139-140) statuere valebat, e quibus summa capita referimus: Uterque textus ab eodem scriptore saeculi XIV (probabilius inter 1317 et 1343) exaratus est; auctor qui confecit *cod. Ottobon.* textum *Paris.* emendavit expurgando longiores excursus materiamque melius disponendo, *Ottobon.* proinde *codici Paris.* posterior est; auctor textus videtur esse frater Minor; textus vitae S. LUDOVICI in utroque codice idem est, licet brevior in *Ottobon.* His innixus elucubrationibus A. severe iudicat de *Vita S. Ludovici* in *Anal. Franc.*, t. VII, p. 255-258, iam edita etsi nondum vulgata, quae « a quodam plagiario utcumque contexta et compilata, nullius momenti aut utilitatis censenda est ». P. LAURENTIUS

1189[a]. — LÉON CHANCEREL. *Saint Louis d'Anjou.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1943. In-8°, 94 p.

1190. — PIERRE LAFUE. *Le Père Joseph, capucin et diplomate.* Paris, Hachette, 1946. In-12°, 256 p.

1191. — ALDOUS HUXLEY. *Die Graue Eminenz. Biographie Pater Josefs, des Beraters Richelieus. Eine Studie über Religion und Politik.* Übersetzt von H.E. HERLITSCHKA. Zürich, Steinberg Verl., 1948. In-8°, 336 p. cum 6 tab.

1192. — IDEM. *L'Éminence Grise. Étude de religion et de politique.* Traduction de JULES CASTIER. Monaco, Éditions du Rocher, 1947. In-8°, 387 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 421-424.

1193. — G. GRENTE (Archiep.). *L'Éminence Grise. Nouvelle édition revue et augmentée.* («Leurs Figures»). Paris, Gallimard, 1948. In-8°, 203 p.

1194. — G. HANOTAUX - DUC DE LA FORCE. *Histoire du Cardinal de Richelieu.* Tome VI. Paris, Plon, 1947. In-8°, 446 p.

1194[a]. — H. LEMOINE, *Le testament d'Achim d'Abos, sr. de Théméricourt (2 janvier 1607)*, in *Mémoires Soc. hist. Pontoise et Vexin*, 1947, t. LIII, p. 27-30.

In hoc testamento loquitur etiam de pucinia tradita coenobio O.F.M.Cap. in civitate Pontoise.

1195. — CONSTANT DE CRAON, O.F.M.CAP. *Le T. R. P. Bruno de Paris, O.F.M.Cap., superieur du séminaire Oriental de St. Louis du Péra, aumônier de l'Ambassade de France à Constantinople (1864-1943).* Avec préface de Mons. RAYMONDOS. Blois, Éditions «Notre-Dame de la Trinité», 1948. In-8°, 40 p.

Hic conspectus biographicus triplicem veluti sectionem comprehendit. In primis describitur actio sacerdotalis BRUNONIS PARISIENSIS in Galliis ab an. 1887, quo sacerdos ordinatur usque ad an. 1905, quo ad missionem Constantinopolitanam superior destinatur; deinde agitur de multiplici eius apostolatu in regionibus Orientis spatio 32 annorum (1905-1937), quo tempore sedulo invigilat seminario pro clero Orientali instituendo, assidue magno cum plausu conciones habet, multasque monographias componit. Demum, ingravescente aetate, an. 1937 in patriam definite regreditur et ad obitum usque (16 iun. 1943) bonum vitae religiosae exemplum dedit. P. MELCHIOR

1196. — *Adm. R. P. Jacobus a Blois, Iubilarius, iam Minister provincialis prov. Parisiensis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 157-159.

In hac notitia necrologica JACOBI A BLOIS, O.F.M.CAP. (1879-1947), enarrantur eiusdem res gestae tum in provincia Parisiensi moderanda, tum in sacro ministerio exercendo. Ad nos quod attinet, memorare iuvat eum singularem dissertatiunculam scripsisse in nostro commentario periodico editam circa ALBERTUM PARISIENSEM, O.F.M. CAP. († 1727); cf. *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 584-588.
P. MELCHIOR

1197. — *Adm. R. P. Simon a Chaumont, ex-Minister provinciae Lugdunensis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 192-194.

Curriculum vitae huius sodalis religiosi O.F.M.Cap. provinciae Lugdunensis, qui, natus an. 1874 ex familia RIBEYRON, animam Deo reddidit die 27 iun. an. 1948. Bis suam provinciam moderatus est (1925-1928, 1934-1937). P. MELCHIOR

16. - *Germania*

1198. — HILARIUS BREITINGER, O.F.M.CONV., *Sieben Jahrhunderte Oberdeutsche Franziskaner-Minoritenprovinz*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 78-81.

Brevissimae notitiae proponuntur de Ordine Fr. Min. Conventualium in genere et de eiusdem prov. Argentina in Germania huius-

que historia recentiore, additis imaginibus quibus damna antiquissimo conventui in Würzburg bello nuper allata illustrantur.

P. Bonaventura

1199. — *Provincia Argentinae S. Elisabeth*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLI, p. 51-52.

Exhibetur status personalis et localis O.F.M.Conv. in provincia Argentinae seu Germaniae Superioris die 16 apr. an. 1947.

P. Melchior

1200. — Ludwig Rosenberger. *Bavaria sancta. Bayerische Heiligenlegende.* München, Verlag von J. Pfeiffer, 1948. In-8°, 322 p.

Tam «Bavaria» quam «Sancti» latissimo sensu hoc in volumine afferuntur, quandoquidem regio illa non hodiernis sed veteribus limitibus geographicis circumscripta consideratur, et etiam illi recensentur quorum sanctimoniam vox populi tantum agnovit absque Sedis Apostolicae decreto vel approbatione, etsi omnes vel natalibus vel operibus vel quolibet alio modo Bavariam respiciunt. Traduntur igitur 271 brevissimae notitiae biographicae ad fidelium pietatem fovendam et alendam.

Ex Ordine franciscali afferuntur David de Augsburg, Bertholdus de Regensburg, Marquardus Weissmaler et S. Joannes de Capistrano, et insuper quinque sodales religiosi O.F.M.Cap., nimirum: Laurentius a Brundusio, de quo plures irrepserunt errores (p. 251), nam non obiit an. 1621 in Italia, sed an. 1619 Ulyssipone in Lusitania, et quidem iam ab an. 1881 inter sanctos relatus est, Crucifixi autem imago quam suis in itineribus deferebat, servatur Romae apud Curiam Ordinis generalem et non Oeniponte; Leopoldus de Gumppenberg (p. 254) perperam a Würzburg appellatur, in qua quidem urbe die 18 oct. an. 1631 a Suecis occisus est, sed oriundus erat a Pöttmes; Martinus a Pfaffenhausen (p. 280, perperam a *Pfaffenhofen*); Georgius ab Augsburg et S. Conradus a Parzham (p. 301-306). Deest tamen Victricius (Weiss) ab Eggenfelden, O.F.M.Cap., sodalis prov. Bavariae, qui cum sanctitatis fama an. 1924 occubuit, eiusque processus apostolici iam inchoati sunt. Item recenseri poterat Ven. Marcus ab Aviano, O.F.M.Cap. (1699).

P. Melchior

1201. — Bernardin Lins, O.F.M., *Ausgang und Ende der Süddeutschen Observanten-Provinz (1805-1830)*, in *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 81-117; 1948, t. XLI, p. 177-216; 1949, t. XLII, p. 172-212.

A. iam vulgaverat fontes praecipuos ad historiam veteris provinciae Argentinae seu Germaniae Superioris texendam (cf. *Tabulae capitulares provinciae Argentinae Ordinis Minorum, 1587-1805*, in *Analecta Franc.*, t. VIII, p. 81-665, Ad Claras Aquas, 1946); item historiam conscripserat provinciae Fr. Minorum Bavarorum (cf. *Geschichte der bayerischen Franziskanerprovinz zum hl. Antonius von Padua*, 3 vol., 1926-1939; *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 252-253; 1941, t. XI, p. 277-279). Nunc vero conspectum historicum praebet luctuosi interitus provinciae Argentinensis O.F.M.Obs., quae ad an. 1587 ad annum 1805 summatim 51 coenobia habuit. In primis in medium proferuntur adversae vicissitudines quas, ineunte saec. XIX, provinciam moderantibus Cyrillo Zorn, O.F.M.Obs. (1801-1805) et Marciano Wagner, O.F.M.Obs. (1805-1813), subire debuit tum ex parte magistratus civilis tum ex parte praelatorum ecclesiasticorum qui in-

debito intercursu iura religiosorum sodalium violabant. Deinde agitur per ordinem de interitu et abrogatione cuiuscumque coenobii, de eorumdem historia externa, deque modo et tempore quo suppressa sunt, ubi pretiosae quoque notitiae habentur circa vitam et apostolatum fratrum; demum obiter sermo est de consectariis violentae ac impiae abrogationis provinciae.

Praesens monographia secundum postulata critices recentioris exarata est; innititur documentis tum editis tum nondum editis; utiliter eam legent hi qui statum Ecclesiae et Ordinis ante medium saec. XIX in his regionibus noscere cupiunt. P. MELCHIOR

1202. — *Antonius von Padua. Kalender 1949. Jahrbuch des Franziskaner-Missions-Vereins in Bayern.* Landshut (Bayern), Provinz-Missions-Prokuratur des Franziskaner-Missions-Vereins in Bayern, Solanushaus, (1948). In-4°, 79 p. cum plur. ill.

Continet relationes de provinciae O.F.M. Bavaricae missionibus de Shohchow in Sinis (p. 19-27, 73-78), de Kokstad in Unione Africana Meridionali (p. 28-30), de missione inter Germanos in Peruvia (p. 30-32), de ipsius provinciae in Bavaria vicissitudinibus an. 1939-1948 (p. 33-36), de damnis tempore belli conventibus illatis (p. 37-44), de Fr. BALTHASAR WERNER, O.F.M., die 3 oct. 1943 cum sanctitatis fama defuncto (p. 45-47). P. BONAVENTURA

1203. — PATRICIUS SCHLAGER, O.F.M. - BENEDIKT PETERS, O.F.M. *Totenbuch der Sächsischen Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz.* Erster Band: *Text.* Nach der ersten Auflage des P. PATRICIUS SCHLAGER, O.F.M., neu bearbeitet und mit Anmerkungen versehen von P. BENEDIKT PETERS, O.F.M., Provinz-Sekretär. Werl (Westf.), Franziskus-Druckerei, 1947. In-4°, 400 p.

1204. — BENEDIKT PETERS, O.F.M. *Totenbuch der Sächsischen Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz.* Zweiter Band: *Nachweise.* Werl (Westf.), Franziskus-Druckerei, 1948. In-8°, 340 p.

1205. — *Thuringia Franciscana. Aus den Klöstern der Thüringischen Franziskanerprovinz.* Fulda, Kloster Frauenberg, 1946. In-16°, 57 p.

1206. — *Catalogus Ordinis Fratrum Minorum S. P. Francisci Capucinorum Provinciae Rhenano-Westfalicae jussu Superiorum dispositus mense septembri 1947.* s.n.t. (Koblenz-Ehrenbreitstein, Provinzialat der Kapuziner, 1947). In-8°, 68 p.

Omissis singulorum conventuum imaginibus necnon numeris mensae argentariae et nummarii publici cursus mandati, hic catalogus easdem materias continet ac paenultimus, an. 1939 editus (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), n. 3244), ratione autem habita recentioris status personalis et localis provinciae. Quae quidem bello an. 1939-1945 gravissima damna cepit, de quibus in elencho conventuum breves notitiae adduntur, dum numerus totalis sodalium a 426 ad 326 descendit. P. BONAVENTURA

1207. — *Franziskanische Heiligtümer in deutschen Landen: Fulda, Kloster Frauenberg,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 16-17.

1208. — MARKUS SIEBER [VON HERZOGENAURACH], O.F.M.Cap., *Franziskanische Heiligtümer in deutschen Landen: Altötting*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 48-49.

Brevissimae descriptiones, imaginibus illustratae, locorum marianorum Frauenberg (conventus O.F.M. Fuldae) et Altötting, ubi imprimis Capuccini prov. Bavaricae curae pastorali peregrinantium incumbunt. P. BONAVENTURA

1209. — O.B. ROEGELE, *Wendelin Thierry, Bruchsaler Chronik 1581-1797. Aus dem Archiv der Stadt Bruchsal*, in *Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.*, 1948, t. XCVI, p. 337-414.

Breves notitiae in hac chronica (p. 365 et 390) inveniuntur de conventu O.F.M.Cap. Bruchsaliensi, in cuius ecclesia card. DAMIANUS HUGO DE SCHÖNBORN an. 1743 sepultus est. De hoc argumento idem A. antea scripserat *Tod und Begräbnis des Kardinals Schönborn*, in *Bruchsaler Neue Zeitung*, 1943, 14 aug. P. BONAVENTURA

1210. — ERNST AUER, *Die Franziskanerkirche in Überlingen. Zur 600-Jahrfeier ihrer Einweihung, 1348-1948*. Überlingen (Bodensee), Aug. Feyel, (1948). In-8°, 27 p. cum ill.

Praemissis brevissimis notitiis de Ordine franciscano in genere, narratur primum historia Fratrum Minorum Conventualium, deinde describitur ecclesia eiusque ornatus, denique adduntur breves notitiae de Congregatione Mariana a religiosis in Überlingen erecta et moderata.

Opusculum ad popularem sensum intelligentiamque accommodatum est. A. notitias imprimis e fontibus secundariis, quos summarie indicat, hausit; attamen circa originem conventus e quodam instrumento, die 10 oct. 1259 dato et in archivo hospitalis in Überlingen adservato, statuere potuit tunc temporis conventum in Überlingen iam exstitisse, immo iam ante an. 1248 Fratres in Überlingen sedem habuisse videntur. Conventus, suppressus an. 1808, ab an. 1857 publicum infirmorum hospitium Sororibus Tertii Ordinis Franciscani de S. Cruce committitur. Ecclesiae pulchritudo et ornamentum ex descriptione additisque imaginibus satis apparent.

Dolemus quod plures proferuntur sententiae, quae aut parum accuratae aut omnino falsae sunt. Quae, e.gr., in sola p. 18 de DUNS SCOTO et S. BONAVENTURA asseruntur, erroribus scatent. Itaque opusculo suo A. desiderium auxit, ut historia Fr. Min. Conventualium in Überlingen, ulterioribus et accuratioribus investigationibus peractis, etiam secundum scientiae historiae praecepta et methodum perfecte describatur. P. BONAVENTURA

1211. — M. HEGENER, O.F.M., *The people's patron*, in *Franc. Herald and Forum*, 1947, t. XXVI, p. 227-231.

Breves notitiae biographicae exhibentur fratris laici JORDANIS MAI, O.F.M., alumni provinciae S. Crucis in Germania, qui cum bona sanctitatis fama ad Deum migravit an. 1922. Cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 472-473; 1936, t. VI, p. 345-346. P. MELCHIOR

1212. — MAXIMILIAN NEUMAYR [VON DEGGENDORF], O.F.M.Cap., *Pater Ingbert Naab. Seher, Kämpfer, Beter*. München, Verlag Schnell & Steiner, (1947). In-8°, 532 p.

Recensio operis facta est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 161-162.

1213. — DEMETRIUS DÖLLE, O.F.M., *P. Elpidius Markötter zum Gedenken*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 62-63.

Vita narratur brevis P. ELPIDII MARKÖTTER, O.F.M., qui die 8 oct. 1911 in Südlohn (Westfalia) natus, an. 1932 habitu franciscano vestitus, an. 1939 sacerdotio auctus, mense iunio 1940 comprehenditur et in campum custodiae Dachau ducitur, ubi multa et dura perpessus, captivitatis sociis perfectum viri religiosi exemplum relinquens, die 28 iun. 1942 mortuus est. P. BONAVENTURA

1214. — THEOBALD LIST, O.F.M., *Ein Heiliger des Alltags* (FR. Balthasar Werner, O.F.M.), in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 94-96.

Breviter describuntur vita et virtutes FR. BALTHASAR WERNER, O.F.M.(1887-1943), qui in conventu ad S. Annam, Monachii, sutrinum artificium exercens, paupertatis, humilitatis, caritatis exemplar omnibus exstitit et denique cum fama sanctitatis mense octobri in vigilia Seraphici Patris Francisci diem supremum obiit.

P. BONAVENTURA

1215. — *Adm. R. P. Franciscus Ser. a Bobingen, quinquies iam Minister Provinciae Bavaricae*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 41-42.

P. FRANCISCUS SER. A BOBINGEN, in saeculo Richardus Haggenmiller, natus die 1 sept. 1874, Ordinem Fr. Min. Capuccinorum ingressus est an. 1894, ad sacerdotium autem evectus an. 1898, postea vero praeter alia officia sibi commissa, quinquies ad moderandam provinciam suam vocatus est, scil. an. 1914-1920, 1926-1932, 1935-1938. Indefessus in vinea Domini operarius, prudens in regimine fratrum minister, observantiae regularis et singularis patientiae in infirmitate exemplar, die 12 maii 1944 in conventu Türkheim obiit.

P. BONAVENTURA

1216. — *Adm. R. P. Josephus Antonius ab Harsberg, Provinciae Bavaricae alumnus*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 125-127.

Breves notitiae biographicae exhibentur P. JOSEPHI ANTONII, in saeculo CAROLI KESSLER, cui Ordinem Capuccinorum mense martio 1889 in Altötting ingredienti ianitor FR. CONRADUS A PARZHAM portam conventus aperuit, ad cuius causam beatificationis et canonizationis ipse postea tam alacriter efficaciterque operam suam contulit. Indefessus concionator, confessarius, missionarius — plus quam 400 missiones sacras per totam fere Germaniam populo christiano habuit —, amplissimae Basilicae Vetoettingae aedificator, Causarum plurium Servorum Dei peritus Vice-Postulator, efficacissimus hagiographus, in tot tantisque laboribus regularis observantiae perfectum exemplar, vir pius et rectus e vita decessit die 26 oct. 1947. P. BONAVENTURA

17. - *Guatemala*

1217. — JORGE LARDÉ Y LARÍA, *Identificación del «Pupuluca» de yayautique con el idioma lenca o poton*, in *Revista del Archivo y Biblioteca Nacionales* (Honduras), 1947, t. XXV, n. 9-10.

Iuxta *Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 608, A. ex fonte nondum exhausto eruit *lenca* et *pontón* (sic) designare unum eundemque populum. Iste autem fons est *Descripción de los conventos de la Santa Provincia del Dulce Nombre de Jesús de Guatemala* (1683), composita a FRANCISCO DE ZUAZO, O.F.M.OBS., et FRANCISCO VÁZQUEZ, O.F.M. OBS. Nihil aliud loco citato additur. P. BONAVENTURA

1217ᵃ. — LÁZARO LAMADRID, O.F.M. *Una Figura Centroamericana: Dr. Fray José Liendo y Goicoechea, O.F.M.* [1735-1814]. San Salvador, Ediciones «El Serafín de Asís», 1948. In-8°, 59 p. cum tab.

Cf. *The Americas*, 1949, t. VI, p. 120.

18. - *Helvetia*

1218. — BEDA MAYER [AB EBNAT], O.F.M.CAP., *Ein kostbarer Kodex im Kloster Romont*, in *Collect. Helv.-Franc.*, 1948, t. V, p. 30-35.

In coenobio O.F.M.Cap. civitatis Romont adservatur codex saec. XV, qui argumenta refert ad topographiam urbis Bernensis, ad descriptionem Helvetiae atque ad historiam Domus Austriae spectantia. Pariter cum ipso colligatum invenitur incunabulum apographum (c. 1490) operis cui titulus *Fasciculus temporum omnes antiquorum chronicas complectens*. Tam codex quam incunabulum viris doctis innotuerant, qui iisdem usi sunt; A. vero utriusque descriptionem externam et internam nobis praebet. Secundum A. sententiam utrumque sodalibus Capulatis Friburgi donatum esset, qui deinde incolis coenobii civitatis Romont an. 1726 commodarunt. Certum est an. 1757 aliqua volumina ex coenobio Friburgensi ad hoc coenobium translata esse. P. MELCHIOR

1219. — SIEGFRIED VON KAISERSTUHL, O.F.M.CAP., *Die Nachträge zu unseren ältesten Provinzannalen*, in *Collect. Helv.-Franc.*, 1948, t. V, p. 40-48.

Ex *cod. 115* archivi prov. Helvetiae O.F.M.Cap. A. excerpsit et edidit notitias ad annos 1625-1628 spectantes; potissimum huiusmodi fragmenta referunt capitula tunc celebrata atque ordinationes in eisdem factas. P. MELCHIOR

1220. — GERMAN [VON STALDENRIED], O.F.M.CAP., *Der Beitrag der Kapuzinerprovinz Bologna zu den Studien in der Schweizerprovinz*, in *Collect. Helv.-Franc.*, 1948, t. V, p. 36-39.

A. breviter disserit de indole studiorum ad mentem S. FRANCISCI ASSISIENSIS priscorumque Fratrum Capuccinorum usque ad Concilium Tridentinum; mox conspectum praebet historicum cursuum controversiarum (1626 s.; 1857-1867), qui in provincia Bononiensi O.F.M.Cap. instaurati sunt (cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 312-314); tandem conficit catalogum 29 sodalium religiosorum provinciae Helvetiae, qui ab an. 1701 usque ad an. 1776 in provincia Bononiensi disciplinis ecclesiasticis incubuerunt.

Animadvertendum est quod in Ordine Fr. Min. Capuccinorum « devota ac sancta studia » instaurata sunt Constitutionibus generalibus an. 1535-36, ergo ante an. 1552 (p. 36). Cf. EDUARDUS ALENCONIENSIS, O.F.M.CAP., *Primigeniae legislationis Ord. Fr. Min. Capuccinorum textus originales*, in *Liber Memorialis*, p. 406, n. 122, Romae, 1928.
P. MELCHIOR

1221. — RUFIN VON AUW, O.F.M.CAP., *Provinzkapitel von 23. bis 25. August 1948*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 168-175.

Relatio de electione superiorum peracta, qui triennio 1948-1951 sodales religiosos provinciae Helvetiae O.F.M.Cap. moderaturi sunt, deque decisionibus in hoc Capitulo factis a patribus suffragatoribus.
P. MELCHIOR

1222. — WOLFRID VON JONSCHWIL, O.F.M.CAP., *Unserer P. General über seine Schweizerfahrt*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 110-111.

Relatio itineris CLEMENTIS A MILWAUKEE, Ministri generalis O.F.M.Cap., per Helvetiam an. 1947, in linguam germanicam translata ex sermone anglico edito in *The Messenger*, 1947, t. X, p. 37 s.
P. MELCHIOR

1223. — LAURENTIUS CASUTT [VON FALERA], O.F.M.CAP., *Fehlende Berufe - Die grosse Not*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 145-154, 172-185.

1224. — EDWIN [VON LÜTISBURG], O.F.M.CAP., *Fehlende Berufe - Die grosse Not. Brief an Hochw. P. Laurentius von Falera*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 4-14.

1225. — CLAUDIUS VON SOLOTHURN, O.F.M.CAP., *Berufsproblem - Gnadenproblem. Eine Stimme aus Afrika*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 85-88.

In hac triplice dissertatione disceptatur de vocatione ad statum religiosum comparate ad postulata et exigentias provinciae Helvetiae O.F.M.Cap. Tametsi auctores varias immo contrarias sententias proponant atque propugnent, eorum observationes et interpretationes peculiares utilitatem prae se ferunt ad meliorem intelligentiam solutionemque problematis.
P. MELCHIOR

1226. — *Catalogus Ordinis Fr. Minorum S. Patris Francisci Capuccinorum provinciae Helvetiae pro anno a Christo nato 1946-1947*. Lucernae, Typis Raeber & Cie, [1946]. In-8°, 80 p.

1227. — *Catalogo dei Religiosi del Commissariato di S. Fedele*. Locarno, Tip. Fratelli Malè, (1947). In-8°, (35) p.

Opusculum complectitur: a) seriem superiorum, qui Fr. Min. Capuccinos in Ticino moderati sunt ab an. 1784; b) nomina omnium sodalium, sive presbyteri, sive clerici, sive laici sint, hodierni Commissariatus provincialis huius regionis a S. Fideli seu Luganensis nuncupati.
P. MELCHIOR

1228. — SALVATOR MASCHEK [VON MUOHLEN], O.F.M.CAP. *Neues Missionsbüchlein*. Einsiedeln, Gebr. Eberle, 1948. In-8°, 150 p.

Hoc in opusculo A. monita proponit et hortamenta ut missiones ad populum fidelem rite praeparentur, fructuose peragantur et perennes producant fructus vitae christianae. P. MELCHIOR

1229. — REINHOLD VON ZUZWIL, O.F.M.CAP., *Die Hausmission in Zürich-Hard (1944-1946)*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 11-16, 49-56.

A. experientias, difficultates et fructus refert suae missionis in paroecia S. Cordis Jesu in Zürich-Hard, quae a mense febr. an. 1944 usque ad mensem febr. an. 1946 protracta est. P. MELCHIOR

1230. — BLASE GITZEN [OF DUISBERG], O.F.M.CAP., *The founder of the Swiss Province*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 3-18.

FRANCISCUS SERMONDI A BORMIO, O.F.M.CAP. (┼ 1583), fundator exstitit provinciae Fr. Min. Capuccinorum in Helvetia; illius res gestas descripsit olim MAGNUS KÜNZLE A GAISERWALD, O.F.M.CAP. (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 589-590), atque ex hac erudita biographia, A. mutuatus est notitias in praesenti dissertatione expositas, ut vitam fundatoris compendiatim exhiberet atque tentamina instaurationis primorumque coenobiorum erectionem narraret.
P. MELCHIOR

1231. — SIEGFRIED VON KAISERSTUHL, O.F.M.CAP., *P. Andreas Meier von Sursee, Zögling des Helvetischen Kollegiums in Mailand*, in *Collect. Helv.-Franc.*, 1948, t. V, p. 25-29.

Inter alumnos Collegii Helvetici Mediolanensis, qui epistolam quamdam ad magistratus Lucernates die 24 apr. an. 1581 missam subscripserunt, invenitur quoque ULRICH MEIER, qui deinde die 14 iul. an. 1583, assumpto nomine ANDREAE A SURSEE, habitum capuccinum induit Altdorfii, atque varia munia in provincia Helvetica obivit.
P. MELCHIOR

1232. — SIEGFRIED VON KAISERSTUHL, O.F.M.CAP., *Zur Chronologie des Lebens des hl. Fidelis von Sigmaringen*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 273-285.

Fontibus historicis et biographicis perspectis, A. novum conspectum chronologicum vitae S. FIDELIS A SIGMARINGEN exhibet, atque falsas opiniones corrigit. Sanctus igitur natus est an. 1578, probabiliter mense octobri ineunte; an. 1613 novitiatum peregit, magistro P. ANGELO VISCONTI A MEDIOLANO, atque saltem usque ad diem 23 iul. an. 1614 mansit Friburgi Brisgoviae et mox ad studium promovetur; spatio unius anni, scil. a mense sept. an. 1618 usque ad mensem sept. insequentis anni munere guardiani fungitur Rheinfeldae; deinde usque ad mensem sept. an. 1620 concionator et guardianus Feldkirchii; postea usque ad finem iunii an. 1621 exstitit superior Friburgi Helvetiorum; et demum ab ineunte iulio an. 1621 usque ad obitum (24 apr. 1622) guardianus Feldkirchii. Biberaci autem et Kienzhemii nonnisi in transitu commoratus est. P. MELCHIOR

1233. *Le bicentenaire de la canonisation de S. Fidèle de Sigmaringen*, in *St. Fidelis*, 1947, t. XXXIV, p. 46-48.

Altero expleto saeculo a canonisatione S. FIDELIS A SIGMARINGA (1746-1946), sodales prov. Helvetiae seriem monographiarum ediderunt: *Festschrift anlässlich des 200jährigen Jubiläums der Heiligsprechung unseres P. Fidelis von Sigmaringen*, in *St. Fidelis*, 1946, t. XXXIII, p. 169-307. Nunc autem quaedam commentaria eduntur in hoc opusculum facta a quibusdam alumnis prov. Strasburgensis.

P. MELCHIOR

1234. — *Puncta historica in Causa Constantien. seu Curien. Beatificationis et Canonizationis S. Fidelis a Sigmaringa Mart., Sacerdotis ac Missionarii Apostolici Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 209-214.

Distincta ac singularis significatio vicissitudinum processuum sive beatificationis sive canonisationis P. FIDELIS A SIGMARINGEN, prov. Helveticae O.F.M.Cap. alumni ac in Rhaetia missionarii et martyris, a tempore quo inchoati sunt usque ad eorum felicem exitum.

P. MELCHIOR

1235. — [THEOPHIL GRAF VON ST. GALLEN, O.F.M.CAP.], *Ein unbekannter Brief unseres seligen Apollinaris [von Posat] im Pfarrarchiv zu Stans*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 21.

Epistola data est Lucernae die 7 maii an. 1788 ad KASLIN, qui paroeciam loci Reggenried moderabatur, quique desiderabat ut B. APOLLINARIS A POSAT Stantium reverteretur, a qua urbe ob quorundam persecutionem discesserat. Cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 442-443. P. MELCHIOR

1236. — P. ROMANO, *P. Teodosio Fiorentini*, in *Oss. Rom.*, 1948, 21 febbr., p. 1-2.

Brevis conspectus operositatis socialis huius eximii sodalis prov. Helvetiae O.F.M.Cap., qui tum in scholis catholicis condendis, tum in opificibus iuvandis, idque per religiosas sodalitates ab eodem in hunc finem instauratas, multum et efficaciter adlaboravit. Cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 443-444. P. MELCHIOR

19. - *Hibernia*

1237. — JOHN HENNIG, *The greatest work of Irish Church History*, in *Father Mathew Record*, 1948, t. XLI, p. 5, 8.

Praemissis notitiis bio-bibliographicis JOANNIS COLGAN, O.F.M. OBS., qui ante medium saec. XVII Lovanii impense adlaboravit una cum aliis sodalibus religiosis, A. ostendit eius opus princeps ad historiam ecclesiasticam Hiberniae illustrandum illud esse, quod inscribitur: *Trias Thaumaturga* (an. 1647), ex quo eruditi viri copiam notitiarum hauriunt. Cf. *supra*, n. 856. P. MELCHIOR

1238. — COLIN JOHNSTON ROBB, *The Franciscans in the primatial city*, in *Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 2, p. 6.

A. summarias refert notitias de vicissitudinibus coenobii franciscani in civitate Hiberniae Armagh, ubi iam ante an. 1260 Fratres Mi-

nores pervenerant; haec eorum sedes regnante HENRICO VIII abrogatur. Ineunte saec. XVII aliam sedem sumunt in Brantry prope Dungannon, et ob irruentes persecutiones incolae multa passi sunt.

P. MELCHIOR

1239. — MICHAEL J. LENNON, *Secret Service of a past age. A captured Gaelic Document*, in *The Capuchin Annual*, 1948, t. XVIII, p. 455-458.

Animadversiones in quoddam documentum an. 1661 a quibusdam Fratribus Minoribus Hiberniae scriptum, circa Capitulum huius provinciae proxime celebrandum; quia vero documentum huiusmodi a magistratibus Londinii interceptum est, ideo eius auctores Dublinii comprehensi sunt. P. MELCHIOR

1240. — B. JENNINGS, *The Irish Franciscans at Boulay*, in *Archivium Hibernicum*, 1944, t. XI, p. 118-153.

1240ª. — BRENDAN JENNINGS, O.F.M., *Documents of the Irish Franciscan College at Prague. I*, in *Archivium Hibernicum*, 1942, t. IX, p. 173-294.

Cf. *Anal. Boll.*, 1948, t. LXVI, p. 351-352.

1241. — HELENA [WALSH] CONCANNON. *At His feet. The story of the foundation of the Franciscan convent of perpetual adoration, Drumshanbo.* Dublin, M.H. Gill & Son, Ltd., 1948. In-16°, XVII-117 p. cum ill.

1242. — KEVIN MACGRATH, *A King of England and the Irish Capuchins*, in *Father Mathew Record*, 1948, t. XLI, n. 11, p. 8.

Regio diplomate mense maio an. 1686 lato JACOBUS II, Angliae rex, Fratres Capuccinos in Hibernia commorantes praelatis ecclesiasticis commendabat. Quod quidem diploma A. nunc excerpit ex *Bibl. Bodleian* (Oxford), *sign. Rawl. ms. A. 139b*; sed est animadvertendum quod iam notum et editum erat in *Bullarium Ord. Fr. Min. Capuccinorum*, t. V, p. 275, Romae, 1748. P. MELCHIOR

1243. — *The Capuchin Order in Milkenny*, in *Father Mathew Record*, 1948, t. XLI, n. 12, p. 3-4.

Tertio iam expleto saeculo ab adventu Fr. Min. Capuccinorum in civitatem Hiberniae Kilkenny nuncupatam (an. 1648), et primo recurrente centenario ab instauratione hodiernae ecclesiae in eadem urbe (1848), peculiares celebrationes factae sunt; atque ad tam faustum memorandum eventum in memoria lectorum revocatur apostolatus sodalium religiosorum, maxime tempore persecutionis. P. MELCHIOR

1244. — JOHN HENNIG, *Father Mathew through French eyes*, in *Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 2, p. 11.

Recensentur in hoc articulo opiniones duorum scriptorum Galliae, qui medio saec. XIX de apostolatu THEOBALDI MATHEW A THOMASTOWN, O.F.M.CAP. (1790-1856), locuti sunt. Tum J. PRÉVOST (*Un tour en Irland*. Paris, 1846) tum E. DECHY (*Voyage: Irlande en 1846*

et 1847, Paris, 1847) efficacitatem extollunt illius actionis ad mala vitanda quae ex immoderato potu in Hibernia illis diebus enascebantur.

P. Melchior

1245. — *The greatness of Father Mathew*, in *Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 12, p. 6.

Agitur de biographia Theobaldi Mathew, O.F.M.Cap., quam an. 1947 edidit Augustinus a Kilkenny, O.F.M.Cap. Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 160-161. P. Melchior

1246. — Augustine [of Kilkenny], O.F.M.Cap. *Footprints of Father Theobald Mathew, O.F.M.Cap., Apostle of Temperance*. Dublin, M.G. Gill and Son, Ltd., 1947. In-8°, XXVI-590 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 160-161.

20. - *Hispania*

1247. — Arcángel de Algaida, O.F.M.Cap. *Índices de las Misceláneas Históricas de Mallorca del P. Luis de Villafranca, Capuchino*. Palma de Mallorca, Soc. Arqueológica Luliana, 1947. In-8°, 84 p.

Inter cultores disciplinarum historicarum insulae Maioricensis honestam tenet sedem Aloisius a Villafranca, O.F.M.Cap. (1770-1847); peculiaris eius laus, quod in coenobio O.F.M.Cap. civitatis Palmae praedivitem bibliothecam exstruxit, quae tamen tempore abrogationis Ordinum religiosorum saec. XIX infeliciter dispersa est (cf. Andrés de Palma de Mallorca, O.F.M.Cap., *La antigua biblioteca de los Capuchinos de Mallorca. Apuntes para ilustrar su historia*, Barcelona, 1921). Industrius rerum pervestigator, notitiis undique collectis, ingens opus miscellaneum historicum composuit, quod duodecim voluminibus constat et inscribitur: *Misceláneas históricas relativas a cosas de Mallorca recopiladas de varios manuscritos e impresos*. Post auctoris obitum opus recepit F. Truyols, qui illud donavit postea Ignatio a Mallorca, O.F.M.Cap., et exinde pervenit in bibliothecam Marchionis de Vivot, in qua adhuc manuscriptum adservatur; volumen XI autem exstat in bibl. civ. Palmae.

A. huius opusculi, praemissa notitiuncula, fideliter exscripsit indices rerum singulorum voluminum ut eruditi viri hac notitiarum historicarum aurifodina facilius et copiosius uti valeant. Ob eandem causam haud iniucunda res erit, si ea quae ad Ordinem franciscalem spectant nos quoque in medium proferimus.

Vol. I: *Breve apuntación de un ms. en4° que trabajó el Donado* Ramon Calafat *año 1785 sobre la antigüedad de su convento del Patriarca Sn. Francisco de Asís de esta ciudad de Palma* (p. 75); - *Monjas de S. Clara año 1344* (p. 249); - *Frayles de la Penitencia de Ntro. Sr. J.C. en la calle de Bon Ayre de esta Ciudad* (p. 358); - *Facultad del Rey D. Jayme de Mallorca para poderse vender los bienes a los Frayles de la Penitencia de Mallorca, 1303* (p. 368); - *Noticia de la fundación del convento de monjas de S. Gerónimo de esta ciudad de Palma, antes convento de Terciarios de Ntro. P.S. Francisco* (p. 375); - *Escrutini de la cullita de 1650 y fundació dels Caputxins, 1626* (p. 399); - *Extracto de la historia eclesiástica de la parroquial iglesia de Felanitx, compuesta por el P.* Cayetano de Mallorca, O.F.M. Cap. (p. 418).

Vol. II: *Memoria sobre las fábricas de los conventos de Sto. Domingo y S. Francisco de Palma* (p. 241); - *Index eorum quae continentur in libris et monumentis in Collegio S. Isidori Romae conservatis de sanctitate, admirabili vita, conversione, miraculis, et de actis in causa beatificationis* Raymundi Lulli (p. 403-

424); - *Manual de Reloxes Solares que para su uso componía el* P. MIGUEL DE PETRA, *Capuchino, año 1767* (p. 499).

Vol. IV: *Decreto del Sr. Obispo* D. JUAN DIAZ DE LA GUERRA *del 24 agosto de 1776... para que a los párvulos en el santo bautismo no se le imponga el nombre de* RAYMUNDO LULIO (p. 40); - *Devoción de los mallorquines al misterio de la Immaculada Concepción de la Virgen* (p. 100); - *Franciscanos en Mallorca* (p. 129); - *Nota de los libros de la biblioteca del convento de PP. Observantes de esta ciudad de Palma que deben consultarse para la biblioteca e historia de Mallorca* (p. 482); - *Nota de autores baleares que se hallan en nuestra librería de Capuchinos de Mallorca en el presente año 1813* (p. 491).

Vol. V: *Fundación de la capilla en la casa y lugar donde nació el beato* RAYMUNDO LULIO, *1609* (p. 477); - *Martirio del Bto.* RAYMUNDO LULIO *y memoria de cómo se quemó la sacristía del convento de S. Francisco, conservándose ileso el cuerpo del Bto.* LULIO (p. 480); - *Missa in honorem* B. RAYMUNDI LULLI (p. 481); - *Dos instrumentos con que se prueba el nombre propio de la mujer del* B. RAYMUNDO LULIO (p. 485); - *Arbol genealógico del mismo* B. LULIO (p. 487); - NICOLAI DE PAX, *patrii Maioricensis epitaphium pro sarcophago Emmi. Cardinalis* D.D. FR. FRANCISCI XIMÉNEZ DE CISNEROS, O.F.M.OBS. (p. 521); - *Noticias sobre las religiosas de* ST. CLARA (p. 636).

Vol. VI: *Llibre de totas las antigüedades de la iglesia y convent del P. St. Francesch de la ciutat de Palma* (p. 1); - JUAN DE TAGAMANENT *manda fundar un monastir en el Puig de Randa, 1468, per frares del Orde de St. Francesch* (p. 95); - *Noticias referentes a* RAYMUNDO LULIO (p. 225, 227, 314, 315, 317); - *Breve razonamiento que dixo el* P. SERAFIN M. DE MALLORCA, *Guardián, al Ayuntamiento en ocasión de haverse de consagrar la nueva iglesia de este convento de Capuchinos de Palma año 1791* (p. 326; cf. 330, 332, 344); - *Esquela del Guardián y comunidad de Capuchinos con el motivo de las fiestas por la beatificación del Bto.* CRISPÍN DE VITERBO (p. 342, 346); - *Invitación de la ciudad a los PP. Capuchinos para el levantamiento del Real Pendón en nombre del Rey* D. FERNANDO VII (p. 348; cf. p. 356, 360); - *Invitación al* R.P. LUIS DE VILLAFRANCA *de su hermano* D. MATEO (p. 364); - *Sermón predicado por el* R.P. KINKAMBRAI [sic], *Capuchino francés, en el convento de monjas de la Brienna el día de Sta. Magdalena* (p. 432); - *Poesías para las fiestas de la canonización de* S. FÉLIX DE CANTALICIO (*1713*) *y beatificación del* B. LORENZO DE BRINDIS (*1784*) (p. 436, 452): - *Oratorio de las lágrimas de Sta. Mónica y de la conversión de S. Augustín. Autor el* P. FR. MANUEL DE MALLORCA *Capuchino* (p. 472); - *Oratorio de la Divina Pastora compuesto por el mismo* P. MANUEL DE MALLORCA (p. 488); - *Carmen heroicum in laudem* S.P.N. FRANCISCI, *auctore* P. FR. EMMANUELE A MAIORICA *Capuccino* (p. 508); - *Sermón panegírico predicado por el* P. FR. BARTOLOMÉ FORNÉS, *de 84 años de edad, el día 25 de enero de 1774 día de la conversión del Bto.* RAYMUNDO LULIO (p. 546, 568); - *Revelación de* STA. MARGARITA DE CORTONA *sobre la persecución de la Iglesia Católica* (p. 672).

Vol. VII: *Reflexiones dirigidas al tribunal de la razón... sobre asuntos de* LULIO *y Lulistas* (p. 36); - *Elogio del Rmo.* P. FR. PABLO DE COLINDRES, *Ministro General de Ntro. Orden de Menores Capuchinos* (p. 56); - *Poesías que había en el claustro y en otras partes de nuestro convento de Capuchinos extra-muros de esta ciudad de Palma* (p. 71); - *Soneto sobre algunos pasos de la pasión y muerte de* J.C. *del* P. FR. DIEGO MURILLO *Franciscano* (p. 78); - *Ramillete formado de las obras poéticas del* P. (ARCANGEL) ALARCÓN, *religioso Capuchino* (p. 92, 99, 107, 108); - *Dissertatio in formam brevis de* BENEDICTO XIV *sobre el Bto.* LULIO (p. 258); - *Teólogos censores nombrados por la Santidad de* PAULO V *para examinar los libros del Bto.* LULIO (p. 269); - *Carta pastoral del* M.R.P. FR. JUAN BESTARD *escrita a ruegos del* M.R.P. FR. JUAN BAUTISTA BARCELÓ, *provincial de los PP. Observantes de Mallorca* (p. 300); - *Apología del* B. RAIMUNDO LULIO (p. 358; cf. p. 356); - *Santos y beatos de las tres Ordes de N.P. y Pat.* S. FRANCESCH (p. 380, 383).

Vol. VIII: *Arancel de los varones ilustres en santidad hijos del Orden de* S. FRANCISCO *naturales de estas islas Baleares* (p. 1; *Clarisas*, p. 7; *Terciarios*, p. 9, 11;26); - *Necrologio franciscano balear* (p. 29); - *Obispos franciscanos naturales de Mallorca* (p. 37); - *Resumen histórico de algunos religiosos franciscanos de la Regular Observancia* (p. 39); - *Monasterios de S. Clara* (p. 45, 63, 65); - *Memoria sobre la fundación de la ermita de Belén de la villa de Artá del* P. FR. ANTONIO DE MALLORCA, *Capuchino* (p. à9; - *Hijos de Campos que florecieron en la Orden del Patr. Sn.* FRANCISCO DE ASÍS (p. 613).

Vol. IX: *Libros mandados traer por* Fr. Luis de Villafranca *Capuchino, año 1794* (p. 73); - *Exordium in laudem Divi* Bonaventurae (p. 491); - *Origen y fundamento del alphabeto latino según parece por inscripciones antiguas, comprobado por* Fr. Miguel de Petra *Capuchino, año 1795* (p. 565); - *Dos libros de* Ramón Lull, *uno en el convento de PP. Capuchinos de Cervera de Cataluña* (p. 587); - *Resumen de los empleos y exercicios literarios del infatigable mahonés el Dr.* D. Juan Ramis y Ramis, *escrito por el* R.P. Fr. Francisco Pons, *religioso Observante de S. Francisco de Asís* (p. 589); - *Poesías de* Fr. Angel de Mallorca, *Capuchino, y otras de algunos otros según parece también Capuchinos* (p. 699); - *Provincias de los Padres Capuchinos en España* (p. 757).

Vol. X: *Noticias sobre* Raymundo Lulio (p. 191, 313, 321, 367).

Vol. XI: *Extracto de las Misceláneas de* D.G. Alemany, *cuyos originales se hallan en la librería interior del convento de PP. Observantes de esta ciudad de Palma* (p. 277); - *Noticia del* B. Raymundo, *de sus escritos y de los Lulistas* (p. 341); - Cisneros *fué el que 1º hizo anotar los bautismos, lo que después mandó el concilio Tridentino* (p. 365); - *El Ilt.mo* D. Fr. Rafael Verger, *Franciscano, obispo del Nuevo Reyno de León o Linares, hizo un mapa de las Californias, que approvó el Consejo de Indias* (p. 369).

Vol. XII: *Privilegios concedidos al convento de PP. Franciscanos de esta capital* (Palma) (p. 41); - *Orden del Rey* D. Jayme de Mallorca (*1303*): *son vendidos los bienes de los Frayles de Penitencia* (p. 48); - *Año 1322*: *número de frailes y monjas que había en los conventos* (p. 114b); - *El honrat* Fr. Johan Fornells *del Orde de S. Francesch Conseller Real* (p. 165); - Fr. Francesco Saclota *de orde del Rey tradui se Alcorá de moros en llemosí, cuyo original es en monastir de Frares Menors*: *1381* (p. 170b); - *Añy 1681 predicá el* P. Fr. Bonaventura de Zaragoza, *Guardián de Capuxins en la capella de S. Tomas del convent del Socós per la mort del conte del Villar* (p. 238); - *Añy 1682 predicà a la Seu el* P. Fr. Antoni Llinás *del Orde de* S. Francesc *de l'Observancia* (p. 240); - *Noticia del* P. Fr. Antoni Magnamare [sic], *franciscá irlandés*: *1685* (p. 240); - *Als 29 abril 1702 donarem entrada a una setgetia (havent fet 19 dias de corantena) la que venia de Alger ab 145 rescatats, entre los quals havia los Capuxins de la provincia de Valencia el* P. Fr. Pablo de Oriola, *misioner apostolich y president apostolich de las Indias, y el* P. Fr. Josep de Soria, *de la provincia de Valencia, misioner apostolich* (p. 245); - Sor Clara Ponce de Leon, *fundadora del convent de las Capuchinas* (*Palma*) (p. 245); - Francisco Antonio de la Portilla, *franciscano, electo obispo de Mallorca* (p. 250b); - *Los Capuchinos de Palma celebran la canonización de* S. Félix de Cantalicio (p. 250b); - *En lo any 1710 se comensá en el convent de PP. Capuxins (de Palma) a fer la prossesó pública del Via-Crucis el Dimarts Sant a la tarde y es cert es fa ab gran devoció* (p. 251); - *Cuatro escuelas en Palma*: *Lulista, Tomista, Escotista y Suarista* (p. 269); - *La provincia de los PP. Mínimos de S. Francisco de Paula abrazan las doctrinas del* B. Lulio: *1748* (p. 270); - *Nota sobre* Francisco Ximénez de Cisneros, *arzobispo de Toledo, cardenal y regente de España* (p. 320b); - *Legado de la Reyna D. Esclaramunda al monasterio de St. Clara y de los Menores*: *1337* (p. 323); - *Fuente de Sn. Francisco de Asís empezada en 1635* (p. 327). P. Melchior

1248. — J. Pla y Cargol. *Biografías de gerundenses*. Gerona, Dalmau Carles Pla, 1948. In-8º, 330 p.

Inter viros illustres ex provincia Gerundae oriundos, qui hoc in opere commemorantur, iuvabit recolere sodales franciscales Franciscum Eiximenis, O.Min. (┼ 1449) (p. 41) et Joannem Bassols, O.Min. (┼ 1333) (p. 203), necnon Fratres Minores Capuccinos Michaelem, Josephum et Andream a Gerunda, atque Hermenegildum, Aloisium, Raphaelem, Raymundum M. et Richardum, omnes e civitate Olot oriundos. Verumtamen notitiae traditae sunt imperfectae et documenta vel fontes, ex quibus excerptae sunt, non significantur. Cf. *Estudios Franc.*, 1950, t. LI, p. 255-256. P. Melchior

1249. — Sebastián de Ubrique, O.F.M.Cap., *San Fernando y los Franciscanos*, in *Adalid Seráf.*, 1948, t. XLIX, p. 166-167.

Breviter significantur necessitudines huius regis cum Ordine S. Francisci qui, illo regnante, per Hispaniam valde propagatur.

P. MELCHIOR

1250. — L. FERNÁNDEZ DE RETANA, C.SS.R. *Isabel la Católica.* 2 vol. Madrid, Edit. El Perpetuo Socorro, 1947. In-8°, 735; 669 p.

1251. — C. SÁNCHEZ ALISEDA, *Precedentes toledanos de la reforma tridentina,* in *Rev. Españ. Derecho Can.*, 1948, t. III, p. 457-495.

Historicis ac doctrinalibus dissertationibus editis, magis ac magis in dies demonstratur Ecclesiam catholicam magnos reformationis conatus indesinenter perfecisse, antequam M. LUTHERUS suam pseudoreformationem proclamasset. Quae quidem veritas manifestissime patet demonstrata hac elucubratione, quippe quod A. multa affert reformationis ecclesiasticae capita iam post medium saec. XV in archidioecesi Toletana inducta, quaeque deinde in Concilio Tridentino pro universa Christi Ecclesia sancita sunt. Primas vero in hoc tam salutari opere tulit card. FRANCISCUS JIMÉNEZ DE CISNEROS, O.F.M. OBS. (1436-1517). Is enim qui, regali ac pontificia auctoritate munitus, plurimis difficultatibus superatis, reformationem Regularium ad finem perduxerat optimum (cf. L. FERNÁNDEZ DE RETANA, C.SS.R., *Cisneros y su siglo,* t. I, cap. IV-VII, Madrid, 1929; *Collect. Franc.*, 1933, t. III, p. 426-429), die 11 oct. an. 1495 consecratur archiepiscopus Toletanus; exinde autem omnem impendit operam in reformandis vita christiana et ecclesiastica disciplina; an. 1497 et 1489 synodos coadunavit, quarum constitutiones typis editae sunt; institutionem clericorum valde promovit; catechismum doctrinae christianae componere fecit, qui magnam habuit vim in aliis huiusmodi tractatibus procedente tempore in Hispania editis.

P. MELCHIOR

1252. — BUENAVENTURA OROMÍ, O.F.M., *Los Franciscanos españoles en el Concilio de Trento. Apéndices,* in *Verdad y Vida,* 1947, t. V, p. 179-197.

Postquam A. decem et novem Fratres Minores Hispaniae recensuerat, qui Concilio Tridentino interfuerunt (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-1946), p. 144), nunc in medium profert aliqua documenta minoris extensionis ex archivis deprompta ad idem argumentum spectantia.

P. MELCHIOR

1253. — MANUEL R. PAZOS, O.F.M., *Cronistas de la provincia de Santiago,* in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 153-205, 297-355.

Haec monographia, quae etiam separatim prodiit, recensita est in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 149.

1254. — LORENZO PÉREZ, O.F.M., *Procuradores de la provincia de San Gregorio de Filipinas,* in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1947, t. VII, p. 69-93, 383-393.

Ius regii patronatus, quo missiones in America et in Oriente regebantur, exigebat ut aliquis sodalis religiosus negotia apud Aulam Matritensem pertractaret. A., qui an. 1937 e vita decessit, catalogum procuratorum quos provincia hispanica O.F.M.Obs. a S. Gregorio Philippinarum nuncupata ad hoc munus exercendum destinaverat, contexuit qui nunc paulatim editur (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 272). Primo loco exhibetur curriculum vitae procuratorum huiusmodi, deinde documenta eduntur ex tabulariis excerpta quae eorundem actionem missionariam exhibent; generatim agitur de missionariis mittendis deque itinerum praeparatione. P. Melchior

1255. — Fidel de Lejarza, O.F.M., *Notas para la historia misionera de la provincia de la Concepción*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 9-103.

Provincia O.F.M.Obs. a Conceptione B.M. Virginis nuncupata oritur an. 1518 ex unione custodiarum « Santoyo » et « Domus Dei » in Castellae et Legionis regno. Huius autem provinciae religiosi sodales ab ipsis primordiis assiduam impenderunt operam in missionibus apud populos infideles exercendis. A., descriptis fontibus historicis partim editis et partim non editis, notitias hoc caput illustrantes exhibet, et ea qua pollet dexteritate et peritia historiam singularum missionum adumbrat et postmodum notitias biographicas missionariorum exponit qui in Mexico et Venetiola suum exercuerunt ministerium. Pariter ob lectorum oculos A. ponit ceteros huius provinciae alumnos, qui tum qua Commissarii generales Novae Hispaniae et Peruviae a Ministro Ordinis generali vel a Commissario Indiarum generali operi missionario praefuerunt, tum qua Commissarii generales Indiarum apud Aulam catholicorum Hispaniae regum Matriti negotia pertractabant. Ex qua quidem narratione satis comprobatur in hac monastica provincia spiritum missionarium revera floruisse.

P. Melchior

1256. — J. Meseguer Fernández, O.F.M., *El capítulo custodial de Cuéllar (1472) nombra un visitador con facultades especiales para los monasterios de Calabazanos y Segovia*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 239-252.

Ad regimen et reformationem sanctimonialium S. Clarae in Hispania provehendam saec. XIV auctoritate apostolica instituuntur visitatores ex Ordine franciscano selecti et peculiaribus privilegiis et facultatibus praediti. Visitatorum institutum continuatur usque ad an. 1517, quum eorum facultates valde coarctantur et an. 1565 practice penitus abrogantur. Post medium saec. XV Sorores Clarissae monasteriorum oppidi Calabazanos, dioec. Palentinae, et Segoviae, desiderio strictioris disciplinae cupidae, potius quam Fratribus Observantibus, Fratribus Reformatis custodiae vulgo Santoyo sese committunt, qui in coetu die 12 oct. an. 1472 coacto statuta condunt ad illa duo monasteria moderanda. A. haec statuta dilucidat et ex cod. Arch. monasterii Calabazanos, *Caj. 1, Leg. 2, n. 13,* in lucem profert.

P. Melchior

1257. — *El joven piadoso. Devocionario para el alumno de los colegios franciscanos de la seráfica Provincia de Cartagena. Ordinado y dispuesto por varios Padres Profesores de la misma Orden*. Murcia, Tipografia San Francisco, 1948. In-24°, 157 p.

1258. — JOAQUÍN SANCHIS ALVENTOSA, O.F.M. *Santo Espíritu del Monte. Historia del Real Monasterio*. Valencia, Semana Gráfica, 1948. In-16°, 246 p.

Hoc monasterium regia munificentia an. 1404 exstructum, procedente tempore, exstitit centrum propagationis Regularis Observantiae et efficacis actionis apostolicae, quippe quod ad sacras expeditiones inter populum fidelem fovendas et promovendas peculiare concionatorum collegium in eo instauratum erat (*Acta Ord. Min.*, 1950, t. LXIX, p. 53). P. MELCHIOR

1259. — H. SANCHO, *El convento de San Francisco de Cádiz, 1566-1596. Notas y documentos para la historia de sus primeros treinta años*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1947, t. VII, p. 309-381.

De anno fundationis coenobii O.F.M.Obs. in civitate Gaditana non una est auctorum sententia. FR. GONZAGA, O.F.M.OBS. (cf. *De origine seraphicae Religionis*, p. 908, Romae, 1587) fatebatur illud circa an. 1562 a fratribus instructum esse. A. vero statuit primum lapidem positum fuisse die 25 mart. an. 1566, quamvis iam an. 1560 aliquod tentamen factum fuerat. Haec exquisita monographia accurate describit vicissitudines fundationis necnon vitam actuosam incolarum usque ad an. 1596, quo bellicis tumultibus tum coenobium tum ecclesia fere penitus destructa sunt. Notitiis huc illuc collectis nova series praesidum coenobii proponitur, quae ab alia iam nota differt (P.P. HERNÁNDEZ, O.F.M., *Serie de los guardianes del convento de San Francisco de Cádiz*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1921, t. XV, p. 383-388). Item enarrantur historia et actio plurimarum piarum sodalitatum, quae in illa ecclesia florebant. P. MELCHIOR

1260. — J.M. FRANQUET, *La iglesia de San Francisco, en Falset*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 85-86.

Non constat de tempore fundationis huius ecclesiae, quae certe saec. XVI constructa erat; in ea institutum erat sodalitium Tertii Ordinis Franciscalis, in quo floruit quaedam femina illustris soror ELISABETHA FERRER Y BUSQUETS, mortua an. 1610, eiusque corpus in ecclesia S. Francisci sepelitur. P. MELCHIOR

1261. — [LAURENTIUS M. CASTRO, O.F.M.CONV.], *Commissariatus Nostrae Dominae a Monte Serrato in Hispania*, in *Comm. Ord. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 139-145.

Unica domus religiosa, quam Fr. Min. Conventuales in Hispania an. 1936 habebant, magnam iacturam passa est tempore belli civilis (1936-1939). Bello composito, ipsi sodales religiosi nova incrementa suscipiunt atque ab an. 1941 Commissariatum generalem constituunt, cuius vicissitudines praecipuae et actuosa operatio breviter perstringuntur. Nunc exstant in Hispania quattuor domus, in quibus 35 sodales religiosi et 27 probandi commorantur. P. MELCHIOR

1262. — IRVIN UDULUTSCH [OF NORWALK], O.F.M.CAP., *First Capuchin Foundations in Spain*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 95-117.

De primordiis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum in Hispania secundum fontes historicos editos et non editos fuso calamo actum est in nostro commentario periodico (cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 361-382, 521-539). Nunc autem A. idem argumentum adgreditur tractandum: hinc inde collectis notitiis, clara methodo utens, seriis argumentis innixus, varia tentamina instaurationis refert et deinde singulorum coenobiorum fundationem narrat.

Loco « AMBROSIUS DE SALES », O.F.M.CAP., passim, scribendum est: AMBROSIUS DE SALDES. Locus *El Viso*, quo aliquando fratres commorati sunt, situs est in provincia vulgo Ciudad Real, non Toleti; huius autem hospitii vicissitudines melius cognoscuntur documentis recentiore tempore editis (cf. BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *La provincia de Frailes Men. Capuchinos de Castilla*, t. I, p. 23 s., Madrid, 1949). P. MELCHIOR

1263. — D.P., O.F.M.CAP., *Florecillas capuchinas*, in *Apost. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 9-10, 42-43, 73-74, 99-100, 124-126, 178-179, 222-223.

Litterario modo describuntur aliquae notitiae biographicae quorundam sodalium religiosorum provinciae Catalauniae O.F.M.Cap., nempe: JOSEPHI A LLEVANERAS († 1634), SERAPHINI A BARCINONE († 1742), FRANCISCI A FIGUERAS († 1638), SERAPHINI A MANRESA († 1634), JOANNIS BAPTISTAE A VICH († 1634), FRANCISCI AB ARGUELLES († 1634), FRANCISCI A BURGUNDIA († 1636). P. MELCHIOR

1264. — *Manual Seráfico de los FF. MM. Capuchinos de las provincias de España y de sus custodias y misiones*. Madrid, Marsiega, S.A., 1948. In 8°, XV-364 p.

Usus invaluit in Ordine O.F.M.Cap. speciali volumine colligere caeremonias domesticas et ritus ecclesiasticos per annum magis usitatos (cf. MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia generalis Ordinis Fr. Min. Capuccinorum*, pars II, t. I, p. 82 s., 87 s., Romae, 1948). Auctoritate autem Ministri generalis BERNARDI AB ANDERMATT an. 1890 huiusmodi volumen *Manual Seráfico* inscriptum vulgatum fuerat in commodum et utilitatem sodalium religiosorum provinciarum Hispaniae; sed quia procedente tempore tum ius commune, tum ius Ordinis particulare non paucas nec parvas mutationes subiit, necesse erat veterem textum normis recentioribus aptare, idque praesenti editione factum est. P. MELCHIOR

1265. — JUSTO DE VILLARES, O.F.M.CAP. *Mi recuerdo de la Santa Misión*. Valladolid, 1948. in-16°, 256 p.

Hic liber manualis ea omnia continet, in quinque partes divisa, quae ad sacras expeditiones rite instituendas earumque spiritualem fructum perennandum iuvare possunt. Itaque non solum missionariis commendatur, sed omnibus christifidelibus, qui commodum pietatis librum prae manibus habere cupiunt. Cf. *Bol. Ofic. Prov. Cap. Castilla*, 1948, t. I, p. 69. P. MELCHIOR

1266. — ARMAND DASSEVILLE [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *The siege of Antequera*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-48, t. XIII, p. 68-70.

Die 20 sept. an. 1936 Minister provincialis prov. Baeticae O.F.M. Cap. publicis litteris commemoravit cruentam occisionem septem sodalium fratrum qui in coenobio Antequera dicto morabantur; quas quidem litteras insequente anno flandrice translatae sunt (cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 154, ubi etiam nomina occisorum leguntur). Porro ex textu flandrico summaria narratio illius luctuosi eventus depromitur. P. MELCHIOR

1267. — MAURICIO DE MONTECARLO, O.F.M.CAP., *Historia misionera de la provincia Bética*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 113.

Commemorantur missionarii O.F.M.Cap. provinciae Baeticae, qui ab an. 1645 usque ad an. 1670 in Guinea et Sierra Leona adlaboravere. P. MELCHIOR

1268. — *Boletín Oficial de la Provincia de Frailes Menores Capuchinos de Castilla.* Madrid, Curia Provincial, 1948. In-8°, 40 p.

Uti multae monasticae provinciae O.F.M.Cap. iam facere solent, etiam provincia Castellae an. 1948 edere coepit commentarium periodicum, cuius programma in hoc primo fasciculo vulgatur; praeter acta et documenta publica, continet etiam notitias historicas ad provinciam attinentes, necrologium religiosorum sodalium, et descriptionem bibliographicam operum editorum. P. MELCHIOR

1269. — *Tabla de las Familias Conventuales de la Provincia Capuchina de Castilla (26 julio 1948)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Castilla,* 1948, t. I, p. 83-94.

1270. — *Vida de la Provincia (Capuchina de Castilla)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Castilla,* 1948, t. I, p. 15-33, 51-64, 118-126.

Exhibetur operositas apostolica et socialis sodalium religiosorum provinciae Castellae O.F.M.Cap. in singulis eorum coenobiis. P. MELCHIOR

1271. — *Capítulo provincial XV^e (de Navarra-Cantabria-Aragón) celebrado del 13 al 16 de julio de 1948. Tabla de Familias Conventuales*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 121-126.

1272. — *Relación estadística de las actividades desarrolladas en la provincia (de Navarra-Cantabria-Aragón) y sus misiones durante el año 1946*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1947, t. II, p. 3-19.

1273. — *Relación estadística de las actividades desarrolladas (en la provincia de Navarra-Cantabria-Aragón) durante el año 1947*, *ibid.*, 1948, t. III, p. 11-19.

Conspectus actionis apostolicae, socialis et culturalis quae in singulis domibus explicata est a die 1 ian. usque ad diem 31 dec. an. 1946 et a die 1 ian. usque ad diem 31 dec. an. 1947 in provincia O.F.M.Cap. Navarra-Cantabria-Aragón. P. MELCHIOR

1274. — *Tercera Asamblea de profesores de la Provincia (de Navarra Cantabria Aragón)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1947, t. II, p. 130-137.

Diebus 27-29 aug. an. 1947 coadunatur Alsasuae coetus lectorum huius provinciae, in quo praesertim disseruerunt de disciplinis inferioribus in collegiis tradendis. Summa discussionum praebetur.

P. Melchior

1275. — *Tercera Asamblea de PP. Predicadores de la provincia (de Navarra-Cantabria-Aragón)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1947, t. II, p. 124-130.

Concionatores O.F.M.Cap. provinciae Navarra-Cantabria-Aragón diebus 29-30 iul. an. 1947 convenerunt Pampelone ad argumenta discutienda, quae sacrum praedicationis ministerium respiciunt. Nunc summaria dissertationum perhibentur, quae versantur circa argumenta tractanda in novendialibus, in exercitiis spiritualibus et missionibus ad populum, circa curam capite damnatis praestanda et circa opificum et operariorum ministerium. P. Melchior

1276. — Eugenio de Valencia, O.F.M.Cap. *Necrologio histórico seráfico de los Frailes Men. Capuchinos de la Provincia de la Preciosísima Sangre de Cristo, de Valencia, 1596-1947*. Segunda edición corregida y aumentada. Valencia, Semana Gráfica, S.A., 1947. In-8°, 474 p.

Recensio facta est in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 325-326.

1277. — A. de Legarda, O.F.M.Cap., *Cervantes y los Capuchinos*, in *Verdad y Caridad*, 1948, t. XXV, p. 352-353.

1278. — *Curiosidades de nuestra Historia. Los modelos de Fray Gerundio de Campazas*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1947, t. II, p. 177-180.

Notum est praedicationem ecclesiasticam in Hispania saec. XVIII valde esse deformatam modo fucato et tumido dicendi a concionatoribus adhibito, quem acute satiris carpsit J.F. de Isla, S.J., celeberrimo suo opere, cui titulus *Fray Gerundio de Campazas;* quod quidem opus aliqui sodales Capuccini hispanici acriter impugnarunt (cf. Melchor de Pobladura, O.F.M.Cap., *Los Frailes Menores Capuchinos en Castilla,* p. 189 s., Madrid, 1946), quandoquidem rumor circumferebatur quod contra ipsos praesertim scriptum erat. A. huius commentarioli sermonem invenit Gabrielis a Cintruénigo, O.F.M.Cap., Pampelone editum an. 1734, quem, reticito auctoris nomine, J.F. de Isla attulit uti exemplar huius fucatae et improbandae eloquentiae. Reapse, uti ex fragmentis nunc vulgatis apparet, iste sermo, quamvis eruditione sacra et profana sit refertus, magis risum movet quam admirationem. P. Melchior

1279. — *La residencia de Borjas Blancas*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 136-137, 163-164.

In hoc oppido sodales Capuccini provinciae Catalauniae an. 1910 instaurant domum religiosam, in qua pueri erudiuntur. Post multas

rerum vicissitudines quae hic breviter describuntur, die 27 apr. an. 1948 novum coenobium solemniter inauguratur. P. MELCHIOR

1280. — E. VIVAS, *Datos históricos de la V.O.T. de San Francisco de Asís de Calella de la Costa. El convento capuchino*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 61-63.

Postquam aliqua tentamina facta sunt an. 1692 et 1699, prima sedes huius coenobii provinciae Catalauniae sumitur an. 1700. P. MELCHIOR

1281. — *El nuevo Santuario de San Antonio, en Cuatro Caminos (Madrid)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Castilla*, 1948, t. I, p. 34-37.

Describitur fundatio coenobii, quod sodales provinciae Castellae an. 1944-1947 in suburbio Matritensi vulgo *Cuatro Caminos* erexerunt, in quo frequenti populi concursu honoratur S. ANTONIUS PATAVINUS. P. MELCHIOR

1282. — *Vitalidad seráfica*, in *Mensajero Seráf.*, 1947, t. LX, p. 23-24, 44-45, 87-88.

Poetico modo describitur coenobium ad *Montehano* (Cicero) situm, in quo sodales Capuccini provinciae Castellae ab an. 1879 commorantur. P. MELCHIOR

1283. — [TEODOSIO M. DE VILLADEMOR, O.F.M.CAP.]. *Estatutos de la seráfica cofradía de los Cordígeros establecida canónicamente en la iglesia de los PP. Franciscanos Capuchinos de Ribadeo*. La Coruña, Edit. Lit. e Impr. Roel, 1948. In-16°, 84 p.

An. 1947 in ecclesia O.F.M.Cap. loci Ribadeo nuncupati (Lugo) canonice erecta est confraternitas Chordigerorum S. Francisci Assisiensis, et in commodum utilitatemque sociorum nunc eduntur peculiaria statuta, quibus accedunt in appendicibus privilegia, facultates et indulgentiae, quibus ipsi socii gaudent, ritus et caeremoniae quae adhiberi solent, et demum aliquae piae exercitationes quae in Ordine franciscali sunt in usu. P. MELCHIOR

1284. — ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O.F.M.CAP., *Estampas capuchino-barcelonesas. I. El apóstol anónimo de la Virgen del Pilar*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 206, 217.

Narratur origo historica quotidianae celebrationis Missae, quam ab an. 1621 sacerdotes O.F.M.Cap. coenobii Barcinonensis in ecclesia S. Jacobi huius civitatis coram imagine B.V. Mariae a Columna nuncupatae celebrabant. P. MELCHIOR

1285. — L.J. PEDREGAL, *En torno al tema de la Asunción. Fervor asuncionista de los Capuchinos andaluces*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 200-201.

Memorantur aliqui scriptores O.F.M.Cap. qui suis in operibus de assumptione Virginis Mariae in coelum egerunt, scil. FELICIANUS AB HISPALI († 1722), ISIDORUS AB HISPALI († 1750), DIDACUS JOSEPHUS A GADIBUS († 1801), HYACINTHUS M. MARTÍNEZ Y SAEZ A PEÑACERRADA († 1873): demum votum iuramentumque affertur quo die

6 sept. an. 1903 sodales archiconfraternitatis Hispalensis a Matre Divini Pastoris nuncupatae sese obstringebant, etiam ipsa sanguinis effusione, ad defendendum hoc privilegium Virginis Immaculatae (cf. *Collect. Franc.*, 1944, t. XIV, p. 289 s.). P. MELCHIOR

1286. — SERAFIN DE AUSEJO, O.F.M.CAP., *Perspectivas de la Asunción de María Santísima*, in *Adalid Seráf.*, 1948, t. XLIX, p. 120-121.

Breviter adumbrantur ad mentem B. DIDACI JOSEPHI A GADIBUS, O.F.M.CAP., tria elementa quae secum fert assumptio B. Mariae Virginis, nimirum: mors, resurrectio et ingressus in coelum.
P. MELCHIOR

1287. — L. PÉREZ BUENO, *De la canonización del santo fray Diego*, in *Hispania*, 1947, t. VII, p. 298-303.

Editur epistola oratoris Hispaniarum in Urbe ad PHILIPPUM II an. 1586 data, referens sumptus qui in sanctorum canonisatione fieri solent. DIDACUS COMPLUTENSIS, O.F.M.OBS., de quo agitur, catalogo sanctorum adscribitur die 2 iul. an. 1568. P. MELCHIOR

1288. — ARCÁNGEL BARRADO, O.F.M., *San Francisco Solano en Montilla y Loreto*, in *Boletín Real Acad. Cienc. Buen. Let. Art. de Córdoba*, 1949, n. 62, p. 143-152.

Recensentur memoriae et opera artificiosa ad S. FRANCISCUM SOLANUM, O.F.M.OBS., spectantia in civitate Montilla, in qua natus est an. 1549, et in coenobio franciscano Hispalensi vulgo Loreto, in quo vota religiosa nuncupavit an. 1569. P. MELCHIOR

1289. — J. GOÑI GAZTAMBIDE, *La toma de hábito de Fray Diego de Estella*, in *Príncipe de Viana*, 1947, t. VIII, p. 399-400.

Ex examine cuiusdam processus facti an. 1546, manifestum est quod DIDACUS DE ESTELLA Fratribus Minoribus Observantibus aggregatur die 7 iul. an. 1541, annum aetatis agens vigesimum septimum, dum Salmanticae studiis operam dabat. P. MELCHIOR

1290. — *Vida de San Pedro de Alcántara*, por un Religioso de la Orden de S. Francisco. Madrid, Apostolado de la Prensa, 1947. In-8°, 158 p.

Communi fidelium captui accommodata exhibetur narratio vitae, virtutum et miraculorum huius sancti viri, qui in Ordine franciscali reformando efficaciter adlaboravit (*Bibl. Hispana*, sec. I, 1947, t. V, p. 487, n. 28.598). P. MELCHIOR

1290ª. — ÉTIENNE JOS. PIAT, O.F.M. *Saint Pierre d'Alcantara.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1942. In-8°, 63 p.

1291. — J. MESEGUER FERNÁNDEZ, O.F.M., *Fr. Francisco Ortiz en Torrelaguna. Notas para su biografía*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 479-529.

Actio FRANCISCI ORTIZ, O.F.M.OBS. († 1545?), in motu illuminatorum Toleti satis nota est post eruditas dissertationes editas ab

E. Böhmer an. 1865 et a B. Llorca, S.J., an. 1933 (cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 114). Praesens vero elucubratio clariorem lucem affert, praesertim ut causa intelligatur sui protracti secessus in coenobio civitatis Torrelaguna ab an. 1532 usque ad obitum, et propensio Ordinis franciscalis ad reformationem, quam ipse tunc temporis desiderabat et Franciscus de los Angeles Quiñones, O.F.M.Obs., promovebat (p. 494-501). Inter fragmenta operum Francisci Ortiz, quae hic vulgantur, specialem meretur mentionem eius epistola de arte concionandi (p. 522-525), quae Matriti, *Bibl. Nat., ms. 3620*, adservatur.
P. Melchior

1292. Omer Englebert. *Saint Pascal Baylon.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1942. In-8°, 54 p.

1293. Víctor Añibarro, O.F.M., *Il P. Ximénez Samaniego y los orígenes de la Observancia en España*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1948, t. VIII, p. 441-478.

Josephus Ximénez Samaniego, O.F.M.Obs., qui universum Fr. Minorum Ordinem moderatus est (1676-1682), non solum sua auctoritate studia historica promovit (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 344-345), sed *Annales* quoque scripsit qui magni sunt momenti ad primordia et indolem statuenda reformationis Ordinis franciscalis, quae sub finem saec. XIV in Hispania instauratur. Hi *Annales*, qui manuscripti in coenobio O.F.M. oppidi Nájera adservantur, compositi quidem sunt an. 1666-1682, sed innituntur narrationibus L. De Solinas, discipuli Petri de Villacreces, qui an. 1457 illas exarabat; protrahuntur ab an. 1377 usque ad an. 1422 et in eis saepe sententiae Francisci Gonzaga, O.F.M.Obs., et L. Wadding, O.F.M.Obs., ad crisim revocantur. Editor transcriptioni textus praemittit quasdam animadversiones circa causas laxitatis in Ecclesia et in Ordinibus religiosorum saec. XIV, et ad calcem paginarum observationibus criticis et bibliographicis *Annales* J. Ximénez Samaniego illustrat. Praeterea duas epistolas an. 1665 de eodem negotio a Matthia de Sobremonte, O.F.M.Obs., scriptas vulgat. P. Melchior

1294. — Fr. Juan de Larrinaga, O.F.M., *La Historia inédita de Guipúzcoa del Franciscano Padre Inurrigano a través de su índice impreso de 1760*, in *Bol. R. Soc. Vascongada*, 1946, t. II, p. 193-217.

1295. — *Adm. R.P. Samuel Eiján, ex-Minister Prov. S. Iacobi Compostellanae*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 69-70.

Samuel Eiján, O.F.M. (1876-1945), cuius vitae curriculum hic describitur, inter scriptores franciscanos Hispaniae celebratur, potissimum ob suas de Terra Sancta dissertationes. Cf. Lino Gómez Canedo, O.F.M., *El P. Samuel Eiján Lorenzo*, in *Arch. Ib. Amer.*, ser. 2, 1946, t. VI, p. 118-131; *Misionero y misionólogo: el P. Samuel Eiján*, in *España Misionera*, 1946, t. III, p. 250-258.
P. Melchior

1296. Basilio de Rubí, O.F.M.Cap., *El P. Luis de Villafranca*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 32.

Aloisius a Villafranca, insulae Maioricensis, natus est die 15 nov. an. 1770; an. 1788 habitum Fr. Capuccinorum induit et in cultu scientiarum historicarum excelluit; die 15 nov. an. 1847 animam Deo reddidit. Igitur occasione primi centenari ab eius obitu eius memoria celebratur, et praecipua eiusdem opera manuscripta memorantur. Cf. *supra*, n. 1247. P. Melchior

1297. — Serafín de Ausejo, O.F.M.Cap., *El beato Diego José de Cádiz y la devoción al Papa*, in *Adalid Seráf.*, 1948, t. XLIX, p. 55-56.

Ex epistolario B. Didaci Josephi a Gadibus excerpuntur aliqua fragmenta ad ostendendum qua devotione ille Summum Pontificem prosequebatur, tempore quo eius auctoritas a multis coarctabatur et negabatur. P. Melchior

1298. — B. Biscarri Cuyás, *Mujeres extraordinarias que influyeron en la vida y profecías del beato Diego José de Cádiz: Sor Antonia de Jesús Tirado*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 168, 195; 1948, t. XLIX, p. 154-155, 191.

Necessitudo quae inter B. Didacum Josephum a Gadibus et sororem Antoniam a Jesu, O.P., desumitur ex epistolario utriusque.
P. Melchior

1299. — Sebastián de Ubrique, O.F.M.Cap., *Un amigo del beato Diego J. de Cádiz*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 32-33, 50-51.

Sermo est in hac brevi notitia de necessitudine B. Didaci Josephi a Gadibus cum Ignatio Calvo y Gálvez sacerdote saeculari in urbe Ubrique. A. edidit opusculum quod B. Didacus Josephus scripserat in obitu sui amici an. 1781. P. Melchior

1300. — E. Moya Casals, *Místicas huellas del Bto. Diego José de Cádiz en Valencia*, in *Adalid Seráf.*, 1947, t. LXVIII, p. 103.

B. Didacus Josephus a Gadibus, O.F.M.Cap., an. 1787 Valentiae in Hispania concionatus est, et vicissitudines huius praedicationis obiter describuntur. P. Melchior

1301. — [Juan Bautista de Ardales], O.F.M.Cap., *Por qué no se canoniza el beato Diego?* in *Adalid Seráf.*, 1947, t. XLVIII, p. 175-176.

A. conqueritur quod B. Didacus Josephus a Gadibus, O.F.M. Cap., satis cognitus non sit. P. Melchior

1302. — Gonzalo de Córdoba, O.F.M.Cap., *Crece la devoción al sepulcro del siervo de Dios Padre Esteban de Adoain*, in *Adalid Seráf.*, 1948, t. XLIX, p. 134-135.

1303. — *Apoteósico homenaje al Vble. P.* (*Esteban de*) *Adoain*, in *Verdad y Caridad*, 1947, t. XXIV, p. 229-234.

Hisce ultimis temporibus cultus et devotio erga Stephanum ab Adoain, O.F.M.Cap. († 1880), valde augentur et propagantur, potissimum Pampelone, in qua urbe lapideum monumentum in eius hono-

rem inauguratur die 12 oct. an. 1947, et in oppido San Lúcar de Barrameda (Cádiz), in quo sepultus est in ecclesia coenobii O.F.M.Cap. Biographia venerabilis servi Dei recensita est in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 356-358. P. MELCHIOR

1304. — CRISÓSTOMO M. DA BUSTAMANTE, O.F.M.CAP. *Novena para pedir la beatificación y canonización del siervo de Dios P. Santos de Abelgas, misionero capuchino en Cuba y en el Caroní.* Caracas, Editorial Elite, 1947. In-8º, 32 p.

A. qui biographiam huius insignis missionarii exaraverat (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 358-359), nunc preces novendiales typis edidit ad impetrandam a Deo illius glorificationem ab Ecclesia authentice agnitam et adprobatam. P. MELCHIOR

1305. — EUGENIO DE VALENCIA, O.F.M.CAP. *Historia de la vida del siervo de Dios Excmo. y Rvdmo. Padre Francisco de Orihuela, Obispo dimisionario de Santa Marta y Titular de Equino.* 2 ed. Valencia, Tipografía Moderna, 1947. In-8º, 268 p. cum ill.

Iterum vulgatur biographia huius eximii praesulis O.F.M.Cap., qui die 22 aug. an. 1914 animam efflavit, postquam ab an. 1892 in missione Goagirae (Columbia) impense adlaboraverat. Cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 632-633. P. MELCHIOR

1306. — *Adm. R.P. Marianus a Vega de Espinareda, ex-Minister provinciae Castellae*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 43-44.

1307. — *Adm. R.P. Aloysius a Muru-Astráin, Ex-Minister et lector emeritus provinciae Navarro-Cantabro-Aragonensis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 74-75.

1308. — *Adm. R.P. Hermenegildus ab Alcoy, ex-Minister provinciae Valentinae*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 102-103.

An. 1946 hi tres insignes viri O.F.M.Cap. ad superos volarunt, qui in regimine suae quisque provinciae monasticae et in instituenda iuventute singularem adepti sunt laudem, prout his brevibus notitiis necrologicis luculenter manifestum est. Etenim P. MARIANUS iam antequam sacerdotio esset auctus (an. 1896) ad disciplinas tradendas destinatur, et exinde usque ad obitum (3 mart. 1946) vel eas iuvenibus sodalibus tradidit vel regimini fratrum continenter praeficitur. Insuper in recognitione Constitutionum Ordinis et Ordinationum Capitulorum generalium suam contulit operam. Demum dono praeditus erat in sacramentalibus confessionibus audiendis, praesertim monialium, et in animabus in viam perfectionis moderandis, inter quas eminet Soror MARIA DE LOS ANGELES SORAZU († 1921), quae illum habuit patrem et magistrum (cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 267-269; 1943, t. XIII, p. 431-433).

ALOYSIUS A MURU-ASTRAIN (1867-1946) an. 1903 munus Ministri provincialis admittere recusavit totamque fere vitam religiosam, spatio scil. 46 annorum in magisterio theologiae moralis Pampelone transegit. - P. HERMENEGILDUS etiam tum qua novitiorum magister tum qua seminarii seraphici praeceptor et moderator maximam adhibuit curam in instituendis iuvenibus; tempore belli civilis in Hispania a satellitibus comprehenditur, in carcerem detruditur, pro quin-

decim annis damnatur, in qua indesinenter sacerdotale ministerium exercebat. Bello composito, ipse liberatur et pro restauratione suae provinciae usque ad obitum (24 apr. 1946) adlaboravit. P. MELCHIOR

1309. — *R.P. Ezequiel de Legaria (1872-1948)*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 105-112.

Describuntur lineamenta biographica huius religiosi viri, O.F.M. Cap., qui in sua provincia Navarra-Cantabria-Aragón exemplar se praebuit omnium virtutum. P. MELCHIOR

21. - *Hollandia*

1310. — LUCIDIUS VERSCHUEREN, O.F.M., *Spiritualiteit in Nederland*, in *Studia Cath.*, 1948, t. XXIII, p. 99-108.

Varia opera et dissertationes de spiritualitate franciscana in Neerlandia recenter vulgata, breviter cum argumenti vel sententiae principalis indicatione adducuntur. Quae ad Ordinem franciscanum pertinent, in hac *Bibliogr. Franc.* suis quaeque locis referuntur. P. BONAVENTURA

1311. — J. HUYBEN, O.S.B., *Le mouvement spirituel dans les Pays-Bas au XIIIe siècle*, in *La Vie Spirituelle, Suppl.*, 1947, n. 1, p. 29-45.

Praeter notitias de aliorum Ordinum religiosorum spiritualitate saec. XIII, quaedam generalia exponuntur de momento novae spiritualitatis franciscanae. P. BONAVENTURA

1312. — P. POLMAN, O.F.M. *Godsdienst in de Gouden Eeuw.* (Reeks: Batavia Sacra). Utrecht-Brussel, Het Spectrum, 1947, 95 p.

1313. — M. SMITS VAN WAESBERGHE, S.J., *Het H. Sacrament in de Nederlandse Vroomheid*, in *Kath. Cult. Tijdschr.*, 1946-47, t. I, p. 296-307.

Scribens de S. Eucharistia in historia spiritualitatis Neerlandiae, A. quaedam adfert de JOANNE BRUGMAN, O.F.M.OBS., GERARDO DE GOUDA, O.F.M.OBS. (*Boecxken van der Misse*, 1506) et de Fratrum Minorum, unacum PP. Jesuitis, explicato studio propagandi usum sanctam Communionem non solum singulis mensibus, sed etiam frequentius recipiendi (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 120). P. BONAVENTURA

1314. — P. POLMAN, O.F.M., *De H. Eucharistie in de Nederlandse polemiek*, in *Studia Cath.*, 1948, t. XXIII, p. 239-254.

Exponens historiam discussionis doctrinae de Christi praesentia reali in S. Eucharistia in Neerlandia saec. XVI-XVII, A. mentionem facit disputationum PETRI LEROY (REGIS), O.F.M.OBS., primi adversarii baianismi († 1573), JACOBI TYRAS, O.F.M.OBS. (1625), SIMONIS DE CONINCK, O.F.M.OBS. († 1664), FRANCISCI VAN EYNINGHEN, O.F.M. OBS. († 1669). P. BONAVENTURA

1315. — BONAVENTURA KRUITWAGEN, O.F.M., *Een Middeleeuwsch gebed tot Maria, van Nederlandschen oorsprong tegen besmettelijke ziekten*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. I, p. 175-182, cum nota addita a DALMATIO VAN HEEL, O.F.M., p. 183-186.

Iterum editur articulus, antea editus in *De Maasbode*, 1918, 14 nov., de oratione « Haec est praeclarum vas », quae quidem originis franciscanae non est, sed Franciscanis acceptissima erat.

P. BONAVENTURA

1316. — L. J. ROGIER, *Geschiedenis van het Katholicisme in Noord-Nederland in de 16ᵉ en de 17ᵉ eeuw*. Tweede druk. 3 voll. Amsterdam, Urbi et Orbi, 1947. In-8°, 650; 832; 77 p. cum plur. tab. et 3 delin.

In hoc praeclaro opere, primum edito an. 1945 (t. I) et 1946 (t. II), plurimae notitiae inveniuntur de Ordine Fratrum Minorum et Fratrum Minorum Capuccinorum eorumque operositate apostolica in Neerlandia Septentrionali (cui nostris diebus respondet Regnum Neerlandiae, dum Neerlandia Meridionalis audit Belgium) saec. XVI-XVII explicata. Longum est hoc loco singulas res significare, et supervacuum, quia adhibito indice, accurate confecto et in III volumine edito, facile inveniri possunt. Dum lectorem ad amplam recensionem in *Rev. Hist. Eccl.*, 1949, t. XLIV, p. 677-681, revocamus, haec duo tantum adnotamus, scil. primum quod A. notitias suas hausit solum ex fontibus et operibus iam editis, unde sequitur momentum operis eius pro historia franciscana potius in eo positum esse, quod notitias iam notas passimque dispersas cum historia generali in unum contexuit; deinde quod in delineatione III, quam operi addidit, indicantur stationes in Missione Hollandica circa an. 1700 exsistentes. Hoc quidem instrumentum, sane utilissimum, adhuc maioris commoditatis studiosis esset, si index stationum etiam ordine alphabetico in eodem dispositus esset.

P. BONAVENTURA

1317. — P. NORDELOOS, *Pastoor Maarten Donk*. Deel I: *1505-1567*. (Batavia Sacra). Utrecht, Het Spectrum, 1948. In-8°, 112 p. cum ill.

1318. — P. NORDELOOS, *Pastoor Maarten Donk*. Deel II: *1567-1590*. (Batavia Sacra). Utrecht, Het Spectrum, 1948. In-8°, 125 p. cum ill.

In hac biographia strenui animarum pastoris et ab haeresi defensoris plures notitiae adferuntur, quae provincias Coloniensem et Germaniae Inferioris O.F.M.OBS., varios religiosos et missionarios franciscanos, uti NICOLAUM FERBER DE HERBORN, PETRUM DE GENT, MARTINUM DE VALENCIA aliosque, necnon Sorores T.O.Reg. in Groetebroek et Delft spectant (*Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1951, fasc. VIII, p. 316).

P. BONAVENTURA

1319. — M.E. KRONENBERG, *Verboden boeken en opstandige drukkers in de Hervormingstijd*. Amsterdam, Van Kampen, 1948. In-8°, 173 p.

In hoc opere de libris prohibitis prima *reformationis* ut dicitur aetate mentio fit (p. 63 s.) FRANCISCI LAMBERTI AVENIONENSIS, primum

O.F.M.Obs. sodalis et postea M. LUTHERI sequacis, cuius operis *In Regulam Minoritarum Commentarii plane aurei* versio neerlandica an. 1526 edita sub titulo *Een gulden opschrift in der Minrebroeders reghel* omittitur apud E. KURTEN, O.F.M., *Franz Lambert von Avignon und Nikolaus Herborn in ihrer Stellung zum Ordensgedanken und zum Franziskanertum im besonderen* (Münster, 1950; cf. *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 455-459). Agitur etiam de JOANNE PELT, pariter ab O.F.M.Obs. ad novatores apostata, de sermonibus haereticis sub falso nomine *Niclaes Peeters Minnebroeder* an. 1540 editis, et de JOANNES ROYAERTS, O.F.M.OBS., strenuo contra novatores propugnatore fidei catholicae. P. BONAVENTURA

1320. — R.R. POST, *Karel V' Formula Reformationis en haar toepassing in Nederland, 1548-1549*, in *Mededelingen Koninkl. Nederl. Akad. Wetensch., Afd. Letterk.*, nova ser., t. X, fasc. 7, p. 173-197 (Amsterdam, Noord-Hollandsche Uitgevers-maatschappij, 1947. In-8°, 25 p.).

Brevis notitiae de quodam Fratre Minore conventus in Harderwijk, qui, familia religiosa relicta, Ministro provinciali invito, munus parochi in Terwolde obtinuit, sed in conventum redire cogitur necnon de fratribus conventus O.F.M.Obs. in Utrecht, qui quendam parochum examinare iussi erant, qui tamen postea a visitatore indoctus et ad munus suum non idoneus repertus est (*Franciscana*, 1949, t. IV, 226 s.). P. BONAVENTURA

1321. — GERLACH [VAN 'S-HERTOGENBOSCH], O.F.M.CAP., *Het geestelijk leven der Katholieken in de Nederlanden onder de apostolische vicarissen. De ongedrukte bronnen*, in *Ons Geest. Erf*, 1948, t. XXII, p. 387-403, 1949, t. XXIII, p. 413-426.

Fontes ineditos, vitam spiritualem catholicorum in Neerlandia sub Vicariis Apostolicis (1592-1727) spectantes, indicaturus A. primum tractat in genere de archivis, musaeis et bibliothecis Neerlandiae et regionum finitimarum, in quibus huiusmodi fontes, sive archivales sive litterarii, inveniri possunt. Sequitur, in altera parte, elenchus fontium, primum archivalium, deinde litterariorum, qui 212 numeros complectitur, quorum plures res ad Ordinem franciscalem pertinentes referunt. P. BONAVENTURA

1322. — GERLACH [VAN 'S HERTOGENBOSCH], O.F.M.CAP., *Stukken betreffende de opleiding der geestelijkheid in de Hollandse missie*, in *Arch. Gesch. Aartsbisdom Utrecht*, 1948, t. LXVII, p. 15-96, 97-133.

1323. — EDGARD HEYNEN, *Maastrichtse Drukken (1552-1816). Tweede Gedeelte (1783-1816)*, in *Publications Soc. Hist Archéol. Limbourg* (Maastricht), 1948, t. LXXXIV, p. 1-139.

Est continuatio elenchi bibliographici, de cuius prima parte iam *supra* n. 57 brevem notitiam dedimus. Inter 1360 opuscula huius elenchi non pauca inveniuntur franciscana, quae indicantur recentius in *Franciscana*, 1949, t. IV, p. 217. P. BONAVENTURA

1324. — *Bijdragen voor de Geschiedenis van de Provincie der Minderbroeders in de Nederlanden.* Onder redactie van Pater DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M., en Pater CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M. Bundel I: 1947. Rotterdam, Uitgeverij «De Forel», 1947. In-8°, 240 p.

Saepius iam, annis praeteritis, in hac *Bibliographia Franciscana* adducebantur commentaria vel commentarioli circa historiam Ordinis franciscalis in regionibus Neerlandicis ex periodico *Neerlandia Seraphica*, quae tamen, cum hoc periodicum, ad usum privatum Fratrum Minorum destinatum, palam iam non prostaret, multi studiosi difficulter adire potuerunt. Itaque magno cum gaudio excipiunt haec nova « Collectanea ad historiam Provinciae Fratrum Minorum in Neerlandia », quae primum Roterodami edita, nunc vero (1951) apud administrationem *N.V. Grafische Kunstinrichting J. van Poll Suykerbuyk*, ROOSENDAAL (NEERLANDIA) facile ab omnibus emi possunt. Singulis annis tres fasciculi vulgantur, quorum quisque circa 160 paginas complectitur, ita ut singulis annis volumen 500 fere paginarum habeatur, indicibus bene instructum. Quae hucusque publicata sunt commentaria et dissertationes, documenta et instrumenta, recensiones et notitiae bibliographicae, methodo scientifica exarata et typis splendide edita, ad historiam Ordinis franciscani in Neerlandia illustrandam efficacissime contulerunt; de singulis dissertationibus summarium gallice conscriptum exhibetur. Idcirco meritissimis commentariorum moderatoribus, PP. DALMATIO VAN HEEL et CUNIBERTO SLOOTS, omnes historiae franciscanae cultores non exiguas laudes et gratias nobiscum tribuent. P. BONAVENTURA

1325. — DALAMATIUS VAN HEEL, O.F.M. - CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Uit Boek en Blad*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. I, p. 233-240; fasc. II, p. 453-461; 1948, fasc. V, p. 374-385.

Editores commentariorum *Bijdragen* in parte quam inscripserunt « Ex libris et ephemeridibus » brevissimas omnis generis notitias undique colligere solent, quae aliquo modo ad historiam Fratrum Minorum in Neerlandia pertinent. P. BONAVENTURA

1326. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *De Minderbroeders in de Nederlanden*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. I, p. 5-12.

In brevi conspectu clare ponitur historia Fratrum Minorum in Neerlandia stricte dicta, et ita nova commentariorum *Bijdragen* series (cf. n. 1324) ab introductione valde utili initium cepit. Maiorem autem utilitatem huiusmodi conspectus studiosis adferret, si etiam partem meridionalem antiquae Neerlandiae, quae nunc ad Belgium pertinet, comprehenderet, utpote cum pars longe maxima historiae franciscanae Neerlandiae hodiernam divisionem ignoraverit.

P. BONAVENTURA

1327. — *Ordinationes Provinciales provinciae SS. Martyrum Gorcomiensium in Neerlandia*, 1947. In-8°, 19 p.

1328. — *Ordinationes of Statuten en Usuale of Gebruiken van de Nederlandse Minderbroedersprovincie*, 1947. In-8°, 18 + 27 p.

1329. — Jan Verheijen, O.S.B.Obl. *Middeleeuwsche Nederlandsche Kloosters* (Heemschutserie, 53). Amsterdam, Albert de Lange, 1947. In-8°, 106-XII p. cum ill.

Inter monasteria mediae aetatis Neerlandïca, quae in hoc opere ratione historiae artium liberalium descripta sunt, unum invenitur Ordinis franciscani, scil. conventus Fratrum Minorum Amstelredanensis, cuius ecclesiam, quae ecclesiae adhuc exsistenti conventus O.F.M. in Weert consimilis erat, magistratus Calvinianus an. 1588 solo adaequare decrevit, sicut revera factum est. Simulacra et imagines ecclesiae iam an. 1566 ab iconomachis destructa erant, fratres autem an. 1578 conventum derelinquere coacti sunt (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 142). P. Bonaventura

1330. — Dalmatius Van Heel, O.F.M., *Aantekeningen omtrent de kloosterzegels der Nederlandse Minderbroedersprovincie*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. II, p. 415-452.

Praemissa brevi historia provinciae O.F.M. in Neerlandia, notitiae de circa 80 sigilla franciscana Neerlandica dantur, adiunctis 49 illustrationibus. P. Bonaventura

1331. — Dalmatius Van Heel, O.F.M., *Begrafenispenningen van Minderbroeders*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, fasc. V, p. 368-373.

Tractans de nummulis funerariis, qui praeter imagines funerarias, in funebribus peragendis in usu erant, A. etiam aliquorum Fratrum Minorum Amstelredani degentium mentionem facit.
P. Bonaventura

1332. — Florus (van Delft), O.F.M.Cap., *Het klooster der Observanten te Delft*, in *Franc. Leven*, 1946, t. XXIX, p. 15-27, 158-165; 1947, t. XXX, p. 117-125; 1950, t. XXXIII, p. 72-86.

Praemissis brevibus notitiis de introductione et propagatione Ordinis Fratrum Minorum et deinde Fr. Min. Observantium in Neerlandia, A. historiam conventus O.F.M.Obs., an. 1449 fundati et an. 1572 suppressi, describit, omnia colligens quae apud alios scriptores anteriores et recentiores invenire potuit. Fontibus nondum editis non usus est, sed pluries ex illis scriptoribus amplos textus vel documenta affert. Hac methodo expositio lectu quidem minus iucunda redditur, utilitas autem eius non deminuitur. P. Bonaventura

1333. — Dalmatius Van Heel, O.F.M. *De Minderbroeders te Gouda*. Deel I: *1418-1572*. Deel II: 1633-1947. Gouda, (Verzijl), 1947. In-8°, 110; 218 p. cum ill.

Indefessus A. hoc novo opere, iuxta fontes editos et ineditos accurate exarato, pretiosum incrementum dedit historiae Fratrum Minorum in Neerlandia, quod tanto maioris momenti est, quanto conventus Goudensis in propagatione Observantiae maiores partes in Neerlandia habuit. Anno 1572 a Geuziis expulsi, Fratres Minores an. 1633 qua missionarii Goudae stationem repetierunt, ubi deinde ab an. 1856 paroeciam S. Joseph, an. 1903-04 nova ecclesia exstructa, et ab an. 1931 paroeciam SS. Sacramenti tenent. P. Bonaventura

1334. — DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M., *De Minderbroeders te Haarlem*, in *Haarlem. Bijdr.*, 1946, t. LX, p. 134-205.

1355. — DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M., *De Statie der Minderbroeders te Horn*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. I, p. 15-95. Separatim editum: Rijswijk, 1948. In-8°, 80 p.

Circa an. 1624 P. JACOBUS TYRAS, O.F.M.OBS., hanc stationem missionariam instituit, quam Fratres Minores administrabant usque ad an. 1868, quo prov. Neerlandiae locum propter exiguum numerum fratrum clero saeculari concedere coacta est. Accuratae suae expositioni A. nonnulla instrumenta, rationaria et indices adiunxit.

P. BONAVENTURA

1336. — DALMATIUS VAN HEEL, O.F.M., *Het Minderbroedersklooster te Kampen*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, t. I, p. 187-226.

Haec conventus Fratrum Minorum in Kampen descriptio primum edita est in *Franc. Leven*, 1943, t. XXVI, p. 131-137; 1944-45, t. XXVII, p. 78-87, 127-139, 161-169. Nunc vero correcta et aucta iterum vulgatur. Conventus Campensis ante an. 1300 (1290?) fundatus est, an. 1478 Fratribus de Observantia traditur, qui autem anno 1579 ab inconomachis locum derelinquere coacti sunt.

P. BONAVENTURA

1337. — GEBHARD VOORVELT, O.F.M., *De fresco-fragmenten van Leeuwarden* [ecclesia O.F.M.Obs.] *en het Haarlemse Paneel*, in *De vrije Fries*, 1946, t. XXXVIII, p. 69-85.

1338. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *De Minderbroeders te Leiden*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. II, p. 245-414; fasc. III, p. 465-679.

1339. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M. *De Minderbroeders te Leiden*. Rotterdam, N.V. Uitgeverij « De Forel », 1947. In-8°, 392 p.

Conventus Fratrum Minorum de Observantia Lugduni Batavorum fundatus est an. 1445, anno autem 1572 occupatus est a Calvinistis et sequenti anno destructus. Fratres postea in civitate missionem habebant, et saec. XIX paroeciam cuius historiam A. iam antea descripsit (C. SLOOTS, *Honderd jaar Hartebrugskerk 1836-1936*, Leiden, 1936). Dissertatio quae primum in commentario *Bijdragen* edita est, multis illustrationibus ornatur et accurata fontium pervestigatione et expositione eminet. P. BONAVENTURA

1340. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Maas en Waal*, in *Bossche Bijdr.*, 1948, t. XIX, p. 210-224.

Editur textus quidam manuscriptus saec. XIX circa quasdam paroecias, in quibus Fratres Minores conventus in Megen ad curam animarum adlaborabant (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 117).

P. BONAVENTURA

1341. — BEDA VERBEEK, O.F.M., *De Minderbroeders te Venray. Vanaf hun komst tot het einde van de 19e eeuw*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. IV, p. 5-169.

1342. — Cunibertus Sloots, O.F.M., *Het klooster van de VII Smarten te Venray. In dè as gelegd, uit de as verrezen, 1925-1947*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1947, fasc. IV, p. 170-268.

1343. — Beda Verbeek, O.F.M. - Cunibertus Sloots, O.F.M. *Het Klooster der Minderbroeders te Venray (1647-1947)*. Rotterdam, « De Forel », 1947. (Editio separata praecedentium nn. 1341-42).

Iam ab initio saec. XVI Fratres Minores quaestuandi causa locum Venray frequentabant, sedem autem non fixerunt nisi an. 1647. Conventus a Gallis an. 1802 suppressus, an. 1844 Fratribus restitutus, denique an. 1925 incendio consumitur. Novi conventus exstructionem eiusque historiam recentem descripsit P.C. Sloots. In appendice eduntur varia documenta et elenchus superiorum conventus. Descriptio periodi 1844-1925 brevior est, quam ut opus absolutum vocari possit.
P. Bonaventura

1344. — Cunibertus Sloots, O.F.M. *Haga Mariana. Bischoppelijk College Weert 1648-1948. 300 jaren onderwijsgeschiedenis.* Roosendaal, J. van Poll Suykerbuyk, 1948. In-8°, 431 p.

Historia describitur Collegii episcopalis in Weert, ubi an. 1461 Fratres Minores Observantes conventum fundaverant, Canonici vero Regulares S. Aug. monasterii Marienhage in Woensel, iam ab an. 1464 Ordini franciscano adfiliati et tempore tribulationum a Calvinistis hoc monasterio expulsi, novam sedem fixerunt et an. 1648 scholam latinam instituerunt, de cuius necessitudine cum Fratribus Minoribus nonnulla adferuntur (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 116).
P. Bonaventura

1345. — Elpidius Bruna, O.F.M., *De missie van de Minderbroeders in Friesland in de 17^e eeuw*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, fasc. V, p. 326-355.

Missio Fratrum Minorum in Frisia fundata est a P. Nicolao Wiggers Cousebant, prov. Coloniensis O.F.M.Obs. ab an. 1609 Ministro. Missionarii primum e domo Harlemensi in Frisiam veniebant, postea vero in ipsa Frisia stationes habebant, ut Steenwijkerwold (postea Steggerda), Kuinder, Wolvega et Oldeholtpa, Worcum (usque ad an. 1664), Heerenveen, ubi laborabant, donec saec. XVIII hae stationes clero saeculari committebantur. A. notitias suas e documentis iam editis, neglectis non editis, sumpsit. P. Bonaventura

1346. — David De Kok, O.F.M., *Franciscaanse Staties te Avezaath en Rijswijk*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 25-28.

A. e quodam documento in archivo Veterum ut vocantur Catholicorum Ultraiecti adservato et nunc a se ipso primum edito, notitias breves affert de operositate P. Joannis Lemmens, O.F.M.Rec., sodalis conventus in Megen, in vicis Avezaath et Rijswijk (an. 1672).
P. Bonaventura

1347. — Dalmatius Van Heel O.F.M., *Is de bekende Minderbroeder Dirk van Munster te Rotterdam gestorven en begraven?*, in *Rotterdamsch Jaarboekje*, 1946, ser. 5, t. III, p. 170-173.

1348. — ARCHANGELUS DE WIT, O.F.M., *De martelaren van Alkmaar*, in *Bonaventura. Tijdschrift van de Theologica der Nederlandse Minderbroeders-Provincie*, 1948-49, t. I, p. 271-277.

Quae sparsim in variis libris vel commentariis periodicis de martyribus Alcmariensibus edita et scripta sunt, hic in unum redacta sunt (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 31). P. BONAVENTURA

1349. — B.A. VERMASEREN, *Het z.g. seminarie van Nicolaas Wiggers Cousebant te Keulen* († *1628*), in *Arch. Gesch. Aartsbisdom Utrecht*, 1945, t. LXV, p. 253-269.

1350. — B.A. VERMASEREN, *Ter chronologie van het leven van Nicolaas Wiggers Cousebant*, in *Arch. Gesch. Aartsbisdom Utrecht*, 1945, t. LXV, p. 270-277.

1351. — GERLACH [VAN 'S HERTOGENBOSCH], O.F.M.CAP., *De Rome-reis van Sasbout Vosmeer in 1602-1603 en het Processus informationis voor zijn bisschopswijding*, in *Miscellanea historica in honorem Leonis Van der Essen*, p. 799-818, Brussel, 1947.

Pauca dicuntur (n. 1351) etiam de NICOLAO WIGGERS COUSEBANT, O.F.M.OBS., qui brevi antequam Ordinem franciscalem ingressus est an. 1602, in difficultatibus erat cum SASBOUT VOSMEER, primo Vicario Apostolico in Neerlandia. Paulo post (1603), cum de genuinitate cuiusdam operis ADAMI VOSMEER, O.F.M.OBS., dubia a quibusdam moverentur, SASBOLDUS VOSMEER, illius ex sorore nepos, avunculum defendit. P. BONAVENTURA

1352. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Pater Joannes Neyen, O.F.M.*, in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.*, 1948, fasc. V, p. 356-358.

Narratiuncula, iam antea bis edita, repetitur de P. JOANNE NEYEN, O.F.M.OBS., eiusque anteriore magistro Roterodamensi, cum an. 1607 pacis statuendae causa colloquia haberentur. P. BONAVENTURA

1353. — H. CH. G.J. VAN DER MANDERE. *Het twaalfjarig Bestand en de Vrede van Munster*. Met een inleiding van K.E. OUDENDIJK. (Neerlands Fundamenten, n. 8). Assen, Uitgeverij Born, 1947. In-8°, 191 p. cum ill.

Pluries in hoc libro de pace XII annorum vulgo *Bestand* (1609-1621) et de pace Westfalica mentio fit JOANNIS NEYEN, O.F.M.OBS., qui in colloquiis de *Bestand* munere pacificatoris, et JOSEPHI DE BERGAIGNE (A. scribit *de Bregagne*), O.F.M.Obs., qui in colloquiis Monasteriensibus munere legati regis Hispaniarum functus est (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 232 s.). P. BONAVENTURA

1354. — J.J. POELHEKKE. *De Vrede van Munster*. 's Gravenhage, Martinus Nijhoff, 1948. In-8°, XVI-573 p.

In hoc opere, non solum iuxta opera et dissertationes iam antea vulgatas, sed etiam iuxta documenta plurium archivorum, exceptis quidem archivis Germaniae et Scandinaviae, erudite ab A., Instituti Historici Neerlandici in Urbe socio ab actis, composito, nonnulla continentur, quae ad historiam franciscanam pertinent, imprimis ad

JOSEPHUM BERGAIGNE DE ANTWERPEN O.F.M.OBS., episcopum Buscoducensem (1638) et archiepiscopum Cameracensem (1646), qui, regis Hispaniarum in colloquiis de pace legatus, Monasterii Westfaliae an. 1647 obiit. De huius egregii viri missione ad FRIDERICUM HENRICUM, principem Arausionensem et Neerlandiae praefectum, quam ad desideratum exitum deducere non potuit, particularia quaedam referuntur. Aliae notitiae pertinent ad P. SERAPHINUM RUFFYN A BRUXELLES, O.F.M.CAP. (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 223-226).

P. BONAVENTURA

1355. — A. MUNSTERS. *De predikant Johan Huedtmecher vroeger minorita*, in *De Maasgouw*, 1948, t. LXVII, p. 23-25.

1356. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Een theologisch dispuut te Valkenburg* [inter Fratrem Minorem FRANCISCUM WYNINGHEN et ministrum Novatorum JOANNEM LEMMENS an. 1654], in *De Maasgouw*, 1946, t. LXV, p. 4-6.

1357. — D[AVID] DE K[OK], O.F.M., *Pater Emmanuel van Hattem*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 61-62.

Notitia brevis de P. EMMANUELE VAN HATTEM († 1657) aliisque missionariis O.F.M.OBS. in Missione Hollandica, iuxta *Arch. Oudbisschoppelijke Clerezie*, Ultraiecti. P. BONAVENTURA

1358. — D[AVID] DE KOK, O.F.M., *De Martelaar Franciscus Vlamincx*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 87-90.

De morte FRANCISCI VLAMINCX, O.F.M.REC., qui ob fidem per octo menses in carcere detentus, die 4 maii 1690 in pago Baerle, dioecesis Ultraiectensis, captivitate consumptus occubuit, inter litteras PETRI CODDE duplex invenitur relatio, latina scil. et neerlandica. Prima iam edita est, altera nunc ab A. editur quia in ea aliquae res particulares de morte FR. VLAMINCX referuntur. P. BONAVENTURA

1359. — JAC. DIRKSE, *Dr. Willem van den Nieuwenhuyzen, O.F.M., Werker voor de goede film*, in *Filmfront*, 1948, t. I, p. 350-352.

1360. — DAVID DE KOK, O.F.M., *Capucijnen en Codde*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 120-123.

Capuccinus anonymus, quem L. HENNEPIN, O.F.M.REC. (cf. *supra*, n. 864) partes JACOBI CATS et postea jansenistarum et protestantium secutum esse asseruit, iuxta A., qui quibusdam litteris PETRI CODDE innititur, fuit aut FRANCISCUS A BREDA aut CYPRIANUS A BRUSSEL, utpote cum a P. CODDE, omnibus religiosis, praesertim Fratribus Minoribus Recollectis inimicissimo, satis laudarentur. Iuxta P. HILDEBRAND, *De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik, t. VI: De Vlaamse Provincie*, p. 259 s., 371 s., 430 (Antwerpen, 1951), P. CYPRIANUS revera ad protestantismum transiit (an. 1696-97), sed non fuit jansenista, potius anti-jansenista. P. BONAVENTURA

1361. — *Gouden Jubilé van het Capucijnenklooster te 's Hertogenbosch*. 's Hertogenbosch, N.V. Zuid-Nederlandsche Drukkerij, 1948. In-8°, 80 p. cum ill.

1362. — *Manuaal der Minderbroeders Capucijnen van de Nederlandse Provincie*. Sint-Michielsgestel, Drukkerij Instituut voor Doofstommen, 1947. In-8°, 131 p.

1363. — *Het werk onder de geimmigreerde Russen in Nederland*, in *Uni Trinoque*, 1948, t. VIII, p. 249-252.

Expositio brevis operositatis pastoralis a quibusdam prov. Neerlandicae O.F.M.Cap. alumnis explicatae inter Russos in Neerlandia commorantes. Describuntur huius missionis difficultates, methodi, primi fructus. P. BONAVENTURA

22. - *Hungaria*

1364. — BONAVENTURA MORARIU, O.F.M.CONV., *Relazione sul martirio del servo di Dio Fra Stefano Iglodi, O.M.Conv.* († 1639). (*Da un documento inedito*), in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 358-363.

Ineunte saec. XVII vetus Hungariae provincia O.F.M.Conv., quae anteactis temporibus valde floruerat, siquidem sex custodias et 65 coenobia numeraverat, sub dominatione Turcarum subiecta est et penitus interiit et sodales qui exinde adhuc actionem explicabant uti missionarii considerabantur, quippe qui calvinianam sectam impugnabant in paucis quae exstabant domibus. An. 1637 in coenobio civitatis Rad habitum religiosum induit frater laicus STEPHANUS IGLODI, qui biennio post, scil. die 6 nov. an. 1639 in odium fidei trucidatus est. Moderator provinciae JOANNES BAPTISTA ASTORI FERRARIENSIS, O.F.M.CONV., die 20 ian. an. 1640 ad S. Congr. de Prop. Fide relationem martyrii misit, quae nunc typis vulgatur excerpta ex *Arch. Congr. Prop. Fide, Scritt. rif., an. 1641, t. 83,* f. 228r-231v.
P. MELCHIOR

1365. — ALEXANDER ANTONELLI, O.F.M.CONV., *Nuncius mortis Rev.mi P.M. Alexandri Chrappa, Socii et Assistentis atque Oeconomi Generalis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 127-129.

ALEXANDER CHRAPPA, O.F.M.CONV., cuius vitae curriculum hic exhibetur, natus est in loco Svöty Iud (Slovachia) an. 1886 et die 8 sept. an. 1902 vota religiosa nuncupavit in provincia Hungariae. Ab an. 1936 Romae commorabatur; an. 1939 Assistens Ordinis generalis electus est, quo munere ad obitum usque (9 iun. 1947) perfunctus est. P. MELCHIOR

23. - *Italia*

1366. — G.L. PATINO, O.F.M., *Franciscanismo en la literatura italiana*, in *Amor y Verdad*, 1947, t. I, p. 120.

1367. — *Azione Francescana sociale*. Rassegna di cultura e di formazione. Serie Sesta (I). Modena, Centro di Studi Francescani, Convento Cappuccini, (1948).

1367[a]. — P. GUIDI, *Serie dei vescovi di Lucca del secolo XIII*, in *Rivista Stor. Chiesa Italia*, 1948, t. II, p. 77-84.

A. examini subicit seriem episcoporum dioeceseos Lucanae saec. XIII, quam olim C. EUBEL, O.F.M.CONV., exaraverat (cf. *Hierarchia catholica medii aevi*, t. I, p. 313, Monasterii, 1913) et aliquos emendavit errores vel notitias traditas novis documentis roboravit. Quum an. 1300 duo episcopi ad hanc dioecesim regendam electi essent, BONIFATIUS VIII utrique confirmationem negavit atque praesulem instituit HENRICUM DE CARRETTO, O.MIN.; is an. 1309 Avenionem se contulit ibique ad superos volavit mense augusto an. 1323, et non an. 1330, uti hactenus adserebatur. P. MELCHIOR

1367[b]. — P. SAMBIN, *Chierici ordinati a Padova alla fine del trecento*, in *Rivista Stor. Chiesa Italia*, 1948, t. II, p. 381-402.

Ex regestis in tabulario dioeceseos Patavinae (*Diversorum, VI*) adservatis excerpta sunt nomina clericorum qui an. 1377-1398 ad sacros ordines promoti sunt, inter quos circiter 40 Fratres Minores recensentur. P. MELCHIOR

1368. — ANGELO BLOISE DA SARACENA, O.F.M.CAP. *Il monachismo di Calabria. Sue origini e suo progresso nei secoli*. Cosenza, Pia Soc. S. Paolo, 1947. In-8°, 258 p.

A. sibi proposuit conspectum historicum exhibere Ordinum et Congregationum sodalium religiosorum in Calabria. De quolibet Ordine vel Congregatione tradit notitias generales et postmodum eiusdem propagationem in hac regione. De primo Ordine S. Francisci agitur p. 89-116; de tertio autem Ordine franciscali sive saeculari sive regulari p. 243-256.

Verum quidem est quod A. noluit tractatum scientificum (p. 89) exarare; ideoque supervacaneum esset examini scientifico subicere ea quae scripsit, sed silentio praetereundum non est quod eius expositio est superficialis, imperfecta, erroribus, confusionibus, exaggerationibus referta, ex dictionariis vel libris manualibus excerpta et male digesta. P. MELCHIOR

1369. — GUSTAVO CANTINI, O.F.M. *I Francescani d' Italia di fronte alle dottrine luterane e calviniste durante il cinquecento*. (Bibl. Pontificii Athenaei Antoniani, n. 3). Romae, Pontificium Athenaeum Antonianum, 1948. In-8°, 174 p.

Cf. animadversiones factas in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 313-315.

1370. — MASSIMO PETROCCHI. *La Controriforma in Italia*. Roma, Anonima Veritas Editrice (A.V.E.), 1947. In-8°, 284 p.

Ea quae hoc in opere Ordinem S. Francisci respiciunt recensita sunt in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 343-344.

1371. — BENEDETTO INNOCENTI, O.F.M., *Una solenne Accademia tenuta al Monte alle Croci di Firenze il 2 maggio 1879 in onore*

del P. Bernardino da Portogruaro, Ministro Generale dei Frati Minori, in *Studi Franc.*, 1948, ser. 3, t. XX, p. 126-134.

Hoc breve commentariolum multas continet notitias biographicas ad historiam provinciae SS. Stigmatum O.F.M. in Tuscia attinentes, siquidem A. illos omnes religiosos sodales recenset eorumque vitam breviter illustrat, qui solemni certamini interfuerunt; prae ceteris aderant LUDOVICUS A CASORIA, O.F.M.REF., et FIDELIS A FANNA, O.F.M.REF., una cum Ministro generali BERNARDINO A PORTOGRUARO.
P. MELCHIOR

1372. — PACIFICO M. PERANTONI, O.F.M. *Lettere ai Ministri Prov.li d'Italia su l'Attività Apostolica*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 129-132.

Hisce duabus epistolis, die 15 febr. et 13 iun. an. 1948 datis, Moderator generalis O.F.M. suis subditis Italiae monita dedit circa methodum adhibendam tempore quo legati populares eligendi erant.
P. MELCHIOR

1373. — *Relatio sexti conventus Ministrorum Provincialium italicorum Romae, in aedibus novae Curiae Generalis peracti, Rev.mo P. Ministro Generali Praesidente (20-28 novembris 1947)*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 18-20.

Moderante Ministro generali O.F.M. omnes Italiae ministri provinciales Romae simul convenerunt ut decernerent quae meliora viderentur ad disciplinam promovendam, unitatem fovendam ad dirigendam actuositatem. In hac relatione innuuntur singula argumenta in sessionibus pertractata. P. MELCHIOR

1374. — BASILIO PERGAMO, O.F.M. *Serie cronologica dei Custodi di governo e dei Ministri Provinciali dell'ex-Provincia minoritica di Principato della più stretta Osservanza, detta anche di S. Maria Mater-Domini (1582-1942)*. Salerno, Tip. Il Progresso, 1947. In-8°, 176 p.

Recensio huius operis legitur in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 345-346.

1375. — BASILIO PERGAMO, O.F.M. *Tre secoli di attività missionaria della Provincia minoritica di Principato (S. Maria Materdomini) e suo contributo alla missione etiopica*. Salerno, Tip. Il Progresso, 1948. In-8°, 356 p.

Examen huius operis invenitur in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 315.

1376. — ORAZIO DELL'ANTONIO, O.F.M. *I Frati Minori nel Trentino*. Trento, Tipografia interna dei Francescani, 1947. In-8°, XV-262 p.

Ampla recensio habetur in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 346-348.

1377. — A. SARTORI, O.F.M.CONV., *Nicolò Tommaseo e i Frati Minori Conventuali*, in *Il Messaggero di S. Antonio nel suo 50°*, p. 71-77, Padova, 1948.

1378. — *Sacer Conventus Assisiensis,* in *Comm. Min. Conv.,* 1947, t. XLIV, p. 188-192; 1948, t. XLV, p. 187-192.

Describuntur nationalia sollemnia in honorem S. FRANCISCI ASSISIENSIS primarii Italiae Patroni Assisii celebrata an. 1947 et 1948; prae ceteris legitur textus orationis habitae a card. Protectore N. CANALI inter Missarum sollemnia. P. MELCHIOR

1379. — *Provincia Aprutiorum SS. Bernardini et Angeli,* in *Comm. Min. Conv.,* 1947, t. XLIV, p. 134-136.

Die 13 iun. an. 1947 pars magni coenobii et ecclesiae O.F.M. Conv. in civitate Pescarae inauguratur, cuius primus lapis an. 1935 positus erat; obveniente bello, opus ad finem perduci antea non potuerat. P. MELCHIOR

1380. — *Provincia Bononiensis S. Antonii Pat.,* in *Comm. Min. Conv.,* 1948, t. XLV, p. 47-48, 123-127.

Mense maio an. 1947 in hac provincia O.F.M.Conv. celebratur primus congressus Marialis Militiae Immaculatae, cuius acta hic referuntur. Die autem 13 iun. an. 1948 Basilica S. P. FRANCISCI in civitate Bononiensi, quae die 24 iul. et 25 sept. an. 1943 foede aëris pyrobolis laesa fuerat, in pristinam formam restauratur et divino cultui restituitur. P. MELCHIOR

1381. — *Provincia Marchiae Almae Domus Lauretanae B.M.V.,* in *Comm. Min. Conv.,* 1947, t. XLIV, p. 76-78.

Inter facta praecipua huius relationis ad hanc provinciam O.F.M. Conv. attinentia specialem meretur mentionem descriptio damnorum tempore belli (1940-1945) coenobiis illatorum. P. MELCHIOR

1382. — *Provincia Neapolitana S.P.N. Francisci,* in *Comm. Min. Conv.,* 1947, t. XLIV, p. 24-31, 175-179.

Moderatores provinciae Neapolitanae O.F.M.Conv. diebus 29-31 oct. an. 1946 Neapoli coetum coegerunt rectorum ac magistrorum seminariorum, atque hic perstringuntur argumenta ab ipsis tractata. Ibidem pariter convenerunt superiores locales totius provinciae de eorum muneribus et obligationibus disserentes diebus 21-23 novembris eiusdem anni. Demum agitur de inauguratione (1 dec. 1946) studii theologici Neapolitani pro laicis, quod ipsi Fr. Min. Conventuales moderantur, et de coetu congregationum Tertii Ordinis saecularis (21-23 sept. 1947). P. MELCHIOR

1383. — *Provincia Patavina S. Antonii,* in *Comm. Min. Conv.,* 1948, t. XLV, p. 14-15.

Status localis et personalis huius provinciae O.F.M.Conv. die ris (21-23 sept. 1947). P. MELCHIOR

1384. — *Annuarium almae provinciae Patavinae Sancti Antonii Fratrum Minorum Conventualium pro anno Domini 1948.* Patavii, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », 1948. In-8°, 119 p. cum ill.

Occasione XXV anniversarii ab ordinatione sacerdotali Ministri provincialis ANDREAE ECCHER, O.F.M.CONV., describitur status huius provinciae. Praemittitur series 28 conventuum, quibus nunc constat; deinde sequitur « Summula historica », quae praecipuas vicissitudines narrat a primordiis (an. 1217) usque ad hodiernos dies, referens catalogum omnium Moderatorum et summariam relationem singulorum conventuum et collegiorum, quorum imagines luce expressae exhibentur. P. MELCHIOR

1385. — *Provincia Romana SS. Petri et Pauli App.*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 21-23; 1948, t. XLV, p. 12-14.

In medium profertur operositas huius provinciae O.F.M.Conv. annis 1947-48 et status personalis et localis describitur.
P. MELCHIOR

1386. — *Provincia Siciliae SS. Agathae et Luciae VV.MM.*, in *Comm. Min. Conv.* 1948, t. XLV, p. 49-51.

Brevis notitia de Studio theologico pro laicis Messanae a Fr. Min. Conventualibus directo necnon de Hebdomada Antoniana Panormi diebus 2-9 febr. an. 1947 celebrata; significantur tituli singularum dissertationum. P. MELCHIOR

1387. — *Provincia Seraphica Umbriae S.P.N. Francisci*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 73-76.

Perusiae in coenobio O.F.M.Conv. die 12 ian. 1947 solemniter inauguratur Studium theologicum pro laicis, cuius inauguralis relatio hoc loco describitur. P. MELCHIOR

1388. — *Provincia S. Ioseph Sponsi B.M.V. in Thuscia. Solemnis Hebdomada in honorem B.M.V. in caelum Assumptae Pistorii celebrata*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 174-175.

Haec solemnis hebdomada, moderantibus Fratribus Min. Conventualibus, habita est diebus 12-19 oct. an. 1947, et hoc loco tituli dissertationum afferuntur. P. MELCHIOR

1389. — FRANCESCO SAVERIO DA S. LORENZO DELLA COSTA, O.F.M. CAP. *I Capuccini Genovesi*. Vol. III. *Necrologio: 1930-1948*. 3 ed. Genova, Soc. Tip. Opera SS. Vergine di Pompei, 1948. In-8°, 419 p.

Prima huius operis editio prodiit an. 1921; deinde autem A. opus perfecit collectis et editis an. 1939 elogiis funebribus, quae occasione obitus sodalium religiosorum triste nuncium communicare solent (cf. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 279-281). Praesens editio eandem servat methodum et rationem; quandoque notitiae emendantur et accuratius proponuntur. Praemittitur catalogus fontium et volumen clauditur indice religiosorum disposito secundum locorum originis ordinem alphabeticum. P. MELCHIOR

1390. — *Spiritualità francescana nella vita e nelle opere della ven. Virginia Bracelli*. Genova, Tip. Opera SS. Vergine di Pompei, 1947. In-8°, 62 p.

Ante medium saec. XVII nobilis femina VIRGINIA CENTURIONE BRACELLI († 1652) pium sodalitium instituit, scil. Opus puellarum a S. Maria in Refugio, cuius sodales vulgato nomine *Brignoline* appellantur. Porro in hoc pio Opere instituendo atque moderando plurimum contulerunt sodales religiosi prov. Januensis O.F.M.Cap., prout auctores huius voluminis patefaciunt, siquidem notitias biographicas exhibent MATTHIAE BOVONI A JANUA († 1643), qui pio sodalitio primis annis validam praestitit operam; item PETRI JOSEPHI LAGOMARSINO A JANUA († 1814), qui vicepostulator exstitit causae beatificationis et canonisationis servae Dei VIRGINIAE. Itaque ex notitiis in volumine traditis abunde patet necessitudinem quam, labentibus annis, sorores vulgo *Brignoline*, cum Ordine Fr. M. Cap. habuerunt.

P. MELCHIOR

1391. — MARIANO DA CALITRI, O.F.M.CAP. *I Frati Minori Cappuccini nella Lucania e nel Salernitano. Memorie storiche. T. I (1530-1660).* Salerno, Convento dell'Immacolata, 1948. In-8°, VI-663 p.

Cf. recensionem huius operis in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 147-148.

1392. — *Le costumanze e ordinazioni dei Frati Minori Cappuccini della provincia Parmense dell'Immacolata Concezione.* Parma, Curia Provincializia O.F.M.Cap., 1948. In-8°, 150 p.

Auctoritate Capituli provincialis mense sept. an. 1946 coacti, Moderator provinciae Parmensis O.F.M.Cap. praesentem usuum ac caeremoniarum illius provinciae seriem typis mandavit; quum autem in laudata provincia hucusque manualis liber huiusmodi minime haberetur, normae in eo traditae excerptae sunt tum ex ordinationibus Capitulorum Ministrorumque provincialium, tum ex manuscriptis tabularii provinciae, tum ex usu et experientia veterum fratrum; per ordinem agitur de exercitiis pietatis ac devotionis, de variis conventualibus sollemnitatibus, de cura infirmorum, de sodalium occupationibus atque de actionibus in commune peractis, de coenobiorum cura, de publicis fratrum muneribus et officiis. P. MELCHIOR

1393. — *Statistica dei Frati Minori Cappuccini della Provincia Picena. Settembre 1947.* Ancona, Curia Provinciale O.F.M.Cap., [1947]. In-8°, [58] p.

In hoc opusculo describitur status personalis provinciae Piceni O.F.M.Cap. mense septembri an. 1947, scil. duae exarantur series religiosorum sodalium, quarum prima sacerdotes et clericos, altera fratres laicos comprehendit, addito tempore nativitatis, vestitionis et ordinationis una cum uniuscuiusque nomine patronymico. Adest etiam index alphabeticus omnium nominum. P. MELCHIOR

1394. — GIOV. CRISOSTOMO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP. *Una controversia di giurisdizione fra i superiori cappuccini veneti e i superiori generali dell'Ordine. An. 1756-1758.* Verona, Scuola Tip. Nigrizia, 1948. In-8°, 90 p.

Moderatores generales Ordinis Fr. Min. Capuccinorum an. 1757 decretum magni momenti promulgavere ad studia ordinate ac fruc-

tuose peragenda; quod quidem decretum ipse BENEDICTUS XIV vi Apostolici Brevis *Iniuncti Nobis* (15 apr. 1758) pontificia auctoritate adprobavit. Quia vero superiores provinciae Venetiarum normas in hoc decreto ad praxim deducere recusarunt, magna exinde orta est controversia cum Superioribus generalibus, qui insuper electiones Capituli provincialis mense apr. an. 1758 ratas habere noluerunt, donec CLEMENS XIII mense martio insequentis anni ut propensioni magistratus civilis Venetiarum satisfaceret negotium composuit.

Narratio innititur fontibus ineditis et exemplum praebet indebiti intercursus auctoritatis civilis in negotia religiosorum sodalium. Veruntamen non omnes perspicient utilitatem tam fusae tractationis; videtur quod tum molesti argumenti gravitas tum rei controversae claritas postulabant ut breviori et prudentiori tractatu absolverentur.

P. MELCHIOR

1395. — *Stato personale dei Frati Minori Cappuccini della provincia Veneta.* (*Con brevi memorie storiche*). Venezia-Mestre, Curia Provinciale dei Fr. Min. Cappuccini, 1947. In-8°, 80 p.

Opusculum comprehendit: a) summariam chronologiam provinciae Venetiarum O.F.M.Cap. (1526-1947); b) seriem coenobiorum cum anno fundationis uniuscuiusque, atque Ministrorum provincialium (1535-1945); c) catalogum omnium religiosorum viventium cum anno nativitatis, vestitionis et ordinationis, eorumque cognominum indicem alphabeticum.

P. MELCHIOR

1396. — *Regolamento dei fratelli laici Cappuccini neoprofessi e postulanti della provincia Veneta.* Verona, Tip. Madonna di Castelmonte, 1948. In-8°, 32 p.

Moderator provinciae Venetiarum O.F.M.Cap. optimo ductus consilio peculiaria statuta edidit, quibus iuvenes religiosi laici vitam suam conformare debent, ut vocatione qua vocati sunt pie recteque ambulare valeant, tum in his quae ad servitium divinum ordinem dicunt, tum in his quae ad labores manuales se referunt vel necessitudinem cum proximis secum ferunt.

P. MELCHIOR

1397. — METODIO DA NEMBRO, O.F.M.CAP. *Laudato si, mi Signore. Tipi, luoghi e racconti francescani.* Milano, « Annali Francescani », 1947. In-8°, 191 p.

In hoc libro narratiunculae adsunt de vita franciscana, de fratre desidioso, de capuccino studente et infirmo qui virtutem fortitudinemque invenit se Dei voluntati conformans, de vocationum discrimine. Hae narratiunculae ad parvulorum delectationem aptae sunt eisque bene facient.

P. JULIANUS EYMARD

1398. — FRANCESCO SALVATORE ATTAL, *Assisi Città Santa. Come fu salvata dagli orrori della guerra*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 3-32.

Feliciter Assisium a bellicis vastationibus (1940-1945) immunis praeservatur atque sanctuaria franciscana aliaque loca sacra immunia servata sunt. A. multis utens documentis publicis et privatis enarrat quomodo illa auspicata et omnimoda praeservatio evenit, ad quam

obtinendam impigre et efficaciter suam contulerunt operam apud militares duces in primis Secretaria Status Summi Pontificis PII XII et episcopus Assisiensis JOSEPHUS PLACIDUS NICOLINI, O.S.B., necnon BEDA M. HESS, Minister generalis O.F.M.Conv., et ARNALDUS FORTINI, tunc urbis seraphicae praefectus. P. MELCHIOR

1399. — J. HERISSAY, *Cyclamens des Carceri*, in *Amis S. Franç.*, 1947, n. 44, p. 17-18.

Poetica descriptio heremitorii franciscani vulgo *Le Carceri*, prope Assisium.

1400. — G. FABIANI, *Azione politico-sociale dei religiosi in Ascoli nel sec. XV*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 164-177.

Concionatores franciscales omni tempore pacem et concordiam in familiis et societate instaurare conati sunt atque ad sublevandas pauperum miserias instituta beneficentiae erigebant. Quod quidem sufficienter comprobatur historia Asculi in Piceno ad quam urbem insignes Regularis Observantiae sodales S. BERNARDINUS SENENSIS, S. JOANNES DE CAPISTRANO, B. GABRIEL FERRETTI, B. MARCUS A MONTEGALLO aliique pervenerunt suum sacrum ministerium exercentes, quos secutus est etiam JACOBUS GIOVANNINI, O.F.M.CONV. Notitiis ex publicis civitatis tabulariis excerptis A. exhibet et tempus et fructus praedicationis horum sodalium religiosorum. P. MELCHIOR

1401. — A. CADLOLO. *Compagnie, Confraternite e Pie Unioni erette in S. Maria in Aracoeli di Roma.* (Estr. ex *Ara-Coeli*). Roma, Tip. Agostiniana, 1947. In-8°, 36 p.

Sodalitia, de quibus praesens opusculum agit, haec sunt: a) Archiconfraternitas Gonfaloni, post medium saec. XIII erecta et an. 1890 abrogata; b) Archiconfraternitas Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis ineunte saec. XVII erecta et decreto Inquisitionis an. 1640 abrogata; c) Sodalitium Boni Pastoris circa an. 1644 instauratum, quod desiit circa an. 1730; d) Archiconfraternitas Congregationis B. V. Mariae erecta an. 1727 et a CLEMENTE XII abrogata an. 1732; e) Pia Unio Rosarii seu ab Immaculata Conceptione V. Mariae erecta circa medium saec. XIX; f) Pia Unio a Jesu Infante an. 1897 adprobata. P. MELCHIOR

1402. — *Il S. Bambino d'Aracoeli nel cinquantenario della incoronazione: Maggio 1947.* Roma, Dal colle Capitolino (Convento S. Maria d'Aracoeli), 1947. In-4°, 64 p. cum ill.

Populus Romanus magna prosequitur veneratione Divini Infantis Jesu simulacrum in ecclesia Aracoeli adservatum, quod an. 1897 solemniter corona redimitum est. Itaque quinquagesimo expleto anno a tam felici eventu, hoc pulchrum opusculum editur, in quo prae ceteris duas dissertationes memorare opportunum est; in quarum prima CAESARIUS VAN HULST, O.F.M., originem huius imaginis perquirit et historiam cultus describit, qui circa an. 1500 propagari coepit; in altera autem LIVARIUS OLIGER, O.F.M., accuratam et copiosam bibliographiam offert scriptorum qui suis in operibus de hoc Divino Infante locuti sunt. P. MELCHIOR

1403. — L. HUETTER, *Petrarca e il Bambino dell'Aracoeli*, in *Oss. Rom.*, 1947, 22 mag., p. 2.

Quum mense iul. an. 1798 templum Aracoelitanum de Urbe nefarie spoliatur, veneratum Divini Infantis simulacrum salvari potuit opera cuiusdam civis Romani nomine S. PETRARCA, qui illud ad monasterium Sororum Clarissarum S. Cosimati (Roma-Trastevere) detulit. P. MELCHIOR

1404. — LUCIEN CEYSSENS, O.F.M., *Correspondance romaine du P. Martin Harney, Dominicain belge, avec François Van Vianen, Professeur à l'Université de Louvain (1673-75)*, in *Arch. Fratr. Praed.*, 1948, t. XVIII, p. 303-326.

In litteris MARTINI HARNEY, O.P., hic editis breves notitiae inveniuntur de AEGIDII GABRIELIS, « Tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia, vulgo Beggardorum », opere, in *Indicem librorum prohibitorum* redacto, *Specimen moralis christianae et moralis diabolicae* (Lovanii, 1675), necnon de quadam disputatione de Immaculata Conceptione B.M.V., promovente Cardinali E. NIDHARD, S.I., habita die 21 februarii 1675 in conventu Aracoeli O.F.M.Obs. in Urbe.

P. BONAVENTURA

1405. — PIUS PP. XII, *Litterae Apostolicae: Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris honestatur templum in honorem Sancti Bernardini, Confessoris, in civitate Aquilana Deo dicatum*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 390-391.

1406. — *Il convento di Sargiano. Numero unico a ricordo della ricostruzione dopo le rovine della guerra 1940-1946*. Firenze, Stab. Graf. Vallecchi, 1947. In-8°, 88 p.

Non procul a civitate Aretina in loco Sargiano exstructum est an. 1405 coenobium franciscanum, cuius incolae mox Observantiam Regularem amplexi sunt, et exinde ad nostros usque dies magnam vim et influxum habuit in vitam et actionem provinciae reformatae O.F.M. Tusciae. Quum autem an. 1944 fere destructum esset, rectores huius provinciae nullum non moverunt lapidem ut e ruinis illud liberarent; quod feliciter factum est, et ad tam faustum eventum perennandum praesens opusculum editur, in quo reapse egregii scriptores varias ediderunt monographias historicas, quas memorare iuvat. B. INNOCENTI, O.F.M., una cum vicissitudinibus historicis huius coenobii memorat viros gloriosos, qui in eo vitam duxerunt (p. 15-25); dein E. MARTIRE fervide loquitur de THEODOSIO A SANDETOLE, O.F.M. († 1929), qui inter sacros oratores Ialiae huius saeculi excelluit (p. 27-40); G. MATTEUCCI, O.F.M., ex *cod. Arch. Vaticani, Francescani I*, cui titulus *Registrum Vicariatus Generalis Ordinis Minorum de Observantia ab an. 1464-1488*, exscripsit et commentariis historicis et biographicis auxit textum epistolae Vicarii generalis O.F.M.Obs. PETRI A NEAPOLI ad superiorem loci Sargiano FRANCISCUM AB ARETIO, O.F.M.OBS., die 7 sept. 1481 latae, prohibentis quominus fabricae inceptae prosequantur, quia normis paupertatis adversantur (p. 45-55); A. MARTINI, O.F.M., personam et operam JOANNIS GIACCHERINI, O.F.M. (1883-1920), adumbrat, qui disciplinas historicas coluit et

pie vitam franciscalem duxit (p. 58-69); demum opusculum clauditur catalogo praesidum coenobii ab an. 1408 ad hos usque dies, quem J.M. MONTANO, O.F.M., exaravit (p. 74-82). P. MELCHIOR

1407. — B. PERGAMO, O.F.M., *Note per servire alla storia del convento di S. Lorenzo di Salerno*, in *Rassegna Stor. Salernitana*, 1946, t. VII, p. 3-18; 1947, t. VIII, p. 3-64; 1950, t. XI, p. 68-102.

Coenobium Salernitanum a Laurentio nuncupatum Fratres Minores Reformati receperunt a Sanctimonialibus Ordinis S. Clarae an. 1616, in eoque restaurando plurimum adlaboravit NICOLAUS GASPARINO DE SPINAZZOLA, O.F.M.REF. (┼ 1652), qui primordia quoque enarravit. A. autem huius dissertationis non solum illius coenobii franciscani historiam exaravit usque ad abrogationem an. 1866, sed multas insuper collegit notitias circa Sorores Clarissas et Fratres Minores Reformatos in Salernitana regione. P. MELCHIOR

1408. — G. AUDA, *Cimelio pseudo-Bernardiniano ricomposto a Viterbo*, in *Oss. Rom.*, 1947, 17 dic., p. 3.

Agitur de restauratione cuiusdam pulpiti in platea Viterbii erecti an. 1428 in memoriam concionum quas S. BERNARDINUS SENENSIS in illa civitate habuerat an. 1426. P. MELCHIOR

1409. — G. FABIANI, *Il tempio di S. Francesco dei Frati Minori Conventuali in Ascoli Piceno.* (*Lavori eseguiti nei sec. XV e XVI*), in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 96-107.

Ecclesia divo FRANCISCO ASSISIENSI sacra Asculi Piceni circa an. 1262 coepta est aedificari, sed nonnisi die 24 iun. an. 1371 sollemni ritu dedicatur. Secundum A. sententiam, architectus huius templi exstitit A. VIPERA; inter artifices vero qui deinde opus prosecuti sunt, recensentur post medium saec. XV MATTHAEUS ROBERTI A COMO, congregationis Clarenorum sodalis, et PAULUS DOMINICI A LISCIANO (al. AB ASCULO), O.F.M.CONV. Praesens elucubratio notitiis ex publico civitatis Asculanae tabulario depromptis innititur, ex quo nonnulla documenta integre eduntur. P. MELCHIOR

1410. — LUIGI GARANI, O.F.M.CONV. *Il bel S. Francesco di Bologna. I: La sua storia.* Bologna, Tip. L. Parma, 1948. In-8°, XXIII-283 p.

Praemissa historica notitia de primo adventu Fratrum Minorum in civitatem Bononiensem an. 1212, A. copiosis utens documentis varias describit vicissitudines egregii templi S. Francisci, quod annis 1235-1263 exstructum est; deinde disserit de artificibus, qui in ornatu eiusdem, procedente tempore, operam suam impenderunt; item de annexo coenobio et de actuositate Fr. Min. Conventualium, qui ad hos usque dies illud incolunt, fuse loquitur. Cf. *Misc. Franc.*, 1949, t. XLIX, p. 469-472. P. MELCHIOR

1411. — FERDINANDO RODRIGUEZ. *La Basilica di S. Francesco in Bologna.* Bologna, Tip. L. Parma, 1948. In-8°, 71 p. cum ill.

Opusculum exscribitur ex opere iam recensito L. GARANI, O.F.M. CONV. (cf. n. 1410), et A. id intendit, ut in inspectione huius basili-

cae visitatores manuducat et artis monumenta eisdem ostendat. Cf. *Misc. Franc.*, 1949, t. XLIX, p. 472. P. MELCHIOR

1412. — FRANCESCO RUSSO, M.S.C., *Il convento di S. Francesco in Castrovillari dei Frati Minori Conventuali.* (*Regesto*), in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 108-129.

In primis describitur origo huius coenobii, quod circa an. 1221 erigitur. eiusque praecipuae vicissitudines summarie enarrantur usque ad abrogationem an. 1808 factam. Potissimum vero ex *Actis* seu *Regestis* Ordinis F.M.Conv. Romae in *Archivo Generali*, sign. *A. 1* s., adservatis notitiae historicae et biographicae excerptae aliis fontibus bibliographicis erudite illustrantur. P. MELCHIOR

1413. — A. MARCHI, O.F.M.CONV., *Il Santuario francescano della Madonna della Strada in Fanna*, in *Il Messaggero di S. Antonio nel suo 50°*, p. 59-62, Padova, 1948.

1414. — ANTONIO SARTORI, O.F.M.CONV. *Guida storico-artistica della Basilica del Santo.* Padova, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », 1947. In-16°, 142 p.

Descriptio satis accurata praebetur monumentorum artis, quae in Basilica Patavina adservantur. Aliquibus mira fortasse videbitur opinio A., secundum quam FR. HELIAS ASSISIENSIS esset architectus huius Basilicae. Cf. *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 635.
P. MELCHIOR

1415. — FRANCESCO CONTI. *Luci di gloria. Memorie storiche.* Oria. Tip. degli Orfanelli Antoniani, 1948. In-8°, 112-XXX p.

Liber tres partes complectitur, in quarum prima sermo est de adventu S. FRANCISCI ASSISIENSIS in urbem Oria (Brindisi) deque vicissitudinibus coenobii in ea exstructo, in quo Fr. Min. Conventuales usque ad finem saec. XIX commorati sunt; in altera et tertia parte enarrantur vita et cultus FRANCISCI A DURAZZO, O.MIN. († 1305), additis in fine testimoniis editis circa eundem beatum virum. Cf. *Misc. Franc.*, 1950, t. L, p. 361-362. P. MELCHIOR

1416. — REMIGIO DA CRÓPANI, O.F.M.CAP. *'O beata solitudo'. I conventi dei Cappuccini d'Italia. Calabria*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 186-188, 253-255, 325-327; 1948, t. XXIII, p. 46-49, 99-101, 146-149, 227-229, 285-287.

Praemisso fontium historicorum catalogo (p. 186), in quo tamen desideratur critica et bibliographica eorum descriptio, traduntur summariae notitiae chronologicae 35 coenobiorum O.F.M.Cap. veteris provinciae Calabriae, id est, annus fundationis et abrogationis necnon aliquae maioris momenti vicissitudines. P. MELCHIOR

1417. — DONATO DA S. GIOVANNI IN PERSICETO, O.F.M.CAP. *I Frati Minori Cappuccini a Budrio.* Estrat. dal Numero Unico del Congresso Eucaristico di Budrio 26-29 settembre 1946. Budrio, Tip. Fratelli Montanari, 1946. In-8°, 30 p.

Breviter enarrantur vicissitudines huius coenobii ab anno eius fundationis 1562; abrogatur an. 1810 et Fratres redeunt an. 1894; iterum clauditur an. 1925 usque ad an. 1933. A. has notitias collegit ex fontibus tabulariorum, et insuper omnes religiosos sodales ex civitate Budrio oriundos commemorat et eos recenset qui in illo coenobio aliquando commorati et specialem laudem assecuti sunt.

P. MELCHIOR

1418. — [SAVERIO DA SAN LORENZO DELLA COSTA, O.F.M.CAP.]. *L'Immacolata di Salvatore Revelli nella chiesa dei Cappuccini di Loano. 8-9 marzo 1864, due giorni di rivelazioni prodigiose.* Genova, Scuola Tipografica Derelitti, 1938. In-8°, XIX-58 p.

1419. — FELICE DA MARETO, O.F.M.CAP., *I primordi dei Cappuccini in Modena secondo le cronache modenesi con notizie illustrative,* in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 157-167, 214-229.

Perquisitis publicis Mutinae tabulariis, A. accuratam relationem conficere valuit de primordiis O.F.M.Cap. in hac civitate. An. 1539, id adserente teste coaevo T. LANCELLOTTI, illuc pervenit JOSEPHUS A FERNO, O.F.M.CAP., qui a mense novembri usque ad Nativitatem Domini circiter, magno cum animarum fructu concionatus est. Duo potissimum instituta ipse instauravit, quorum primum pauperibus subveniret, alterum autem parvulis instructionem catecheticam traderet. Itaque adamussim confirmantur quae de hoc negotio primi Ordinis chronographi tradiderant (cf. MATTHIAS A SALÒ, O.F.M.CAP., *Historia Capuccina,* pars II, p. 390 s., Romae, 1950). Mense martio insequentis an. 1540 conciones habuit ANTONIUS A PINEROLO, O.F.M.CAP., qui sectam lutheranam impugnavit. Item die 28 febr. an. 1541 sermonem habuit BERNARDINUS OCHINO A SENIS.

Circa sedem autem, quam forsitan circa idem tempus sodales Capuccini inhabitare coeperunt, nulla exstat memoria certa, usque ad an. 1565, quo card. J. MORONE eos « in civitatem introduxit, quos primum in suburbana S. Faustini parochia sedes ponere iussit ». Postmodum autem multae habentur notitiae circa coenobii exstructionem et eleemosynas, quas publici magistratus fratribus facere solebant.

P. MELCHIOR

1420. — ANTONIO BLASUCCI, O.F.M.CONV., *Tre apostoli francescani dei nostri giorni,* in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 530-550.

Tres franciscales viri, quorum lineamenta hic adumbrantur, notitiis ex recentioribus biographiis desumptis, hi sunt: sodalis laicus LEOPOLDUS M. MUSSO, O.F.M. (1850-1922), devotionis erga Jesum Crucifixum propagator; sacerdos MAXIMILIANUS M. KOLBE, O.F.M. CONV. (1894-1941), Beatae Virginis Mariae Immaculatae miles; LEOPOLDUS A CASTELNUOVO, O.F.M.CAP. (1866-1942), Poenitentiae sacramenti apostolus. Optime A. hos religiosos sodales uti exemplar authenticae traditionis franciscanae proponit, quandoque semper in Ordine viguit amor erga Jesum Christum et hunc Crucifixum, intima erga Virginem Matrem Reginam Immaculatam devotio, studium pro salute animarum sanguine Jesu redemptarum.

P. MELCHIOR

1421. — FRANCESCO RUSSO, M.S.C. *Il B. Pietro Catin.* (Via Luminosa, n. 16). Padova, Il Messaggero di S. Antonio, 1948. In-8°, 32 p.

PETRUS CATIN, socius S. FRANCISCI ASSISIENSIS ab anno circiter 1213, an. 1217 constituitur Minister provincialis Calabriae, in qua regione Ordinem franciscalem propagavit et iura Ecclesiae invicte propagavit, donec die 15 apr. an. 1264 in odium fidei capite plectitur. Cf. *Misc. Franc.*, 1950, t. L, p. 360-361. P. MELCHIOR

1422. — TEOFILO CAVELLI, O.F.M. *S. Salvatore da Horta.* Cortemaggiore (Piacenza), Convento S. Francesco, 1947. In-8°, 32 p.

1423. — GIULIO DALDOSS, O.F.M. *Un candido fiore dell' Alpi Trentine: P. Simone Campregher, O.F.M.* Trento, Libreria moderna Ed. A. Ardesi, 1947.

SIMON CAMPREGHER, O.F.M., primam lucem vidit in loco Mezzolombardo prope Tridentum an. 1828 et fama sanctitatis circumdatus obiit die 10 febr. an. 1885. Praesens biographia simpliciter enarrata ad pietatem fovendam destinatur. Cf. *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 210. P. MELCHIOR

1424. — FRANCESCO MACCONO, O.F.M. *Un apostolo di Gesù Crocifisso: il Servo di Dio Fr. Leopoldo Maria Musso dell'Ordine dei Frati Minori. 1850-1922.* Torino, Convento-Parrocchia di San Tommaso, (1947). In-16°, 159 p. cum ill.

Humilis frater laicus LEOPOLDUS M. MUSSO, Ordini Fr. Minorum nomen dedit an. 1905 et adeo sanctitatis fama refulsit, ut post obitum (27 apr. 1922) in Curia Romana agatur de eius glorificatione. Triplicem devotionem coluit, scil. erga Jesum Crucifixum, erga SS. Eucharistiae sacramentum et erga B. Virginem Matrem. « Diarium » reliquit scriptum, in quo eius gratiae mysticae manifestae fiunt. Cf. *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 37; *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 420. P. MELCHIOR

1425. — *Nel cinquantesimo di Sacerdozio del R.P. Lodovico Foschi, Francescano.* Alessandria d'Egitto, Tipografia Procaccia, 1948. In-8°, 28 p.

Socii paroeciae in Ibrahimieh in suburbanis Alexandriae, occasione iubilaei sacerdotalis L. FOSCHI (1898-1948), quam ipse fundavit et nunc moderatur, hoc opusculum ediderunt, in quo illius vita et actio missionaria illustrantur. P. MELCHIOR

1426. — A. PASINI, *Il B. Andrea Mastri da Meldola (+ 1455) dei Frati Minori Conventuali*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 345-357.

De hoc venerabili viro nihil fere cum certitudine scitur nisi quod vivus ac mortuus multa miracula patravit. A. hanc duplicem quaestionem solvere contendit, nempe: a) ad quam familiam franciscanam, O.F.M.Conv. vel O.F.M.Obs., pertinuerit; b) e quanam civitate esset oriundus. Ad primum respondet B. ANDREAM fuisse sodalem O.F.M.Conv., quia coenobium Mutinense, cuius erat superior, ad hanc familiam pertinebat. Ad alterum autem copia documento-

rum ostendit hunc beatum virum natum esse Meldulae in Romandiola, et ideo aliquando Mutinensem appellari, quiae Mutinae in Aemilia mortuus (mense maio an. 1455) et sepultus est. P. MELCHIOR

1427. — BENEDETTO M. SALIERNO, O.F.M.CONV. *Il ven. servo di Dio P. M°. Giuseppe Mª. Cesa, dei FF. MM. Conventuali (1686-1744).* (Via Luminosa, n. 13). Padova, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », 1947. In-8°, 79 p.

Modo captui fidelium accommodato describitur biographia huius servi Dei; natus est Abellini die 6 oct. an. 1686, atque inter Fr. Min. Conventuales cooptatur Neapoli an. 1705. Deinde lauream in theologia consecutus, iteratis vicibus in sua monastica provincia sacras disciplinas tradidit. In eo enituit austeritas vitae, studium animarum et singularis erga Virginem Immaculatam veneratio. Pientissime obiit die 9 iun. an. 1744, et in Curia Romana de eius beatificatione institutus est processus. P. MELCHIOR

1428. — ANTONIO SARTORI, O.F.M.CONV. *Il P. M°. Francesco Peruzzo dei Frati Minori Conventuali (1771-1847). Nel primo Centenario dalla morte.* Padova, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », 1947. In-8°, 79 p.

Haec dissertatio non solum ad biographiam FRANCISCI PERUZZO spectat, sed ad historiam quoque Basilicae S. Antonii Patavini et totius provinciae Patavinae O.F.M. Conventualium. Etenim, sodalibus religiosis expulsis, ab an. 1810 ad an. 1825, ille cum sociis Basilicam custodivit, et an. 1823 Minister provincialis renuntiatus efficaciter pro restauratione provinciae adlaboravit. Cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 586-588. In altera dissertationis parte omnia eduntur documenta, e quibus eruditus A. monographiam exaravit. Adduntur etiam utilis summaria vitae chronologia et lineamenta a N. TOMMASEO an. 1847 vulgata atque interpretatio indolis illius viri a G. MORETTI, O.F.M. CONV., ex examine scripturae facta. P. MELCHIOR

1429. — BEDA M. HESS, O.F.M.CONV., *Nuncius mortis Adm. R. P.M. Francisci Formenti, Ex-Assistentis Generalis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 11-13.

Traditur notitia biographica FRANCISCI FORMENTI, O.F.M.CONV. (1863-1946), in qua varia munia, quae in suo Ordine obivit referuntur. P. MELCHIOR

1430. — *L' Alma Provincia Lauretana O.F.M.Conv. nell' aureo giubileo sacerdotale del M.R. Padre M°. Ernesto M. Franciosi, ex-Ministro Provinciale.* Osimo, Basilica di S. Giuseppe da Copertino, 1948. In-8°, 64 p.

Prima huius opusculi pars epistolas refert gratulatorias quibus religiosi sodales et amici quinquagesimum anniversarium ordinationis sacerdotalis ERNESTI M. FRANCIOSI, O.F.M.CONV., in gratitudinis et admirationis signum celebrare voluerunt. Altera autem pars refert statum personalem et localem provinciae Lauretanae seu Piceni die 15 oct. an. 1948, quae tunc temporis numerabat 17 domus religiosas, 4 custodias et 127 religiosos alumnos. P. MELCHIOR

1431. — THADDEUS MACVICAR [OF DURHAM], O.F.M.CAP., *Jerome of Pistoia*, in *Round Table Franc. Research*, 1947, t. XII, p. 54-66.

A. conspectum biographicum satis accuratum HIERONYMI A PISTOIA, O.F.M.CAP. († 28 oct.1570), praebet ex multis fontibus biographicis et historicis collectum; ille praeclarus vir per ordinem consideratur ut concionator, theologus Concilii Tridentini, superior, professor, consiliarius Summi Pontificis PII V, et curio classis pontificiae. P. MELCHIOR

1432. — ILARINO DA MILANO, O.F.M.CAP., *Fra Felice da Cantalice, il Santo delle vie di Roma*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 126-141.

A. vivida dicendi ratione utens atque observationibus psychologicis innixus, effigiem moralem et spiritualem S. FELICIS A CANTALICE, O.F.M.CAP. († 1587), pingit atque delineat uti archetypum et exemplar pristinae Fr. Min. Capuccinorum vitae, prout illam primi sodales religiosi saec. XVI ducebant. P. MELCHIOR

1433. — PRUDENCIO DE SALVATIERRA, O.F.M.CAP. *Vida de San Félix de Cantalicio, hermano lego capuchino (1513-1587)*. Pamplona, Edit. Aramburu, 1947. In-8°, VII-58 p.

Praesens notita biographica excerpta est ex alio eiusdem Auctoris opere, scil. *Las grandes figuras capuchinas*, t. I, p. 19-37, Santiago de Chile, 1936. Cf. *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 616-617.
P. MELCHIOR

1433ª. — PAUL RENAUDIN. *Saint Félix de Cantalice, le saint joyeux de la rue.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1944. In-8°, 74 p.

1434. — ERNEST REARDON [OF BROOKLYN], O.F.M.CAP., *The plague of Milan and Paul of Salò*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-47, t. XII, p. 77-84.

Quum an. 1576-1577 civitatem Mediolanensem pestis vastaret, Fratres Min. Capuccini, praeside eorum sodale PAULO A SALÒ († 1590), in amplissimo urbis valetudinario operam spiritualem et corporalem spatio viginti mensium impenderunt assiduam, quam quidem caritatis actionem A. describit et commentariis illustrat. Notitiae hoc loco traditae partim confirmantur partim etiam augentur dissertatione in bibliographia omissa: F. ODORICI, *I due Bellintani da Salò ed il Dialogo della peste di Fra Paolo Bellintano*, Milano, 1857.
P. MELCHIOR

1435. — *L'Em. Card. Tedeschini chiude in Ascoli Piceno le celebrazioni per S. Serafino [da Montegranaro, O.F.M.Cap.]*, in *Oss. Rom.*, 1948, 20-21 ott., p. 2.

1436. — ISIDORE MAUSOLF [OF HARBOR BEACH], O.F.M.CAP., *Saint Joseph of Leonissa*, in *Round Table Franc. Research*, 1948-49, t. XIV, p. 1-23.

Potius quam vitam huius viri sancti enarrare, A. hunc finem sibi praestituit, nempe ostendere eum ad apicem sanctitatis pervenisse, quia perfectissime secundum spiritum et normas proprias Ordinis Fr. Min. Capuccinorum vixit tum in amore regularis disciplinae observantiae, tum in cultu sanctae contemplationis, tum denique in exercitio sacri ministerii apud humilem gentem et inter infideles populos. Ex biographiis igitur iam notis A. illos eventus selegit, qui magis idonei ei visi sunt ad effigiem moralem et seraphicam S. Josephi a Leonessa pingendam seu adumbrandam.

A. suum finem bene assecutus est; sed aliqui irrepserunt errores emendandi; locus quo S. Josephus annum novitiatus peregit vocatur *Le Carcerelle* (Assisi), minime confundendus cum heremo *Le Carceri* nuncupato (p. 4, 5, 19); an. 1622 ad civitatem Constantinopolitanam pervenit Pacificus a Provins (non a *Paris;* p. 15, nota 51), O.F.M.Cap.; de scriptis nondum editis (p. 18) cf. Bonaventura da Mehr, O.F.M.Cap., *Inventario dei manoscritti di S. Giuseppe da Leonessa, esistenti nell'archivio della Postulazione generale dell'Ordine dei Fr. Min. Cappuccini a Roma,* in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 259-272. P. Melchior

1437. — A. Pereira González, *San Lorenzo de Brindis y Villafranca del Bierzo*, in *Mensajero Seráf.*, 1947, t. LX, p. 187-188.

In quodam certamine litterario Legionensi in Hispania an. 1947 A. primas tulit opere cui titulus: *Bosquejo geográfico e histórico sobre Villafranca del Bierzo y su partido*, in quo multa retulit de S. Laurentio Brundusino, cuius corpus, uti notum est, hac in urbe servatur. Nunc vero A. aliqua testimonia profert ab incolis civitatis in processu canonico an. 1630 prolata. P. Melchior

1438. — Giancrisostomo da Cittadella, O.F.M.Cap., *Corrispondenza del Nunzio G.B. Agucchi con P. Giacinto da Casale nell'anno 1625*, in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 286-301.

In *Archivo Vaticano, Nunz. di Venezia, vol. 45*, f. 32-61, adservantur 21 epistolae, quas Nuntius Apostolicus apud aulam Venetiarum J. Baptista Agucchi, an. 1625 Hyacintho a Casale, O.F.M.Cap., misit de publicis negotiis quae tunc temporis agitabantur, praesertim de bello in regione Valtellinae conducto in Gallicos et Hispanicos exercitus. A. illas epistolas nunc primum in lucem profert, additis brevibus commentariis. P. Melchior

1439. — A. Fumelli. *Il Cercatore Benefico. Fra Dionisio da Barletta.* (Coll. « Luci dell'Anima », n. 3). Bari, l'Aurora Serafica, 1946. In-8°, 64 p.

A. obiter describit vitam cum Christo absconditam humilis fratris laici Dyonisii a Barletta, O.F.M.Cap. (1672-1755), prov. Apuliae. Miramur quod adhuc tempus nativitatis statuatur annus 1682 (perperam 1582), quum satis demonstratum sit eum natum esse an. 1672. Cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 664 n. 3461, p. 682 n. 3577. P. Melchior

1440. — Alessandro da Bra, O.F.M.Cap. *Ven. P. Ignazio da Santhià, il Cappuccino santo del Monte.* Torino, Ind. tip. Borello & Ottone, 1946. In-12°, 32 p.

Compendiata notitia biographica huius alumni provinciae Pedemontanae (1686-1770); ab an. 1782 agitur in Curia Romana de eius beatificatione. P. MELCHIOR

1441. — GIORGIO DA RIANO, O.F.M.CAP. *Il Beato Ignazio da Laconi. Cenni biografici e Preghiere.* Edizione VIII - 83. Migliaio. Cagliari, Tipografia S. Giuseppe, 1947. In-8°, 54 p.

Textus opusculi omnino conformis est textui quintae editionis an. 1938; cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 683 n. 3581.

1442. — *Der selige Ignatius von Làconi in der Schweiz*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 19-20.

Brevis relatio cultus ac venerationis, quibus populus Helveticus hunc sanctum virum prosequitur.

1443. — METODIO DA NEMBRO, O.F.M.CAP. *I Fioretti di Padre Aurelio.* Soresina, Edit. « La Grafica », 1948. In-8°, 128 p.

In prov. Mediolanensi O.F.M.Cap. habitum religiosum induit an. 1872 AURELIUS A PIEVE DELMONA, qui die 6 sept. an. 1928 e vita migravit. In eo maxime illuxit laetitia franciscana, quippe qui hilari vultu, comitate plurima et arguto sermone bonum Christi odorem inter cives et sodales religiosos diffundebat, salutares consequens fructus. A. varias collegit narratiunculas et ex eisdem hoc veluti floretum composuit, ratione dicendi utens amoena et iucunda. P. MELCHIOR

1444. — FULGENZO DA LAPEDONA, O.F.M.CAP., *Una gloria del confessionale: P. Damiano da Cingoli, Cappuccino*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 177-179.

Traditur commendatio huius humilis sodalis O.F.M.Cap. (1875-1936), provinciae Piceni, qui virtutum religiosarum decore enituit et in sacris confessionibus excipiendis singularem laudem adeptus est. P. MELCHIOR

1445. — BERNARDINO DA CITTADELLA, O.F.M.CAP., *Il servo di Dio P. Leopoldo da Castelnuovo. Quinto anniversario della sua morte*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 244-252.

Die 30 iul. an. 1942 animam Deo reddidit LEOPOLDUS A CASTELNOVO, O.F.M.CAP., sodalis prov. Venetiarum, cuius sanctitatis fama, coruscantibus miraculis, in dies crescit et vulgatur (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 258-259). A. aliqua colligit testimonia de eiusdem operositate et virtutibus. P. MELCHIOR

1446. — GEREBERN [VAN HERSELT], O.F.M.CAP., *Een apostel van de hereniging der kerken* [i. e.: Apostolus unionis ecclesiarum: P. Leopoldus a Castelnovo], in *Priesterblad*, 1947, t. XXVIII, p. 111-116.

1447. — PIETRO DA VALDIPORRO, O.F.M.CAP. *Un apostolo del confessionale. Il servo di Dio P. Leopoldo da Castelnovo, Cappuccino.* 3 ed. Padova, Convento dei Cappuccini, 1947. In-8°, XXXII-436 p.

1447a. — IDEM. *Un eroe del confessionale. Il servo di Dio P. Leopoldo da Castelnovo, Cappuccino.* Padova, Convento dei Cappuccini, 1948. In-8°, 95 p.

LEOPOLDUS A CASTELNOVO DI CATTARO, prov. Venetiarum alumnus, pientissime obiit Patavii an. 1942 et mox a populo fideli venerari coeptus est; et quum, eo intercedente, multa patrarentur prodigia eiusque bona fama latissime pateret, A. biographiam illius exaravit, quae iam tertio immutata in lucem prodiit, additis tantummodo aliis testimoniis et portentis (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 258-259). Ad maiorem autem divulgationem obtinendam idem A. biographiam in compendium redegit et in parvo opusculo typis edidit. P. MELCHIOR

1448. — P. QUIRINUS [VAN ALPHEN], O.F.M.CAP., *P. Leopold van Castelnovo, [O.F.M.Cap.], een groot biechtvader*, in *Priesterblad*, 1948, t. XIX, p. 304-307, 331-336.

1449. — SYNESIUS VON SINS, O.F.M.CAP., *P. Leopold von Castelnovo*, in *St. Fidelis*, 1948, t. XXXV, p. 47-53, 79-84, 115-117.

Praebetur conspectus biographicus LEOPOLDI A CASTELNOVO, O.F.M.CAP. (✝ 1942). Notitiae excerptae sunt ex biographia italice scripta a PETRO A VALDIPORRO, O.F.M.CAP. (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 258-259).

1450. — GIOVANNI DA BAGGIO, O.F.M.CAP. *Nel solco insanguinato*. Firenze, Scuola Tip. Salesiana, 1947. In-8°, IX-144 p.

Argumentum huius opusculi est biographia MAURI A CASTIGLION FIORENTINO. Hic natus est die 27 sept. an. 1903 et die 17 aug. an. 1919 inter Fratres Min. Capuccinos prov. Tusciae cooptatur atque die 5 aug. 1928 presbyteratu augetur. Deinde, suae perfectionis religiosae haud immemor, ardenti studio salvationi animarum se devovit, quas tum praedicatione tum spirituali moderamine efficaciter adiuvare contendit, donec die 4 maii an. 1944 globorum ignivomorum amissione periit, optimum vitae religiosae relinquens exemplum. Opusculum non absque animi oblectamento legitur. P. MELCHIOR

1451. — *Mons. Vittorio Consigliere scrive ai nostri cari ammalati. Ospedale S. Martino.* Genova, Tip. Opera SS. Vergine di Pompei, 1947. In-8°, 76 p.

In compertum est VICTORIUM CONSIGLIERE A SESTRI PONENTE (1883-1946), provinciae Genuensis O.F.M.Cap. alumnum et dioeceseos Asculanae Apuliae et Ceriniolensis episcopum, singulari benevolentia et consolandi studio infirmos prosecutum esse (cf. *Anal. Min. Cap.*, 1946, t. LXII, p. 103). Exstabant etiam quaedam fragmenta sparsa, quae ad eorumdem levamentum et consolationem ipsemet scripserat, quaeque nunc editor anonymus simul collecta iterum typis vulgavit ad eundem finem efficacius et universalius obtinendum.

P. MELCHIOR

1452. — *Padre Geminiano da Trieste, cappuccino (1915-1946). nister Provinciae Tusciensis.* in *Anal Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 42.

Ex fontibus ipso opusculi titulo significatis adumbratur effigies moralis et franciscana huius religiosi viri, qui sodalibus exempla vitae intemeratae reliquit. P. MELCHIOR

1453. — *Adm. R. P. Epiphanius a S. Marcello Pistoiese, ex-Minister Provinciae Tusciensis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 42.

Brevis notitia necrologica; natus est an. 1878 et an. 1893 habitum capuccinum in provincia Tusciae induit; diu sacrae praedicationis ministerio incubuit, et die 19 martii an. 1946 vitam mortalem clausit. P. MELCHIOR

1454. — *Adm. R. P. Aegidius a Villanova Monferrato, Alexandrinae Provinciae alumnus eiusdemque ter Minister Provincialis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 214-215.

Iste religiosus sodalis (1871-1947) totum vitae religiosae curriculum in iuvenum institutione, officio praedicationis et fratrum regimine transegit. P. MELCHIOR

1455. — *Adm. R. P. Henricus a Napoli, ex-Minister Provinciae Neapolitanae*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 139.

In moderanda provincia Neapolitana O.F.M.Cap. magnam assecutus est laudem, quinquies enim ut minister ipsi praefuit et alia in eadem munia prudenter obivit. Moritur in Puteolano coenobio die 31 martii an. 1947. P. MELCHIOR

1456. — *Adm. R. P. Josephus M. a Licodia, Minister Provinciae Syracusanae*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 215-216.

Notitia necrologica; natus est an. 1881; an. 1910-1913 in Pontificia Universitate Gregoriana lauream in iure canonico et in theologia consecutus est; deinde in sua provincia adlaboravit usque ad obitum (13 apr. 1947). P. MELCHIOR

1457. — *Adm. R. P. Xystus ab Aviano, Provinciae Venetae alumnus, iam Director spiritus in Collegio Internationali de Urbe*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 194-196.

XYSTUS AB AVIANO, O.F.M.CAP. (1875-1948) in instituendis iuvenibus religiosis excelluit tum in sua Venetiarum provincia tum in Collegio Internationali S. Laurentii de Urbe, et tertium franciscalem Ordinem fervide propagavit, editis etiam an. 1946 collationibus de hoc negotio habitis. P. MELCHIOR

1458. — FULGENZO DA LAPEDONA, O.F.M.CAP., *Fra Giuseppe da Rapagnano, laico cappuccino. Appunti biografici*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 279-284.

Traditur notitia biographica et necrologica huius sodalis religiosi prov. Piceni, qui die 18 mart. an. 1877 natus est, die 10 apr. an. 1902 habitum religiosum induit, et die 5 nov. an. 1948 ad superos migravit. P. MELCHIOR

1459. — REMIGIO LE PERA DA CRÓPANI, O.F.M.CAP. *Padre Cristoforo ne « I Promessi Sposi »*. Reggio Calabria, Tip. La Rocca, 1947. In-8°, 28 p.

Hodie constat quis reapse fuerat CHRISTOPHORUS, O.F.M.CAP., de quo A. MANZONI loquitur in sua fabula amatoria (cf. MAURIZIO DA VILLA DI SERIO, O.F.M.CAP., *Il P. Cristoforo dei « Promessi Sposi » era di Cremona?*, in *Gloriose pagine di storia cappuccino-cremonese*, p. 79-94, Cremona, 1929); neque A. sibi praestituit quamdam quaestionem biographicam pervestigare, sed rationes perquirere quibus motus ille insignis poeta de Fr. Min. Capuccinis potius quam de aliis religiosis viris scripsit, nempe quia ipse quadam consuetudine cum illis iunctus erat, quia illi magna laude apud populum fruebantur et artificis ingenio apprime respondebant. Quibus quidem conclusionibus statutis, A. lineamenta spiritualia et moralia adumbrat P. CHRISTOPHORI, vim perpendens verborum et interpretationis A. MANZONI.

P. MELCHIOR

24. - *Jugoslavia*

1460. — BERNÁRDIN UNYI, O.F.M. *Sokácok-Bunyevácok és a bosnyák ferencesek története* [i. e. « Populi Schocaci-Bunovaci et Franciscanorum Bosnensium historia »]. Budapest, Magyar Barát, Kapisztrán-Nyomda Vác, 1947. In-12°, 245 p.

1461. — *Provincia S. Hieronymi Doctoris in Croatia*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 179-181.

Hic breviter enarrantur damna coenobiis huius provinciae O.F.M.Conv. illata atque mala a sodalibus religiosis perpessa tempore immanis belli an. 1939-1945.

P. MELCHIOR

1462. — BEDA HESS, O.F.M.CONV., *Nuntius mortis Ex.mi D. D. Hieronymi M. Mileta Episcopi Sebenicensis et Administratoris Ap. Archidioeceseos Jadrensis in territorio Iugoslavo, Consultoris S. Rituum Congregationis, quondam Socii et Assistentis Generalis Ordinis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 166-168.

1463. — *In memoriam Exc.mi DD. Fr. Hieronymi Mileta*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 56-60.

HIERONYMUS M. MILETA, O.F.M.CONV. (1871-1947), prov. Illyricae alumnus, magnam adeptus est laudem in studiis praesertim liturgicis fovendis; multa quoque in suo Ordine munia obivit, antequam an. 1922 ad sedem Sebenicensem eveheretur; eius merita praeclara breviter in his relationibus describuntur.

P. MELCHIOR

1463[a]. — M. BARADA. *Monumenta Tragurensia*. Pars I: *Notae seu abbreviaturae cancellariae communis Tragurii*. Vol. I: *1263-1273*. Zagreb, 1948.

Hoc in opere saepe mentio fit de piis legatis et eleemosynis coenobio franciscano Tragurensi in Dalmatia datis. Anno 1271 sodalibus religiosis praeerat JOANNES DE MONTE ULMO. Cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1951, t. XLIV, p. 241.

25. - *Melita*

1464. — *Provincia Melitensis S. Pauli Ap.*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 31-37; 1948, t. XLV, p. 94-96.

Ex eventibus huius provinciae O.F.M.Conv. alii tristes alii laeti narrantur, nempe destructio coenobii in urbe Insulae Melitensis capite Valletta an. 1941, quod deinde restauratum est; instauratio novi monasterii in pago Birkirkara an. 1944; sollemnis eiusdem provinciae S. Cordi Jesu consecratio mense augusto an. 1946, atque sollemnes cultus festivitates ad honorandum Mentum S. ANTONII PATAVINI, quod mense novembri an. 1946 in Insulam delatum est. Denique describitur sollemnis coronatio imaginis B.M.V. a Salute Melitae nuncupatae die 4 apr. an. 1948, necnon status personalis et localis provinciae hoc eodem anno. P. MELCHIOR

26. - *Mexicum*

1465. — FIDEL DE J. CHAUVET, O.F.M. *Relación de la Descripcion de la Provincia del Santo Evangelio que es en las Indias Occidentales que llaman la Nueva España, hecha el año de 1585 por Fr. Pedro Oroz, Fr. Jerónimo de Mendieta y Fr. Francisco Suarez, de la misma Provincia. Publicada con introducción y notas.* México, Imprenta Mexicana de Juan Aguilar Reyes, 1947. In-8°, III-204 p.

1466. — O'GORMAN, *El Catolicismo ilustrado en la Nueva España*, in *Boletín del Archivo General de la Nación* (Mejico), 1947, t. XVIII, p. 71-121.

Textus et commentarius exhibentur cuiusdam documenti quo fr. Minister Tertiis Ordinis S. Francisci in Querétaro a rege subsidia petit ad populum in scholis doctrinis sanis instruendum (saec. XVIII) (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 620). P. BONAVENTURA

1467. — *Contract for the Choir of San Francisco, Mexico City, by Juan de Roxas*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 517-518.

Textus hispanicus contractus subscripti die 1 martii an. 1715, quo sculptor JOANNES DE ROXAS obstringitur ad sellarum seriem in choro ecclesiae S. Francisci urbis capitis Mexici exornandam. Hoc documentum originale prostat Mexici, *Arch. Nat. Escr. 760*.

P. MELCHIOR

1468. — MAYNARD GEIGER, O.F.M., *The Franciscan « Mission » to San Fernando College, Mexico, 1749*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 48-60.

Praemissis notitiis de actuositate missionariorum franciscalium in Mexico, describitur fundatio et progressus collegii S. Ferdinandi, quod post expulsionem PP. Jesuitarum centrum fit totius missionis catholicae in Mexico. P. BONAVENTURA

27. - *Peruvia*

1469. — Francisco Quecedo, O.F.M., *Diario marítimo del primer obispo de Maynas (Perú) y de Lugo, D. Fray Hipólito Sánchez Rangel*, in *Estudios Geográficos*, 1947, p. 341-399.

Hippolytus Sánchez Rangel habitum franciscanum inter Fratres Minores Observantiae induit die 20 maii an. 1782 obiitque die 30 apr. an. 1839. Cum autem constitutus esset visitator et reformator provinciae franciscanae vulgo S. Elena de la Florida (Cuba), a die 14 apr. usque ad diem 9 iun. an. 1802 iter maritimum peregit, cuius vicisistudines ab eodem descriptae nunc vulgantur excerptae ex *Autobiographia*, quae in archivo ecclesiae cathedralis Lucensis in Hispania adservatur. P. Melchior

28. - *Polonia*

1470. — *Meczeńskie Dzieje Archidiecezji Warszawskiej, 1939-1945*. Warszawa, 1948. In-4°, 168 p.

In hoc opere, edito a Curia archiepiscopali Varsaviensi, recensentur 156 sacerdotes saeculares, 314 religiosi (sacerdotes, clerici, laici) et 504 religiosae an. 1939-1945 defuncti, quorum 85 sacerdotes, 127 religiosi et 122 religiosae per bellum vel per persecutores socialistas nationales qui vocantur perierunt. De singulis brevis notitia biographica exhibetur. Plures inveniuntur etiam sodales Ordinis franciscani. P. Bonaventura

1471. — H. Wyczawski. (*Historia Calvariae de Zebrzydowski*) [polonice]. Kraków, OO. Bernardyni, 1947. In-8°, XVI-243 p. cum 39 ill.

1472. — *De conventu Niepokalanów summariae notitiae ab an. 1939 ad an. 1946*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 80-84.

Hoc coenobium O.F.M.Conv., in quo an. 1939 octingenti plus minus sodales religiosi degebant, tempore immanis belli fere penitus diripitur et religiosi disperguntur. Nunc autem praebetur relatio restaurationis coenobii multipliciumque operum, quae antea in eo florebant. Inveniuntur quoque aliae notitiae ad provinciam B.M.V. Immaculatae in Polonia spectantes. Cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 309. P. Melchior

1473. — Candido M. Romeri, O.F.M. *P. Adriano Osmolovski, O.F.M., esule per la fede cattolica, morto in concetto di santità*. Lonigo, Pia Opera dei Fratini di S. Antonio, 1948. In-16°, 32 p.

Breve compendium vitae antea fusius descriptae et an. 1934 editae, de qua cf. *Collect. Franc.*, 1939, t. IX, p. 444 s.

1474. — C. Szweda, *El Caballero de la Inmaculada*. Trad. por P. Kmita, in *Cristiand.*, 1947, p. 556.

Describitur heroica mors MAXIMILIANI M. KOLBE, O.F.M.CONV., die 14 aug. an. 1941 in campo Oswiecim.

1475. — GUSTAV MORCINEK. *Dwie Korony: Rzecz o Ojcu Maksymilianie Maria Kolbem.* Niepokalanów, Nakladem Centrali « Milicij Niepokalanej », 1948. In-8°, 173 p.

Potius quam biographia MAXIMILIANI M. KOLBE, O.F.M.CONV., (1894-1941), describitur hoc in opere mira eius actio apostolica. Cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 598.

1476. — A. RICCIARDI, O.F.M.CONV. *L' Eroe di Oswiecim: P. Massimiliano M. Kolbe, dei Frati Minori Conventuali.* Con presentazione di S. E. Mons. G. GAWLINA, già Ordinario castrense dell'esercito Polacco. Roma, Postulazione Generale, Piazza SS. Apostoli, 1947. In-8°, XV-285 p. cum ill.

1477. — IDEM. *P. Massimiliano M. Kolbe.* Roma, Piazza SS. Apostoli, 1947. In-16°, 32 p.

MAXIMILIANUS M. KOLBE (in baptismate RAYMUNDUS vocatus) die 6 ian. an. 1894 natus est, atque die 11 sept. an. 1911 inter Fr. Min. Conventuales Poloniae vota religiosa nuncupavit. Postmodum Romam destinatur, ubi laurea in facultate philosophica et theologica insignitur; adhuc clericus piam unionem « Militiam Mariae Immaculatae » nuncupatam instituit, quae mirifica nacta est incrementa (cf. BEDA HESS, O.F.M.CONV., *De Militia Mariae Immaculatae recurrente 25° fundationis anno*, Romae, 1942); demum die 28 apr. an. 1918 Christi sacerdos consecratur. In patriam deinde redux indefesse adlaboravit ad devotionem erga Virginem Immaculatam divulgandam; quocirca commentarium periodicum typis edere coepit cui titulus *Rycerz Niepokalanej, i.e. Miles Mariae Immaculatae*, et an. 1927 prope Varsaviam exstruxit sic dictam *Civitatem Immaculatae* seu *Niepokalanów* perfectissimis machinis instructam ad libros edendos, quibus cultus marianus promoveretur. An. 1930 aliam huiusmodi « Civitatem » prope Nagasaki (Japonia) instauravit. An. 1939 sodales religiosos coenobii Niepokalanów regebat, quum, inito bello, die 7 dec. in carcerem detruditur e quo postea liberatur, donec mense febr. an. 1941 iterum in custodiam mittitur et die 14 aug. in campo Oswiecim ad concivem salvandum voluntarie mortem oppetiit.

De hoc inclyto viro aliquae exstabant monographiae (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 315); sed A. novis innixus documentis et testimoniis hanc biographiam contexuit, in qua res illius praeclare gestas lucido eloquio descripsit, et virtutes exposuit, praesertim animi fortitudinem et heroicam caritatem, quibus animam pro fratribus posuit. Cf. *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 142-143; *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 407-408. P. MELCHIOR

1478. — MARIA WINOWSKA. *Le Fou de Notre Dame. Le Père Maximilien Kolbe.* Paris, Éditions du Cerf, 1948. In-16°, 32 p.

In his lineamentis biographicis eximii MAXIMILIANI M. KOLBE (1894-1941), O.F.M.CONV., A. perscrutari contendit arcanum secretum mirificae operositatis tum in Polonia tum in Japonia ab eodem explicatae praesertim in cultu erga Virginem Immaculatam provehen-

do, quod in intima animae cum Deo coniunctione et filiali erga Deigenitricem devotione facile reperitur. Praeterea vivis coloribus A. pingit tormenta quae servus Dei invicte passus est antequam die 14 aug. an. 1941 in campo vulgo Oswiecim victima caritatis occubuerit. Opusculum non absque animi oblectamento et spirituali aedificatione legitur, eique meritam divulgationem exoptamus. P. MELCHIOR

1479. — BEDA M. HESS, O.F.M.CONV., *Litterae circulares de colligendis notitiis ac scriptis servi Dei P. M. Maximiliani Mariae Kolbe, O.F.M.Conv., fundatoris « Militiae Mariae Immaculatae »*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 9-11.

His litteris circularibus, die 8 dec. an. 1946 datis, Minister generalis O.F.M.Conv., succrescente in dies sanctimoniae fama MAXIMILIANI KOLBE, qui victima caritatis mense aug. an. 1941 occubuit, monita et praecepta suis subditis tradidit ut omnia quae de servo Dei noverint referant scriptaque eius exhibeant, ut processus informativi perfici valeant et ad felicem exitum perducantur. P. MELCHIOR

1480. — VITTORIO DA CEVA, O.F.M.CAP., *Un apostolo ed eroe della Polonia: P. Onorato da Biala (1829-1916)*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 142-145.

Occasione primi saeculi ab eius ingressu in Ordinem Fr. Min. Capuccinorum (8 dec. 1848), describitur curriculum vitae huius insignis viri, qui an. 1916 ad superos volavit. Cf. *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 110-112. P. MELCHIOR

1481. — P. GEREBERN [VAN HERSELT], O.F.M.CAP., *Een Stichter van Seculiere Instituten*, in *Priesterblad*, 1948, t. XIX, p. 141-145.

Occasione Constitutionis Apost. *Provida Mater Ecclesia*, qua «Instituta Saecularia», quae constituunt tertium statum canonicum perfectionis, auctoritate pontificia approbantur, A. exponit operositatem P. HONORATI KOSMINSKI A BIALA, O.F.M.CAP. (1829-1916), qui plurium istiusmodi institutorum saecularium in Polonia fundator exstitit.
P. BONAVENTURA

1482. — K. MICHALSKI. *Fr. Albertus, 1846-1916, fundator Congregationis Servorum Pauperum de Tertio Ordine S. Francisci, qui Albertini nuncupantur* [polonice]. Kraków, Edit. Caritas, 1946. 204 p.

29. - *Romania*

1483. — *50us anniversarius fundationis Provinciae Romaniae S. Joseph Sponsi B.M.V. (1895-1945) et Seminarii Halaucestensis (1897-1947)*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 91-99.

Praesens relatio in primis refert actuosam operositatem Fr. Min. Conventualium ab eorum in regiones Moldaviae et Valacchiae ingressu (1238-1241) usque ad hodiernam provinciae Romaniae constitutionem (1895); quo quidem tempore impigre pro fide catholica conservanda et propaganda adlaboravere. Usque ad saec. XVII sodales quoque aliorum Ordinum Religiosorum illuc sociatam operam impende-

bant, sed dein S. Congr. de Prop. Fide hunc apostolatus campum unice curis commisit Fr. Min. Conv. sub dependentiam Ministri provincialis Orientis Constantinopoli residentis cum munere Praefecti Apostolici harum regionum. Porro horum praesulum res gestae iam innotuerunt (cf. BONAVENTURA MORARIU, O.F.M.CONV., *Series chronologica Praefectorum Apostolicorum missionis Fr. Min. Conventualium in Moldavia et Valacchia saec. XVII et XVIII, cui accedit series chronologica Episcoporum Bacoviensium*, Romae, 1940; IDEM, *Series chronologica Episcopum et Praefectorum Apostolicorum..... durante saec. XIX*, Romae, 1942). Anno autem 1895 provinciae Romaniae O. F.M.Conv. sui iuris instauratur, et exinde nova quasi aetas fecundi apostolatus initur, cuius uberes fructus A. enarrat, inter quos certe eminet Seminarium Halaucestense an. 1897 inauguratum ad clerum saecularem et regularem indigenam instituendum, cuius primordia et progressus spatio 50 annorum quoque referuntur. P. MELCHIOR

1484. — *Provincia S. Ioseph Sponsi B. M. V. in Romania*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 181-188.

Agitur de statu huius provinciae monasticae O.F.M.Conv. tempore belli (1939-1945), et damna, quae feliciter parvi momenti fuerunt, cuilibet provinciae domui illata describuntur. P. MELCHIOR

1485. — *Provincia Romaniae S. Ioseph Sponsi B.M.V.*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 78-80.

Breviter disseritur de « die Orientali » celebrato in seminario theologico O.F.M.Conv. Calugarensi (Liuzi-Calugara), prov. Romaniae, die 23 ian. an. 1947, necnon de decemnali celebratione instaurationis sedis filialis Militiae Mariae Immaculatae in eodem seminario theologico mense decembri an. 1946. P. MELCHIOR

1486. — *Schematismus Almae Provinciae S. Stephani Regis Apostolici Ordinis Fratrum Minorum in Transsylvania Romaniae ad annum MCMXLVI.* Kolozsvár, Typographia S. Bonaventurae, 1947. In-16°, 112 p.

Praeter religiosorum sodalium coenobiorumque catalogum hoc opusculum exhibet primordia et progressus totius provinciae atque summarium conspectum historicum cuiuscumque coenobii. Cf. *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 213. P. MELCHIOR

1487. — *A. R. P. M. Ioseph Petrus M. Pal*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 199-202.

Iste religiosus vir, sodalis O.F.M.Conv. et provinciae S. Joseph Sponsi B. Mariae in Romania, vitam mortalem clausit die 21 iun. an. 1947. In hac brevi notitia necrologica enarrantur eius dotes et res gestae. P. MELCHIOR

1488. — *Nella luce di santità di Fra Geremia Valacco*, in *Oss. Rom.*, 1948, 6 marzo, p. 2.

Occasione solemnis depositionis exuviarum IEREMIAE A VALACCHIA, O.F.M.CAP., in ecclesia S. Laurentii Brundusini de Urbe die 5 mart. an. 1948, editur summaria notitia vitae et virtutum huius servi Dei. P. MELCHIOR

1489. — *Indulgetur translatio exuviarum Ven. S. D. Ieremiae a Valacchia, laici prof. Ordinis F. M. Cap.*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 130-133.

1490. — *Exhumatio et recognitio exuviarum Ven. S. D. Ieremiae a Valacchia*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 19-24.

1491. — *Altera recognitio et definitiva repositio exuviarum Ven. S. D. Ieremiae a Valacchia in nostra ecclesia S. Laurentii a Brundusio de Urbe*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 53-56.

Sepulcro servi Dei Ieremiae a Valacchia († 1625) feliciter invento Neapoli mense iunio an. 1947, S. Rituum Congregatio indulsit die 19 iul. eiusdem anni ut exuviae exhumarentur et recognoscerentur et Romam transferri possent in ecclesia S. Laurentii Brundusini reponendae. Reapse huiusmodi recognitio bis peracta est, scil. Neapoli mense oct. an. 1947 et Romae mense febr. insequentis anni, et 5 mart. an. 1948 definite in ecclesia praefata exuviae honorifice collocantur. In his relationibus singula documenta afferuntur et exscribuntur. P. Melchior

30. - *Scandinavia*

1492. — Jarl Gallén. *La Province de Dacie de l'Ordre des Frères Prêcheurs. I. Histoire générale jusqu'au Grand Schisme.* (Institutum Historicum FF. Praedicatorum Romae ad S. Sabinae. Dissertationes historicae. Fasc. XII). Helsingfors, Söderström & Co, Förlagsaktiebolag, 1946. In-8°, XXXII-288 p. cum 10 tab. et 3 delin.

Ad ambitum historicum antiquae provinciae Daciae Fratrum Minorum melius cognoscendum hoc opus incrementum utile adfert. In delineationibus operi additis etiam conventus Fratrum Minorum descripti sunt. P. Bonaventura

1493. — Gottfrid Carlsson, *Jungfru Marie psaltares brödraskap i Sverige. En studie i senmedeltida fromhetsliv och gilleväsen*, in *Kyrkohist. Arsskrift*, 1947, t. XLVII, p. 1-49.

A. agit de « Confraternitate psalterii B. Virginis Mariae in Suecia », ut posterioris medii aevi pietatis et sodalitatum historiam illustret. Brevis mentio fit Joannis Nicolai, O.Min., Ministri provincialis (circa an. 1440), et Nicolai Denyse, O.F.M.Obs. (1509), e cuius opere *Resolucio theologorum* excerpta indicantur adservata in Uppsala, *Universitetsbibliotek, C 449*, f. 173v-175r. P. Bonaventura

1494. — A. Nelson. « *Then norska laghboken* » *i Stockholms Franciskanerkloster*, in *Nordisk Tidskrift för Bok- och Biblioteksväsen*, 1948, t. XXXV, p. 1-16 cum 3 ill.

31. - *Uruquaria*

1495. — Mariano de San Juan de la Cruz, *La enseñanza superior en Montevideo durante la época colonial*, in *Revista Histórica* (Montevideo), 1948, n. 46-48, p. 355-475.

Haec dissertatio magni momenti est pro historia operositatis Franciscanorum in civitate Montevideo, cum A. imprimis innitatur *Tabulis vel Actis Capitularibus Fratrum Minorum*, nunc in *Archivo General de la Nación* in eadem urbe adservatis, necnon in litteris a Superioribus Fratrum Minorum ad magistratum civitatis vel ab hoc ad illos missis. A. textum latinum et hispanicum *Actorum*, quae nominationes lectorum vel professorum ad instituendam iuventutem continent, et litteras edidit, introductione editioni praemissa.

P. Bonaventura

32. - *Venetiola*

1496. — Joaquín Cavaldón Márquez. *Muestrario de Historiadores de Venezuela*. Caracas, Ediciones del Ministerio de Educación Nacional, Dirección de Cultura, 1948. In-8°, 374 p.

Ad historiam hodiernae reipublicae Venetiolae illustrandam tempore quo sub dominio Hispanico subiecta erat (saec. XVI-XVIII), textus selecti exhibentur ex historiographis illius aetatis excerpti. Prae aliis exscripta sunt fragmenta ex operibus quorundam sodalium religiosorum Regularis Observantiae S. Francisci, scil. Petri de Aguado, Petri Simón et Matthiae Ruiz Blanco. Singulis fragmentis praemittitur brevis notitia biographica auctorum. Cf. *The Americas*, 1951-1952, t. VIII, p. 379.

P. Melchior

1497. — Justo Simón Velázquez, *Los templos de La Asunción* (*Margarita*), in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 204-208, 237-241, 268-272, 298-301, 345-347, 378-381; 1948, t. X, p. 10-14, 52-55.

In civitate La Asunción in insula Margarita, labentibus annis, multa templa exstructa sunt, quae A. fuso calamo describit. Nostra interest descriptionem recolere ecclesiae S. Francisco Assisiensi sacrae et coenobii O.F.M.Obs., quod ad veterem provinciam monasticam a S. Cruce nuncupatam pertinebat (t. IX, p. 268-272, 298-301, 345-347). Tempus erectionis ecclesiae et coenobii non satis constat; verisimile apparet hoc circa finem saec. XVI contigisse; ineunte autem saec. XIX tum ecclesia tum coenobium in profanos usus redacta sunt.

P. Melchior

C. - De missionibus franciscanis

Vide etiam: Relationes de historia franciscana particulari

1. - *De missionum historia et doctrina in genere*

1498. — I. Prieto - J. Turigas, *Galería de Revistas Misioneras*, in *Misiones Extranjeras* (Burgos), 1948, t. I, p. 31-37.

Exhibetur conspectus bibliographicus commentariorum periodicorum de re missionaria, quae in bibliotheca missionum S. Congregationis de Prop. Fide adservantur; in quo quidem conspectu etiam

commentaria a sodalibus franciscalibus edita recensentur. Cf. *Ephemerides, Annuaria et Commentaria periodica a Fratribus Minoribus Capuccinis edita. Descriptio bibliographica.* Editio aucta et emendata (ex *Analecta O. M. Capuccinorum*, vol. 52, 1936), Romae, 1937.

P. MELCHIOR

1499. — W. A. FABER, O.F.M. *Franciscan exhibit presenting Franciscan missionary activity, 1209-1947; sponsored by the Cincinnati Franciscan province of St. John the Baptist, host to the 6th quinquennial Congress of the Third Order of St. Francis in the U. S. and Canada, Aug. 10-12, 1947.* Cincinnati, Franciscans, 1723 Republic st., 1947. In-8°, 64 p. cum ill.

1500. — PIO MARIA DE MONDREGANES, O.F.M.CAP. *Manual de Misionología.* Segunda edición corregida y aumentada. Madrid, Editorial « Pro Fide », 1947. In-8°, XXXI-578 p.

Prima huius Manualis missionologiae editio prodiit an. 1933 atque iam recensita est in *Collect. Franc.*, 1934, t. IV, p. 40*-42*; altera autem auctior et emendatior typis vulgatur an. 1947 et, additis emendationibus et additionibus ab ipsomet A., an. 1950, in sermonem italicum vertitur. Quandoquidem haec italica versio fuse examinata est in *Collect. Franc.*, 1951, t. XXI, p. 231-233, ad hanc recensionem lectores remittimus qui operis argumentum et divisionem propius cognoscere velint. In altera hispanica editione singularum partium et quaestionum dispositio magis perspicua est quam in prima; item bibliographia copiosior et selectior singulisque capitibus praeposita; demum accedit pars quae missionologiam iuridicam pervestigat (p. 163-193), quaeque in prima prorsus desiderabatur; e contrario pars historica seu missionologia descriptiva, quam vocant, immutata fere conservatur, si bibliographia excipitur, quae revera aucta est. Maxima operis laus in eo est, quod triennio nondum elapso omnia exemplaria vendita erant et iam editio tertia in lucem prodiit, et versiones in exteras linguas parantur.

P. MELCHIOR

1501. — COSMAS SARTORI, O.F.M. *Iuris Missionarii elementa, adiecto Commentario facultatum quas S. Congr. de Prop. Fide pro locis Missionum concedit.* Romae, Secretaria Missionum O.F.M., 1947. In-8°, 151 p.

Egregius et illustris canonista dicit primum quare de iure missionario tractet et non de iure missionariorum, postea evolvit quae de huius iuris fontibus, de iure et officio Fidei Propagandae, de missionum regimine, de formula facultatum S. C. de Propaganda Fide dicenda sunt. De historia franciscana notanda sunt: facultates amplissimae a SIXTO IV franciscanis missionariis datae (p. 19); Concilium Viennense in quo, B. RAYMUNDI LULLI, T.O.S., opera, statutum est ut doceantur linguae orientales (p. 24); speciales facultates datae franciscanis qui anno 1524 in Mexicum intraverunt, per Brevia LEONIS X, 25 apr. 1521, et HADRIANI VI, 13 maii 1522 (p. 71-72); privilegium a CALLIXTO III fratribus laicis franciscanis concessum ut corporalia et purificatoria primo abluere valeant (p. 102) etc.

P. JULIANUS EYMARD

1502. — *Atlante delle Missioni Cattoliche dipendenti dalla Sacra Congregazione « De Propaganda Fide »*. Roma, Stab. Luigi Salomone, 1947. In-4°, 8 ff., 40 tab.

Tabulae huius operis indicant Missionum geographicum, oeconomicum, ecclesiasticum statum 15 dec. 1947; signantur, in diversis regionibus, dioeceses seu vicariatus aut praefecturae Apostolicae sed non dicitur a quibus regantur, utrum a clero indigena, an a congregationibus religiosis; quod desideratur. P. JULIANUS EYMARD

1503. — *Atlas Guía de las Misiones Españolas. América*. Madrid, Consejo Superior de Misiones, 1947. In-fol., 758 p. cum CLIV tab. et indice.

1504. — WILLIBRORD [DE PARIS], O.F.M.CAP., *Réflexions sur les problèmes missionnaires*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 1-2.

Opera missionaria nec propaganda nec proselytismus esse debent; facta sunt enim nec pro unius nationis utilitate, nec pro unius ideae propagatione, sed ut tota vera fides omnibus praedicetur. Unde missionarius simul totam veritatem servare tuerique debet sicut debet eam unicuique regioni eiusque moribus ac menti accommodare.

P. JULIANUS EYMARD

1505. — *L'attività missionaria del Papa Giovanni XXII*, in *Oss. Rom.*, 1948, 29 luglio, p. 3.

JOANNES XXII primum missionariorum seminaria condere voluit, et hoc a Dominicanis et Franciscanis petiit. Deinde obtinuit ut, in Sinis, principes missionarios adiuvarent, et ita hierarchiam ecclesiasticam in Mongolia instituere potuit. Sedes archiepiscopalis sita est in civitate Sultanieh cuius primus episcopus fuit FRANCISCUS DE PERUSIA, O.MIN.; eodem tempore, ODORICUS DE PORDENONE suas mirabiles narrationes scripsit. P. JULIANUS EYMARD

1506. — AUGUSTIN FLICHE, *L' action missionnaire du pape Jean XXII*, in *Bulletin des Missions*, 1948, t. XXII, p. 1-7.

JOANNES XXII duplicem scopum persecutus est: missionariam alacritatem augere, eandemque ordinare; ad quem finem attingendum praesertim Fratribus Minoribus et Fratribus Praedicatoribus nisus est. Fratres Praedicatores in Persiam mittit. Fratres Minores autem et in Terram Sanctam et in Extremum Orientem allegavit. In Terra Sancta, postquam civitas Saint-Jean-d'Acre expugnata fuerit, Franciscanos adversus Turcas protexit et conventus Montis Sion, Sancti Sepulchri et Bethlehemensis condendi veniam dedit. In Extremo Oriente, praesertim notanda est ODORICI A PORDENONE, O.MIN., famosa peregrinatio, sicut et legatio illius missionarii qui JOANNIS DE MONTECORVINO, O.MIN., egregius successor fuit et NICOLAUS, O.MIN., vocatur. Iste Avenione, anno 1334, profectus est cum 20 sacerdotibus et 6 fratribus laicis. Secum ferebat epistulam quam Summus Pontifex ad Tartarorum imperatorem mittebat. Postquam plurimas difficultates vicerit, quo contendebat, pervenit et ab imperatore qui obviam ei accesserat, receptus est. P. JULIANUS EYMARD

1507. — N. Simonut. *Il metodo d'evangelizzazione dei Francescani tra i Musulmani e Mongoli nei secoli XIII-XIV*. Milano, Pontificio Istituto Missioni Estere, 1947. In-8°, 164 p.

S. Franciscus primus est qui in Ordinis sui regula de missionibus decrevit, cum eius scopus esset de propagando Evangelio et non sive de vita eremitica disserere, sive studia constituere ac componere; quae *Regulae* decreta sicut eiusdem *Regulae* commentaria quae tunc florebant, ab A. longe lateque explanantur (p. 11-38). Revera, cum Summis Pontificibus oboedientia ipsa *Regula* iuberetur, necessarium est cognoscere Bullas Pontificias quas de missionibus Sancta Sedes hoc tempore publicavit; quae Bullae ab A. diffuse explicantur (p. 39-68). Sed omnia haec generalia sunt atque consilia universalia afferunt. Ergo opportet nunc videre id quod in sua regione missionarii gesserunt, ut de ipsorum methodo recte iudicare possimus.

In primis, A. res his in temporibus gestas (p. 68-69), diversarum gentium disciplinam moresque (p. 69-72) depingit, et in quibus universi orbis regionibus eaedem gentes sitae sint ostendit (p. 72-74). Postea de mahometanis agitur; ipsi inveniuntur in Hispania, Marocchio, Tunesio, Aegypto, Asia Minore. Missionarii credunt islamismum esse haeresim et Mahumetum haereticum; Evangelii praedicatio ardua est, quia ii qui adversus Mahometum orationem habent, supplicio capitis afficiuntur; possunt tantum missionarii religionem christianam in controversiam adducere; quae controversiae accuratissime praeparabantur, cum Fratres Minores lingua arabica loqui discerent et morum arabicorum periti essent: non ad martyrium temere ac inconsulte adibant, sed solum quando adversus Mahometum loqui debebant; tunc fide fortes in bello, pro Christo libenter sanguinem effundebant. Quamvis haec omnia contenderentur, res parum aut etiam nihil profecerunt (p. 75-103). Apud Tartaros atque Mongolos, qui in Persia, in Kiptciak, in Katay et in Turkestano degebant (non dicitur clare ubi regiones haec sitae sint), praedicatio multo facilior erat. Harum gentium religionem animismum esse credebant missionarii; illam igitur non vituperabant, sed ex illa usque ad veritatem christianam populos adducere volebant; praesertim principem convertere contendebant, et ad hunc scopum plebis atque patriciorum mores adsciscebant; cum aliarum religionum ministris controversias habebant, et saepe eos ore et opere vincebant; huius apostolatus, vita interiore fervida innixi, fructus multi fuerunt; multae conversiones; clerus indigena instituitur, immo ipsa hierarchia catholica; sed pauca fuit constantia, minima perseverantia, et mox ad nihilum omnia redacta sunt (p. 103-143). Compendium hoc non omnem inventorum thesaurum qui in hoc libro habetur, detegit. Missionarii et historici scriptores illum legere et perlegere debent.

Pauca sunt quae desiderantur, v.gr. delineationes geographicae quae textum illustrent, elenchus Bullarum pontificiarum quae de rebus missionalibus saec. XIII-XIV tractarunt et conspectus syntheticus methodum missionum explicans, qui etiam nostris temporibus utilis esse possit. P. Julianus Eymard

1508. — Lázaro de Aspurz, O.F.M.Cap., *Cooperación misional en el siglo XIV. Recaudación de limosnas para las misiones franciscanas de Oriente*, in *Estudios Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 132-136.

Documentis huc et illuc sparsis innixus A. breviter exponit quid Sedes Apostolica, quidve civiles auctoritates, quidve denique Ordinis franciscalis sodales contulerint saec. XIV ad missiones subsidiis oeconomicis provehendas et sustentandas. P. Melchior

1509. — Lázaro de Aspurz, O.F.M.Cap., *La vocación misionera de la Orden Franciscana antes de la época del Patronato Regio*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 18-36, 102-130.

Ingenii acumine et haud communi industria pervestigat A. indolem propriam apostolatus franciscani, prout haec ex vita ipsius Pa-

tris legiferi, ex legibus et statutis necnon ex apostolatus exercitio per diversas orbis regiones usque ad saec. XV deduci et explicari potest. Spiritus missionalis in Ordine S. P. FRANCISCI oritur ex ardenti studio Christum Crucifixum imitandi, fovetur desiderio sanguinem pro Christo effundendi, et continuo exercetur « plus exemplo quam verbo » ad animas Christo lucrandas. Haec omnia A. multiplici argumento demonstrat, exemplis excerptis ex historia missionum franciscalium praesertim apud populos Mahumetanos et Tartaros, et lucido ordine et apta scribendi ratione explicat. P. MELCHIOR

1510. — LÁZARO DE ASPURZ, O.F.M.CAP., *España en la historia de las misiones*, in *Misiones Extranjeras* (*Burgos*), 1948, t. I, p. 22-30.

Typis editur collatio ab A. habita mense aug. an. 1947 in « Hebdomada missiologica » Burgensi. Quamvis A. quaestionem missionariam universim consideret, multi in eius dissertatione habentur respectus ad actionem apostolicam religiosorum sodalium Ordinis franciscalis. Argumentum vero, uti tractationis indoles prae se ferebat, perfunctorie absolvitur absque animadversionibus criticis et bibliographicis. P. MELCHIOR

1511. — JOSEF HÖFFNER. *Christentum und Menschenwürde. Das Anliegen der spanischen Kolonialethik im Goldenen Zeitalter.* Trier, Paulinus-Verlag, 1947. In-8°, 333 p.

1512. — FR. PEREGRINO, O.F.M., *Apuntes e insinuaciones para la historia misionera de la diócesis de Vitoria*, in *Mis. Franc.*, 1947, t. XXXI, p. 27-32; 1948, t. XXXII, p. 3-10.

Inter missionarios ex dioecesi Victoriensi in Hispania oriundos multi recensentur sodales Ordinis franciscalis, quorum res gestae non narrantur, sed haud pauci fontes afferuntur ad illas indagandas et illustrandas. P. MELCHIOR

1513. — J.J. B.TA MERINO URRUTIA, *Misioneros españoles del siglo XVI. Biografía del Franciscano Fr. Martín Sarmiento de Ojacastro, O.F.M.*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 328-358, 539-565.

Ex fontibus iam editis sparsae colliguntur notitiae, quae vitam et operositatem huius missionarii illustrant. Natus est circa an. 1515 et postquam an. 1530 circiter habitum franciscalem induerat, proficiscitur an. 1538 in Mexicum; an. 1543 Mantuae comitiis generalis Ordinis interfuit atque Commissarius generalis Indiarum constituitur, in quo exercendo munere aliquas scripsit epistolas ad CAROLUM V imperatorem, qui eum an. 1548 ad sedem episcopalem Tlaxcalae proposuit.

De tempore autem consecrationis episcopalis A. confuse loquitur et in errorem labitur; non enim sub finem mensis maii an. 1549, sed die 7 apr. eiusdem anni consecrationem accepit, scil. in dominica Passionis (cf. C. EUBEL, O.F.M. CONV., *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, 2 ed., t. III, p. 314, Monasterii, 1923). Ceterum perperam tribuitur (p. 545) P.B. GAMS. O.S.B. (cf. *Series episcoporum Ecclesiae catholicae*, p. 163, Leipzig, 1931) sententia secundum quam MARTINUS SARMIENTO die 24 iul. an. 1548 possessionem sedis episcopalis sumpsisset, nam ibi tantum asseritur hoc tempore iam episcopum electum esse. Demum hi duo scriptores modo allati obitum episcopi referunt ad diem 19 (non 14) oct. an. 1557. Ea quae obiter tanguntur de missionariis exteris in plagis americanis

fuse exposita sunt a Lázaro ab Aspurz, O.F.M.Cap., *La aportación extranjera a las misiones españolas del Patronato regio*, Madrid, 1946 (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 354-356). P. Melchior

1514. — *Guide de la France chrétienne et missionnaire.* Publiée sous la direction de P. Lesourd. Paris, Centre international de documentation et statistique, 1948. In-8°, 1850 p.

Agitur tantum de Gallicis coloniis, etiam si in aliis regionibus Gallici missionarii laborant. Notavimus: Marochium, miss. O.F.M., p. 1703-1706 (parvula nota historica praebetur); Berberati (Ubanghi-Chari), miss. O.F.M.Cap., p. 1718; Djibouti, miss. O.F.M.Cap., p. 1726; Madagascar (Ambanja), miss. O.F.M.Cap., p. 1727.

P. Julianus Eymard

1515. — L. Guizard, *Les missionnaires français dans le monde en 1946*, in *Union missionnaire du clergé de France*, 1947, t. IX, p. 289-306; 1948, t. X, p. 10-25.

Postquam, in introductione, suam methodum suosque fontes exposuit, A. tabellas statisticas publicat ex quibus constat: inter Capuccinos Gallicos numerari 79 missionarios qui a S. Congr. de Propaganda Fide, 17 qui a S. Congr. pro Ecclesia Orientali pendent; inter Fratres Minores, 72 missionarii a S. Congr. de Propaganda Fide pendent, 18 a S. Congr. pro Ecclesia Orientali; inter Tertiarios Regulares 11 missionarii a S. Congr. Consistoriali pendent. De mulierum congregationibus haec notare potuimus: Franciscanae Missionariae de Sancta Maria computant 393 religiosas quae pendent a S. Congr. de Propaganda Fide, 86 a S. Congr. pro Ecclesia Orientali, 119 a S. Congr. Consistoriali; Franciscanae Ancillae de Sancta Maria (Blois), 13 quae a S. Congr. Orientali pendent; Sorores Sancti Francisci (Lyon), 28 quae a S. Congr. de Propaganda Fide, 2 quae a Consistoriali pendent; Franciscanae de Sancta Maria Angelorum (Angers), 54 quae a S. Congr. de Propaganda Fide; Franciscanae de Maria Immaculata (Lons-le-Saulnier), 13 quae a S. Congr. pro Ecclesia Orientali; Franciscanae Tertiariae (Calais), 20 quae a Congregatione de Propaganda Fide. Non signat A. Parvulas Sorores S. Francisci (Angers), quae tamen plures missionarias mittunt et in India (Ajmer) et in Africam (Ubanghi-Chari, Berberati). P. Julianus Eymard

1516. — Georges Goyau. *La France missionnaire dans les cinq parties du monde.* Préface de Mgr. L.A. Chappoulie, Protonotaire apostolique. 2 vol. Paris, Plon, 1948. In-8°, 422 et 557 p.

Priusquam moreretur, illustris A. multa documenta reliquit, ex quibus hoc opus educi potuit, in quo saepe saepius de Franciscanis agitur. Iam in initio, Fratrum Minorum apostolica alacritas in Canadensi regione ostenditur, cum D. Jamet, O.F.M. (p. 63-65), Chr. Leclerc, O.F.M., ipsius missionis historiographo (p. 65-69), G.T. Sagard, O.F.M., et P. Le Caron, O.F.M.; postea dicitur Philippi ab Angoumois, O.F.M.Cap., opus *Le Triomphe de l'Amour de Dieu dans la conversion d'Hermogène*, Paris, 1625, quamdam auctoritatem habuisse apud illustres viros Gallicos, ut isti missionibus faverent (p. 73). De Josepho a Parisiis, O.F.M.Cap., eiusque sociis longe lateque tractatur (p. 217-247) sicut et de missione Fratrum Minorum Capuccinorum

in Aethiopia cum BB. AGATHANGELO A VENDÔME et CASSIANO A NANTES (p. 265-283); denique disseritur de Capuccinis in Congo et in Capite Viride. Post haec, de missionibus Franciscanis A. silet, quasi a saec. XVII usque ad nostra tempora Seraphici Patris filii nihil de infidelibus convertendis cogitassent; quae omissiones A. tamen non imputandae sunt, cum perficiendi operis sui tempus non habuerit. In fine, inter congregationes mulierum, signantur MARIA DE PASSIONE, T.O.R., et Franciscanae de Sancta Maria sicut et Franciscanae de Sancta Maria Angelorum (Angers). P. JULIANUS EYMARD

1517. — H.C.A. MULLER. *Voorloopers en navolgers van Marco Polo: Johannes de Plano Carpini, Willem van Rubroek, Ibn Battuta, Odoric van Pordenone.* Leiden, Sijthoff, 1944. In-8°, 304 p.

1518. — FRANS M. OLBRECHTS. *Vlaanderen zendt zijn zonen uit!* 2e druk. Antwerpen, Standaard, 1947. In-8°, 284 p.

In hoc opere, an. 1942 prima vice edito, A. agit de iis Flandriae illustribus filiis, qui longas terras et ignotas regiones peragrabant. Tria capita solis Fratribus Minoribus dicavit, scil. GULIELMO DE RUBROEK, O.MIN. (cap. 3), PETRO DE GENT, O.F.M.OBS. (cap. 5), PETRO FARDÉ, O.F.M.REC. (1652-1691; cap. 11). Praeterea in reliquis operis partibus plures alii Franciscani commemorantur (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 119 s.). P. BONAVENTURA

1519. — *Los Belgas sembraron el primer trigo en America*, in *Ecuador Franciscano*, 1948, t. VIII, p. 119-120.

Brevissimae notitiae exhibentur de JODOCO DE RIJCKE, O.F.M. OBS,. qui primum frumentum in Americam Meridionalem invexit (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 124). P. BONAVENTURA

1520. — J. MASSON, S.J. *Missionnaires Belges sous l'Ancien Régime (1500-1800)*. T. I. *Ceux qui versèrent leur sang.* (Museum Lessianum. Section missiologique, n. 28). Bruxelles. Edition Universelle, 1947. In-8°, 184 p. cum 4 cart., 8 ill.

Hoc opus undecim biographias continet, inter quas notari possunt illae Beati RICHARDI DE SANCTA ANNA, O.F.M. (1585-1622) et GEORGII A GEEL, O.F.M.CAP. (1617-1652). Aliae biographiae sunt unius Dominicani et octo Jesuitarum. Omnes copiosa bibliographia multisque notis illustrantur. Cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 136; *Franciscana*, 1947, t. II, p. 118; *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 435. P. JULIANUS EYMARD

1521. — FR. GEERTS, *De missie-actie van ons land*, in *Nieuw-Afrika*, 1947, t. LXIII, p. 100-102, 143-145.

Actionem missionariam Belgii describens, A. obiter mentionem facit insignium missionariorum franciscalium GULIELMI DE RUBROEK, O.MIN., GRIFONIS, O.F.M.OBS. († 1475), BERNARDINI SURII, O.F.M. REC. († 1665), ANTONII COSTENOBEL, O.F.M.REC. († 1686), PETRI FARDÉ, O.F.M.REC. († 1691), PETRI DE GENT, O.F.M.OBS. († 1572), SIMONIS DE BRUSSEL, JODOCI DE RIJCKE, O.F.M.OBS. († 1575), LUDOVICI HENNEPIN, O.F.M.REC. († 1701). P. BONAVENTURA

1522. — *Afscheidsplechtigheid van Missionarissen* [i. e. Sollemnia agenda in discessu missionariorum]. Antwerpen, Hoofdprocuur der Franciscaanse Missies, [1947]. In-8°, 22 p.

1523. — Janvier - M. Thysmans, O.F.M., *25 ans au service des missions*, dans *La Voix de S. Antoine*, 1947-1948, t. II, p. 70-75.

Mense sept. 1922, R.P. Ulricus Neris, O.F.M. missionum procurator in Namurcensi provincia creatus est. Huius Fratris Minoris alacritas ab A. depingitur. P. Julianus Eymard

1524. — Pietro Scotti. *Pionieri d'America*. Brescia, « La Scuola » Editrice, 1948. In-16°, 166 p.

1525. — *Opera Missionaria Provinciarum Americae Septentrionalis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 52-53.

Provinciae Americanae O.F.M.Conv. 25 missiones administrant, scilicet 11 principales et 14 filiales atque missionarios adnumerant sacerdotes 32 et fratrem laicum 1. Missiones eis commissae sunt: pro provincia S. Bonaventurae praefectura Apostolica de Ndola in Rhodesia; pro provincia S. Antonii Patavini apostolatus apud Negritas Americanos in civitate Bessemer, in dioecesi Mobiliensi, in Statu Alabama; pro provincia B.V.M. Consolatricis afflictorum, tres missiones inter Mexicanos; pro provincia Immaculatae Conceptionis B. V. M. missiones in Republica Brasiliana et in America Centrali, id est in Costa-Rica. Et aliae in aliis regionibus sacerdotes missionarios habent.
P. Julianus Eymard

1526. — Lambertus-Maria Kortleven, O.F.M., *Franciscaanse Troepenschouw* [i. e. Missionum franciscanarum recensio], in *De Stem van Sint Antonius*, 1948-49, t. XXXIII, p. 154-163.

1527. — Antonellus Verschuere, O.F.M., *De Minderbroeders op het Missiefront* [i. e. Fratres Minores in missionis acie], in *De Stem van S. Antonius*, 1947-48, t. XXXII, p. 28-30, 81-82, 101-104, 121-123, 217-219; 1948-49, t. XXXIII, p. 1-3, 29-30, 78-79, 102-103, 127-128.

1528. — *Die Franziskanermisionen. 33. Jahresbericht des Franziskaner-Missionsvereins. 1939*. Werl, Provinz-Missionsverwaltung der Franziskaner. In-4°, 32 p. cum ill.

1529. — *Franziskaner-Missionen. Jahresbericht 1949 des Franziskaner-Missionsvereins für Österreich*. Solbad Hall in Tirol, Franziskaner-Missionsprokura, 1948. In-8°, 66 p. cum ill.

1530. — M. Cagnon, O.F.M., *Les Franciscains canadiens et leurs missions*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 292-296.

Fratres Minores Canadenses, anno 1898, Terrae Sanctae missionarii facti sunt; anno 1910 in Sinis, anno 1906 in Japonia, anno 1935 in Peruvia missiones iisdem concreditae sunt. Agitur praesertim de Nipponensibus missionibus. P. Julianus Eymard

1531. — *Conspectus generalis missionum Ordinis Minorum Capuccinorum die 30 Iunii 1947*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 98-101.

Iuxta hoc rationarium, in missionibus Ordini Fr. Min. Capuccinorum concreditis, die 30 iun. 1947 erant: 958 missionarii Capuccini, 2065 alii missionarii vel missionariae (quorum 136 sacerdotes, 162 religiosi laici, 1767 religiosae), 14 medici saecul. a missione mandati, 1934 catechistae, 1.199.069 catholici, 85.739 catechumeni, 71.880.376 acatholici, 447 candidati catechistae, 337 seminaristae, 339 stationes primariae et 646 secundariae, 102 sodalitia T.O.F. cum 5.333 tertiariis, 2.024 scholae variae cum 147.254 discipulis, 83 nosocomia cum 3.000 lectis, 12 leprosodochia, 117 orphanotrophia, 150 pharmacopolia, 8 typographiae, 52.576 baptismata, 17.133 confirmationes, 5.593 matrimonia, 15.510 defuncti. P. BONAVENTURA

1532. — MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP. *Historia generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*. Pars I: *1525-1619*. Pars II: (*1619-1761*). 3 vol. (Bibliotheca Seraphico-Capuccina, cura Instituti Historici Ordinis Fr. Min. Capuccinorum edita. Sectio historica. Tom. VII-IX). Romae, Institutum Ord. Fr. Min. Cap., 1947-1948. In-8°, XV-392, XV-498, XVI-527 p. cum multis tab.

De hoc egregio opere, recensio iam facta est (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 316-321). Hic tantum notandum est quod spectat ad missiones, id est in parte I (1525-1619) de apostolatu inter schismaticos (p. 323-325), inter infideles (p. 326-331), inter christianos captivos (p. 332-335); in partis II (1619-1761) tomo 2 de missionum regimine comparate ad S. Congregationem de Propaganda Fide (p. 266-269), de missionibus comparate ad Ordinem (p. 270-277), de missionariis eorumque methodo (p. 278-290), de apostolatu pro christianis captivis liberandis (p. 291-297), de apostolatu apud schismaticos (p. 298-343), de missionibus apud populos infideles (p. 344-400), denique de contributione missionariorum ad scientias (p. 401-409).

P. JULIANUS EYMARD

1533. — CHRISTIAN SCHEMBRI [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *Earl missionary activity after 1551*, in *Round Table Franc. Research*, 1947-1948, t. XIII, p. 25-37.

Ab initio, anno 1536, Statuta et Ordinationes Fratrum Minorum Capuccinorum de missionibus tractabant, sed PAULUS III prohibuit quin nova reformatio franciscana extra Italiam se propagaret. Post 26 annos vero GREGORIUS XIII ipsis in missiones proficiscendi licentiam dedit, sed iam anno 1551 IOANNES ZUAZO, O.F.M.CAP., et IOANNES A TROIA, O.F.M.CAP., suum sanguinem pro fide effuderant. Postea in Melita, quando anno 1565 Turcae hanc insulam obsiderant, ROBERTUS AB EBOLI, O.F.M.CAP., et THOMAS A TAURINO, O.F.M.CAP., adversus eos christianorum militum virtutem sustinuerunt; cum eis aderat IVO A MESSINA, O.F.M.CAP. In insulam Cretam, iubente S. PIO V, Minister generalis MARIUS A MERCATO SARACENO, O.F.M.CAP., misit IGNATIUM AB APIRO, O.F.M.CAP., qui ibi per duos annos ad animas salvandas fortiter laboravit; post eum, PACIFICUS A SANCTO GERVASIO, O.F.M.CAP., eiusdem missionis Superior exstitit; denique, anno 1571,

in praelio prope Lepanto inito, HIERONYMUS A PISTOIA, O.F.M.CAP., et ANSELMUS A PIETRAMOLARA, O.F.M.CAP., cum 30 Capuccinis militum capellani aderant. In civitate Alger, duo sacerdotes Capuccini PETRUS A PIACENZA, et PHILIPPUS A ROCCACONTRADA, et post eos ANGELUS A CONCHA, ANGELUS A CORLEONE, ANGELUS A FORLÌ, AMBROSIUS A SONCINO, MATTHAEUS A ROSSANO Evangelium praedicaverunt. In Constantinopolim, anno 1587, navem ascenderunt, id petente Gallico legato, PETRUS A CROCE, O.F.M.CAP., AEGIDIUS A SANCTA-MARIA, O.F.M.CAP., DIONYSIUS A ROMA, O.F.M.CAP.; paulo post, S. JOSEPHUS A LEONISSA, O.F.M.CAP., ibidem in vincula coniectus est.

P. JULIANUS EYMARD

1534. — CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., *Litterae circulares de Missionibus Ordinis*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 81-93.

Praecelsissimum Christi mandatum, Ecclesiae instantissimas exhortationes, Seraphici Patris et desideria et Regulam semper Ordo Capuccinorum secutus est adimplevitque. Ante saeculi XIX politicam subversionem, omnes fere provinciae speciales missiones sibi commissas habebant. Saeculo XIX, multi illustres missionarii Capuccini recenseri possunt. Nunc in primis commemorandum est regulam hanc missiones diversis provinciis committi, ita ut et provincia et missio unum corpus sint in Christo. Deinde consilia enunciantur sive quoad studia et praeparationem missionariorum, sive quoad missionariorum apostolatum. Caveant missionarii a nationalismo, caveant a lucro, caveant ab egoismo collectivo. Si provincia iam munus suum implevit, ita ut clero indigenae missio committi possit, Episcopus indigena a S. Sede nominabitur et meritum provinciae non minuetur. Si missio non satis est ad perficiendum totum laborem evangelicum, advocet alios operarios eiusdem aut alius Ordinis. Hoc facientes, Minores Capuccini veros Seraphici Patris filios se exhibebunt et Ecclesiae normas exsequentur. P. JULIANUS EYMARD

1535. — *Ordinationes pro Missionibus Orientis, Sacra Visitatione peracta*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 179-186.

CLEMENS A MILWAUKEE, O.F.M.CAP., generalis Minister, Visitationem canonicam missionum Libani, Indiae, Erythreae atque Commissariatus generalis Indiae ad finem perduxit. Die 12 aprilis 1948, Romam reversus, ordinationes promulgavit, in quibus praesertim munera et Episcoporum et Superiorum Regularium determinat ad normam *Statuti pro Missionibus* (Romae, 1938), et Decreti Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, 8 dec. 1929 (cf. *Anal. Min. Cap.*, 1929, t. XLVI, p. 96 s.). Determinantur quoque iura muneraque provincialium Ministrorum secundum *Statutum pro Missionibus*, n. 22. Pecunia, quae in provincia pro missione colligitur, distingui potest in duas categorias: eleemosynae indeterminatae et eleemosynae Operis Seraphici Missarum. Posteriores missionibus destinantur et mittendae sunt, non Superiori ecclesiastico, sed Superiori regulari; quarta pars vero collectionis annualis Operis Seraphici Missarum directioni centrali mittatur. Denique agitur de paupertate et de pecunia servanda et de oeconomo provinciali pro missione eligendo. P. JULIANUS EYMARD

1536. — METODIO [DA NEMBRO], O.F.M.CAP. *Figure apostoliche. Trilogia di Vescovi Missionari. Mons. Roberto Colombo, Mons. Camillo Carrara, Mons. Celestino Cattaneo.* Milano, Pontificio Istituto Missioni Estere, (1947). In-12°, 207 p. cum ill.

ROBERTUS COLOMBO A CASTELLANZA, O.F.M.CAP., ortum habuit die 21 februarii 1870, in Ordine Seraphico religiosam vestem induit 18 maii 1886 atque 19 maii 1894 sacerdotio auctus est. Ad maiora, pro Christo et animis, aspirans, anno 1898, in missionem Brasiliensem profectus est, ubi postquam varias stationes cum prudentia et caritate rexerit, primum anno 1918 Superior regularis, deinde anno 1922, S. Iosephi Graiahuensis praelaturae primus Administrator Apostolicus, denique, mense decembri 1924, Episcopus titularis Camachenus nominatus est. Post tres annos apostolici laboris, bonus ille pastor, in conventu Fratrum Minorum Capuccinorum civitatis Fortalezza, in statu Cearà Reipublicae Brasiliensis, animam Deo reddidit.

CAMILLUS CARRARA AB ALBINO, O.F.M.CAP., praesul, missionis Erythreae verus instaurator, anno 1871 natus, Religionem Seraphicam in provincia S. Caroli Mediolanensi, die 7 sept. 1887, ingressus est; vota solemnia emisit 10 septembris 1891 et 22 septembris 1894 sacerdotio auctus est. Ipsi varia officia commissa sunt, lectoris, guardiani, definitoris, ministri provincialis, quibus optime functus est. Die 7 februarii 1911, praefectura Apostolica Erythreae in vicariatum erecta est et CAMILLUS AB ALBINO in primum Vicarium Apostolicum electus. Tredecim annorum spatio multa mirabilia fecit, plurimas stationes condidit, scholas illiberalium artium, minora et maiora seminaria aedificavit. In fine, die 15 iunii 1924, clericis indigenis, quos diligebat, pie circumdatus, in Seminario Cherensi, animam Deo reddidit.

CAELESTINUS CATTANEO A DESIO, O.F.M.CAP., vita frui coepit die 21 ianuarii 1864, in archidioecesi Mediolanensi. Die 24 martii 1882, in novitiatu Lovere, Capuccinorum habitum sumpsit. Sacerdotio auctus, die 19 decembris 1886, quamvis missiones exteras formaliter petierit, praeceptor in Seminario Seraphico Lovere, nominatus est, anno 1890. Anno sequenti, vero, ad missionem Mesopotamiae destinatus est, in qua remansit viginti annos. Quando Langobardicae provinciae concredita est missio Erythreae, scilicet anno 1910, ut cum CAMILLO CARRARA AB ALBINO adiret, obtinuit et praesertim evangelizationi paganorum Cunama incubuit. Anno 1925, Vicarius Apostolicus nominatus est et, 17 die aprilis 1931, collegio Patrum ad Solium Pontificium Assistentium adnumeratus est. Mox, infirma valetudine et aetate laborans, vicariatum in Summi Pontificis manus remisit et ad conventum de Cerro Maggiore se recepit, ubi voluntati divinae plene conformis, die 15 februarii 1946, animam in Domino piissime efflavit. Hanc triplicem Capuccinorum biographiam, A. non modo tamen scientifico, sed ad iuventutem edocendam, egregie eleganterque narrat; brevis bibliographia de unoquoque editur, et aliquoties proprias singularesque recordationes refert (p. 11, 50, 109).

P. JULIANUS EYMARD

1537. — *Nos missionnaires nous écrivent*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 16; n. 124, p. 14-15; n. 126, p. 8; 1948, t. XXVIII, n. 128, p. 6-7; n. 129, p. 7-8; n. 130, p. 4-5; n. 131, p. 9-10.

Sunt epistolae quas Gallici missionarii scripserunt ex Indiis, ex Syria, ex Berberati (Africa), ex Madagascar etc. P. JULIANUS EYMARD

1538. — *A travers le monde missionnaire*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 124, p. 11-13; n. 125, p. 16; 1948, t. XXVIII, n. 126, p. 9-11; n. 128, p. 11-13; n. 129, p. 11-13; n. 130, p. 10-13; n. 131, p. 12-15.

1539. — JAVIER LARRAYOZ. *De aventurero a apóstol, o Fray Francisco de Pamplona, misionero capuchino*. Madrid, Editorial « Pro Fide », (1947). In-8°, 126 p.

Res gestae huius praeclari viri in duo temporis spatia distribuuntur, nimirum a nativitate illius an. 1597 usque ad ingressum in Ordinem Fr. Min. Capuccinorum an. 1637, deinde ad obitum usque (31 aug. an. 1651). Quamvis A. aliquibus documentis nondum editis vel notis usus sit, descriptio satis obiter facta conspicitur, ex veteribus chronographis excerpta absque critico fontium examine.
P. MELCHIOR

1540. — *O Instituto das Franciscanas Missionárias de Maria*, in *Portugal em Africa*, 1947, t. IV, p. 65-77.

Summaria narratio de origine, propagatione et indole huius Congregationis religiosae, deque eiusdem praesenti statu locali et personali in infidelium regionibus. P. MELCHIOR

1541. — *De vijftigste verjaring van en afscheid*, in *Uit Verre Landen (Woluwe-Brussel)*, 1948, t. XXX, p. 99-105.

Agitur de primo in missiones discessu Franciscanarum Missionariarum de Maria, an. 1897, Ulyssipone.

1542. — *Echoes of 1947* [Sorores Franciscanae Missionariae de Maria], in *Far Away Missions (North Providence)*, 1948, t. XVIII, p. 34-36.

1543. — *Thousands Visit Brighton Exhibit* [de operositate Sor. Franciscanarum Missionariarum de Maria], in *Far Away Missions (North Providence)*, 1948, t. XVIII, p. 99-106.

2. - *Africa Septentrionalis*

Aegyptus

1544. — *Metodo d'evangelizzazione dei Francescani nell' Africa Musulmana*, in *Missioni Franc.*, 1948, t. XXIV, p. 74-75.

Apud Mahumetanos, efficacior conversionis ratio est puerorum institutio, id est non tantum illa qua docentur legere et scribere, sed praesertim illa qua totus animus ad Christum convertatur. Praebet A. scholarum statisticam quae in Aegypto, Rabad, Tripoli, Bengazi, Marochio et Mogadiscio aedificantur. P. JULIANUS EYMARD

1545. — *Situazione e vita della Chiesa in Egitto,* in *Oss. Rom.*, 1948, 1 gennaio, p. 3.

Nuper, in civitate Assiuth in Aegypto, nova Eparchia creata est, quae comprehendit 28 parochias, 20 sacerdotes, 22.000 Coptorum catholicorum, 300.000 Coptorum dissidentium, 1.300.000 Mahumetanorum; in qua missione laborant Fratres Minores qui in Aegypto Superiore degunt; coadiuvantur a Congregatione Sororum Franciscanarum Aegypti. P. JULIANUS EYMARD

1546. — YVES GOUDREAU, O.F.M., *Les Missions catholiques en Haute-Égypte,* in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 12-15, 55-56, 118-124.

A., postquam regionem incolarumque mores descripserit (p. 12-15), res christianas hic olim gestas memorat (p. 55-56), deinde narrat quomodo hodie ecclesiae gerantur (p. 118-120). Tres ritus latini circumscriptiones committuntur una Fratribus Minoribus Terrae Sanctae, altera Fratribus Minoribus provinciae Tusciae, tertia Fratribus Minoribus provinciae Galliae; in fine ostenditur quomodo missionarius in sua parochia auctoritatem suam exercere possit (p. 120-124). P. JULIANUS EYMARD

1547. — BARTHÉLEMY HÉROUX, O.F.M., *Sous le signe de l'unité romaine,* in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 80-83.

17 dec. 1947, MGR. JOSAPHAT AMBROZU, in Terra Sancta missionarius, syriacus chorepiscopus eligebatur. Cum sibi occasio praebeatur, A. commemorat alacritatem franciscanam in Superiore Aegypto; praesertim refert institutionem cleri regularis indigenae; adsunt in Ordine Fratrum Minorum 8 religiosi ritus copti. P. JULIANUS EYMARD

1548. — G. BASETTI-SANI, *La chiesa cattolica e l'Egitto nel medievo,* in *Oss. Rom.*, 1947, 27 novembre, p. 3.

INNOCENTIUS III misit ad Sultanum legatos qui de locis sanctis disputarent. Postea S. FRANCISCUS ad eundem advenit, non tanquam auctoritate publica fruens, sed tantum amore nixus; Romam rediens, GREGORII IX de missionibus gerendis mentem mutat; caritatis patientia zelusque bello sacro succedunt. Tunc Franciscani legati ad Sultanum epistulas bis ferunt, ut captivi christiani liberarentur; paulo post, Dominicani eadem missione functi sunt. INNOCENTIUS IV sui antecessoris mentem sententiamque secutus est. P. JULIANUS EYMARD

1549. — G. CASTELLANI, S.J., *La missione pontificia presso i Copti sotto Gregorio XIII,* in *Civiltà Catt.*, 1948, an. 99, t. IV, p. 59-68, 154-163.

Anno 1582, GREGORIO XIII regnante, G.B. ELIANO, S.J., et C. RODRÍGUEZ, S.J., apud Coptos missi sunt, ut iterum de unione tractaretur. Haec missio infelicem exitum habuit et duo Jesuitae in vincula coniecti sunt, simul cum duobus Fratribus Minoribus Terrae Sanctae: JOANNE SALANDRA et FRANCISCO DE BIVONA. Hae res notae sunt relationibus quas scripsit ad suum Custodem RICHARDUS A LECCE, O.F.M. Ita corrigi ac compleri debet PETRUS VERNIERO, O.F.M., qui dicit tres Fratres Minores in custodiam abduci, quorum nomina ignorantur

(*Croniche ovvero Annali di Terra Santa*, t. I [ed. G. Golubovich, O.F.M., in *Bibl. Bio-Bibliogr. della Terra Santa*, nova ser., vol. VI], p. 217, Quaracchi, 1929). P. Julianus Eymard

Misurata

1550. — *Misuratensis. Decretum S.C. de Prop. Fide: Praefectura Apostolica Misuratensis Ordinis Fratrum Minorum curis committitur*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 461-462.

Marochium

1551. — Esteban Ibáñez, O.F.M., *Acción española de los Franciscanos en Marruecos*, in *Anales Instit. Estud. Africanos*, 1948, n. 6, p. 7-27.

1552. — Esteban Ibáñez, O.F.M. *Acción española de los Franciscanos en Marruecos*, in *Mauritania*, 1948, t. XXI, n. 247, p. 126-127.

In hac acroasi (n. 1551), in *Istituto de Estudios Africanos del Consejo Superior de Investigaciones Científicas*, Matriti, habita, A. exposuit historiam apostolatus Fratrum Minorum in Marochio, inde ab an. 1219 usque ad nostra tempora, tractans imprimis etiam de eorum activitate politico-diplomatica, benefico-sociali, paedagogico-culturali. Huius expositionis compendium exhibetur in n. 1552 (*Bibl. Hisp.*, 1949, t. VII, p. 68, n. 35.919 s.). P. Bonaventura

1553. — A. Rey, O.F.M., *San Francisco en el Magreb*, in *Mauritania*, 1947-1948, t. XX-XXI, n. 230-242, passim.

In his dissertatiunculis A. enarrat vicissitudines laboris apostolici Fratrum Minorum in Marochio inde a temporibus S. Patris Francisci (cf. *Bibl. Franc.*, t. VII (1940-47), p. 184, n. 2817; *Bibl. Hispana*, 1948, t. VI, p. 93, n. 31.316). P. Melchior

1554. — J.M. Pou y Martí, O.F.M., *La misión de Marruecos a principios del siglo XVIII*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1947, ser. 2, t. VII, p. 243-271.

Fontibus sparsis sed iam notis accurate inspectis A. innixus, claram perhibet synopsin laboris apostolici, fructusque collecti necnon aerumnarum quas Fratres Minores Marochii passi sunt inde ab an. 1630, quum cura huius missionis sodalibus provinciae Baeticae S. Didaci commissa est, praesertim vero regnante Muley Ismael (1672-1727), qui modo crudeliter modo benevole erga missionarios se gessit. Postmodum autem A. in lucem profert relationem eventuum an. 1715-1718 a superioribus missionis confectam et ad S. Congr. de Prop. Fide delatam, quaeque adhuc prostat Romae in *Arch. Prop. Fide, Scritt. rif., t. 619, ad Congr. 7 iul. 1719, n. 14.* P. Melchior

1555. — H. Koehler, O.F.M., *A travers les feuillets des manuscrits inédits des Procureurs de la Mission franciscaine du Maroc (1776-1790)*, in *Le Maroc Catholique*, 1947, t. XXVIII, n. 3, p. 7-10; n. 10, p. 6-7; n. 11, p. 7-8.

Iam anno 1692 aderat in Marochio missionum procurator, Ioannes del Puerto, O.F.M.Obs.; sed A. tantum iis qui a 1766 ad 1790 mis-

sionem rexerunt, suam assiduam operam applicat; de iis enim agitur in manuscripto codice missionis franciscanae Tangerensis. Adfuerunt, hoc tempore, 14 procuratores inter quos praecipue notandi sunt ANTONIUS RAMOS, O.F.M.OBS., (1786) et EMMANUEL BARBATO, O.F.M. OBS., (1762). Ita scimus quales fuerint Fratrum Minorum praebitores, quales esculentae merces comparatae sint, qualia medicamenta; item quid ad ecclesias adornandas emptum sit; denique de libris, de codicibus, de atramento scriptorio certiores facti sumus. De his omnibus A. multa minuta utilia refert. P. JULIANUS EYMARD

1556. — MARIE-PASCAL ANGLADE, O.F.M. *Au Maroc avec les Franciscains*. Bordeaux, Procure des Missions Franciscaines, (1947). In-16°, 32 p.

Describitur alacritas apostolica Fratrum Minorum in regione Marochii (*Acta O.F.M.*, 1948, t. LXVII, p. 33). P. JULIANUS EYMARD

1557. — J. BETANZOS, O.F.M., *Diario di un misionero octogenario*, in *Mauritania*, 1948, t. XXI, p. 14, 28, 52, 76, 100, 125, 148, 172, 196, 220, 244, 268.

1558. — *Misión del Africa Occidental Española. Notas de una visita episcopal*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 131-141.

Summarie describitur iter FRANCISCI ALDEGUNDE, O.F.M., episcopi auxiliaris vicarii apostolici Marochii, per has Africae regiones an. 1947 peractum simulque notitiae traduntur de fundatione sedium franciscalium in Sidi Ifni (1938), Villa Cisneros et Cabo Jubi (1946). Ratio sese gerendi indigenarum mahumetanorum erga missionarios est quidem benevola, sed ad conversionem minime prona. P. MELCHIOR

1559. — ISMAEL CARNERO RUIZ, O.F.M., *El Faro evangélico-franciscano de Sidi Ifni*, in *Mauritania*, 1948, t. XXI, n. 247, p.128-132.

Praebentur notitiae actionis apostolicae Fratrum Minorum in Sidi Ifni (Marochium) explicatae ab anno 1936 usque ad annum 1947. P. JULIANUS EYMARD

3. - *Africa Centralis*

Angola

1560. — ANTÓNIO DA SILVA REGO, *Acção missionária em Angola na ocupação holandesa (1641-1648)*, in *Portugal em Africa*, 1948, t. V, p. 285-291.

A. obiter agit etiam de actione Fr. Min. Capuccinorum, afferens quandam epistolam ad regem JOANNEM IV missam a SERAPHINO A CORTONA, O.F.M.CAP. (Luanda, 26 dec. 1649) et nondum editam quae adservatur Ulyssipone in *Arq. Hist. Colonial, Papeis Avulsos, Angola-1649*. P. MELCHIOR

1561. — BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Dos relaciones inéditas sobre la misión capuchina del Congo*, in *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 102-124.

Occasione tertii centenarii adventus Fr. Minorum Capuccinorum in Congo (1645-1945) recensentur duae novae relationes historicae nondum editae, quae primordia illius missionis describunt. Auctor primae relationis vocatur JOANNES A COMPOSTELLA, O.F.M.CAP. (┼1672?), qui illuc apostolatum exercuit ab an. 1645 usque ad an. 1648; opus manuscriptum servatur Matriti in *Bibl. Palatii Nat., ms. 772*. ANTONIUS A TERUEL, O.F.M.CAP. (┼ 1665), missionarius ab an. 1648 usque ad an. 1659, composuit alteram relationem, quae in duplici exemplari prostat Matriti in *Bibl. Nat., ms. 3533* et *3574*. In hac elucubratione exhibentur notitiae biographicae auctorum, necnon descriptio ac momentum narrationum. Insuper aliqua fragmenta in lucem proferuntur.

P. MELCHIOR

1562. — Mgr. J. CUVELIER, *Contribution à l' Histoire du Bas-Congo*, in *Institut Royal Colonial Belge, Bulletin des séances*, 1948, t. XIX, p. 895-921.

Primi Fratres Minores Capuccini in missionem Congi an. 1645 profecti sunt. Res ab ipsis gestae ab ANTONIO A TERUEL, O.F.M. CAP., hispanica lingua narratae sunt (cf. BUENAVENTURA DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Dos relaciones inéditas sobre la misión capuchina del Congo*, in *Collect. Franc.*, 1946-1947, t. XVI-XVII, p. 111-122). GABRIEL A VALENCIA, O.F.M.CAP., et ANTONIUS A TERUEL in Mbata missi sunt; mense sept. 1648, Praefectus apostolicus BONAVENTURA AB ALESSANO, O.F.M.CAP., BONAVENTURAM A SORRENTO, O.F.M.CAP., et HIERONYMUM A MONTESARCHIO, O.F.M.CAP., simul ac Fratrem laicum HUMILEM A SAN FELICE, O.F.M.CAP., in Nsundi misit. Anno 1653, novus Praefectus apostolicus est HYACINTHUS A VETRALLA, O.F.M. CAP.; nova missio in regno Mukoko animo consilioque agitatur, cuius Praefectus designatus est IANUARIUS A NOLA, O.F.M.CAP., sed hoc consilium ad irritum cadit. Mox res publica penitus evertebatur; adversus missionarios quasi omnes insurrexerunt; his in temporibus difficilibus PHILIPPUS A GALESE, O.F.M.CAP., occisus est, an. 1684, eiusque socius MICHAEL A TAURINO, O.F.M.CAP., anno 1687, mortuus est. Post tres annos, tumultu sedato, LUCAS A CASINETTA, O.F.M.CAP., BASILIUS A PALERMO, O.F.M.CAP., et Frater laicus AEGIDIUS A PALAZZO, O.F.M. CAP., in Congo advenerunt. Rebus publicis iterum perturbatis, AEGIDIUS A PALAZZO in Kaenda obiit, et LUCAS A CALTANISETTA pacem conciliare conatus est. Idem, anno 1697, cum MARCELLINO AB ATRI, O.F.M. CAP., usque in extremum Congo abiit. Mense ianuarii 1700, FRANCISCUS A TICINO, O.F.M.CAP., et ANTONIUS A GRADISCA, O.F.M.CAP., navem ascenderunt, ut regni Congo unitatem restaurarent. Hic finis est historiae inferioris Congo; A. ultimum huius historiae documentum publicat, quod in *Archivo de Propaganda Fide* servatur, scilicet epistulam quam rex Congo IOANNES II, 10 oct. 1716, ad Congregationem de Propaganda Fide misit et in qua agitur de BERNARDO A GALLO, O. F.M.CAP., et de MICHAELE-ANGELO A NOCI, O.F.M.CAP.

P. JULIANUS EYMARD

1563. — LAURENZ KILGER, O.S.B., *Die Schwierigkeiten der alten Kongo-Mission 1649*, in *Neue Zeitschr. Missionswiss.*, 1946, t. II, p. 23-31.

1564. — IDEM, *As dificultades da antica missão do Congo*, in *Portugal em Africa*, 1948, t. V, p. 17-25.

Eruditus missionis Congensis pervestigator in lucem profert documentum mense aug. an. 1649 a missionis praefecto BONAVENTURA AB ALESSANO, O.F.M.CAP., exaratum (cf. *Arch. Prop. Fide, Scritture antiche, t. 249*, f. 37 et 44), quo S. Congregatio certior facta est de vitiis, quae vitam humanam illis in terris deturpabant, et de ritibus idololatricis, qui valde obstabant quominus fides christiana instauraretur et propagaretur. P. MELCHIOR

Berberati (Ubanghi-Chari)

1565. — *S. Congregatio de Propaganda Fide. Decretum. Praefecturae Apostolicae Berberatensi, Ordini nostro concreditae, territorii partes adnectuntur, quae a Vicariatu Apostolico de Foumban seiunguntur*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 10-11, et in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 230-231.

1566. — *Constitutio Apostolica. De Foumban - De Khartum Berberatensis - (Arcis Lamy). A Vicariatibus Apostolicis de Foumban et de Karthum atque e Praefectura Apostolica Berberatensi, Ordini nostro concredita, territorii partes seiunguntur ad novam erigendam Praefecturam Apostolicam «Arcis Lamy»*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 193-194, et in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 335-337.

1567. — *Pages des Missions. Voici l'Oubanghi!*, in *Rosier S. François*, 1947, t. XLVIII, p. 3, 53, 53-54, 77-78, 101-104, 105-106, 161, 221-222; 1948, t. XLIX, p. 8-9, 13-16, 55-57, 77-78, 81-82, 105-106, 193-196, 217-218, 221-224.

Die 28 maii 1940, creabatur nova missio in Africa (Oubanghi) quae Fratribus Minoribus Capuccinis provinciae Tolosanae committebatur. Anno 1947-1948, provinciae Sabaudiae alumni ad eandem missionem profecti sunt qui sunt: GABRIEL A CHAMBÉRY, ELZEARIUS A NOVEL, FRANCISCUS A GRAND-BORNAND, FRANCISCUS-REGIS A RIVERIE. Res ab ipsis gestae narrantur. P. JULIANUS EYMARD

1568. — *In memoriam. Le P. Arthur en Oubangui*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 9.

Die 22 dec. 1945, in statione de Bouar, animam Deo efflavit ARTHURUS A BRADFORD, O.F.M.CAP.; ibi, novam ecclesiam in Moundou, aedificaverat; natus erat anno 1916. P. JULIANUS EYMARD

1569. — DAMIEN [DE NICE], O.F.M.CAP., *Nos Missions en Afrique équatoriale*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 130, p. 1-4.

Narratur iter quod fecerunt DAMIANUS A NICE, O.F.M.CAP., ANTONINUS A LANZ, O.F.M.CAP., GEORGIUS A LEOGNAN, O.F.M.CAP., ut eorum missionem peterent. Iter in Douar incipit et in Berberati habuit finem. P. JULIANUS EYMARD

Congo Belgicum

1570. — *Statistiques Annuelles des Missions Catholiques du Congo Belge et du Ruanda-Urundi 1948*. Léopoldville, Delegatio Apostolica in Congo Belgico et Ruanda Urundi. In-8°, 13 p.

1571. — E. VOOSEN, *Evangélisation du Congo*, in *Rev. Dioc. Namur*, 1948, t. III, p. 145-159.

1572. — ALFRED CORMAN, *Les Missions Catholiques du Congo Belge et du Ruanda-Urundi*, in *Bulletin Union Miss. Clergé*, 1948, t. XXVIII, p. 42-51.

A. primum exhibet rationaria, quae statum, quem missiones inter quas etiam Fratrum Minorum in Lulua-Katanga et Fratrum Min. Capuccinorum in Ubanghi, die 30 iun. 1947 habebant, describunt, deinde disserit de missionum incremento, denique elenchum dedit missionariorum in Congo Belgico laborantium. P. BONAVENTURA

1573. — FR. DE MEEUS, O.S.B. - D.R. STEENBERGHEN, O.S.B. *Les Missions religieuses au Congo Belge*. Anvers, Éditions Zaïre, V. Van Dieren & Co., 1947. In-8°, 209 p. cum tab. et ill.

Postquam res gestas a missionariis catholicis in Congo post saec. XVI usque ad nostra tempora breviter narraverit, A. missionum statutum politicum hac in regione explanat, inde qui sint huius messis operarii demonstrat, inter quos referre possumus Fratres Minores in Vicariatu apostolico de Lulua-Katanga et Fratres Minores Capuccinos in Vicariatu apostolico de Ubanghi, sicut et Sorores Missionarias de S. Antonio (Astin, Hollandia), Sorores Franciscanas de Herenthals, Sorores Paenitentes de S. Francisco Assisiensi (Obrakel), Sorores Franciscanas de Christo Rege (Manage). Revera, nunc, conversiones multae sunt, non tantum scholarum causa, sed praesertim quia missionarii de adultis curam habuerunt, et ipsi adulti ipsas regulas disciplinasque antiquorum catechumenorum sequi debent. Ut fides apud novos christianos firmetur, instituuntur pagi omnino christiani, qui religiosis communitatibus similes sunt et in quibus sine ducis consensu nullus admttitur; mores indigeni, prout doctrinae orthodoxae conformes sunt, servantur sanctificanturque. Ita, paulatim, nascitur Ecclesia indigena, quae mox semetipsa vivere augerique poterit.

P. JULIANUS EYMARD

1574. — A.CAUWE, *De missie in Belgisch Kongo*, in *Kath. Cult. Tijdschrift*, 1948, t. I, p. 842-850, 961-969.

1575. — FRANS GEERTS, *Ontwikkeling der kerkelijke indeling en der kerkelijke hiërarchie in Belgisch Kongo*, in *Kerk en Missie*, 1948, t. XXVIII, p. 9-18, 40-49.

1576. — G.E. JAMBERS. *L'enseignement au Congo Belge*. Leopoldville, Imprimerie du «Courrier d'Afrique», 1948. In-8°, 72 p.

1577. — *Vijf en twintig jaar Missiewerk in Ocbangi* [Sorores Franciscanae de Herentals], in *Het Klokje van St. Jozefsdal (Herentals)*, 1948, t. XV, p. 203-233.

1578. — *Congo Francescano*, in *Le Missioni Francescane*, 1948, t. XXIV, p. 82-84.

Agitur de missione Fratrum Minorum in Congo Belgico, in regionibus vulgo dictis Lulua et Kantaga. Difficultates procedunt ex crudeli tribu Kitwala, ex turbulentis, seditiosis et rebellibus, ex latronibus, et praesertim ex paupertate quae non permittit ut adversus protestantes efficaciter pugnetur. P. JULIANUS EYMARD

1579. — FLORENTINUS DE SMEDT, O.F.M. - ROMUALD VAN DEN HENDE, O.F.M. *Ik vertel ... uit het franciskaanse zwarteland.* Gent, Centraal Propagandabureau, 1948. In-8°, 288 p.

Hic liber narrat historiam primorum annorum missionis Lulua-Katanga in Congo, provinciae Fratrum Minorum S. Joseph in Belgio concreditae. Auctores narrant fundationem stationum Sandoa (1922), Kilwa (1924), Lukonzolwa (1925), Dubie, Kina et Luabo, et conspectum generalem praebent de statu missionis anno 1932. P. MENNAS

1580. — *Publicaties van de Minderbroeders der Vlaamse Provincie. B. Missiegebieden, 3. Congo,* in *Franciscana,* 1947, t. II, p. 15-16, 57, 111-112.

1581. — *Publicaties over onze Missiegebieden. C. Congo,* in *Franciscana,* 1948, t. III, p. 18, 97-98.

Quae de missionibus Lulua-Katanga et Lacus Moëri, prov. O.F.M. S. Joseph in Belgio concreditis, sive separatim sive in ephemeridibus vel periodicis commentariis, an. 1947-1948, evulgata sunt opera vel opuscula vel commentariola, in hac bibliographia periodica accurate et continuo describuntur. P. BONAVENTURA

1582. — AUGUSTE ROEYKENS [DE TERVUREN], O.F.M.CAP., *Les Capucins et les Missions Congolaises au XIXème siècle,* in *Aequatoria,* 1948, t. XI, p. 128-136.

Postquam rerum a missionariis Capuccinis saec. XVII et XVIII gestarum brevem imaginem ostendit, A. colloquia exponit quae cum Capuccinis Congregatio de Propaganda Fide habuit, ut isti iterum in regionem Congolensem redirent. Quae colloquia, annis 1841, 1843, 1849-1854, 1865, propter diversas rationes, infelicem exitum habuerunt. Tantum anno 1888, Capuccini Belgici in antiquam missionem redire potuerunt. P. JULIANUS EYMARD

1583. — FELICIAAN [VAN CASTELNAU-FAYRAC], O.F.M.CAP. *Het licht in het oerwoud. Schetsen uit de stichting der Ngbandimissie.* Brugge, Franciscaanse Standaard, 1948. In-8°, 144 p.

Anno 1835 ultimus missionarius Capuccinus e missione Congolensi fugatus erat. Postea autem idem Ordo illuc reversus est. Hic liber ergo describit modo captui populi apto fundationem missionis de Ngbandi, prima e tribus tribubus quae hodie curae Capuccinorum Belgicorum concreditae sunt in Congo septentrionali (Ubanghi). Narrationis et venerationis causa initiator magnus, P. FERDINANDUS A BORGERHOUT, persona prima est in libro. Omnia tractantur ratione dicendi viva, ita ut animus saluberrime edoceatur et commoveatur. P. MENNAS

1584. — THEOBALDUS A GULLEGEM, O.F.M.CAP., *Relatio Missionis de Ubanghi Belgico 1945-1946,* in *Anal. Min. Cap.,* 1947, t. LXIII, p. 99-101.

In primis A. de obitu BASILII TANGHE A BRUGIS, O.F.M.CAP., Vicarii apostolici de Ubanghi Belgico, multum dolet, cuius mors magnum damnum missioni attulit. Postea dicit propter bellum numerum missionariorum minorem evasisse et apostolatum minus efficientem poten-

temque; rursus scholae plures discipulos excipiunt; in scholis ad magistros formandos destinatis adsunt 66 alumni, in seminario minore 38, in scholis elementaribus 13.405; caritatis opera florent. Revera Congregationes mulierum in discrimine ponuntur, cum vitae religiosae essentia ab indigenis difficiliter intelligatur; praesertim desunt fratres laici. In summa, vita christiana potius decrescit, ita ut fortiter agere facereque contra necesse sit. P. JULIANUS EYMARD

1585. — AUGUSTE [DE TERVUREN], O.F.M.CAP., *Le petit Séminaire Saint-François du Vicariat Apostolique de l'Oubangui*, in *Étendard Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 272-284.

Seminarium Minus Vicariatus apostolici Oubangui anno 1923 creatum est a Praefecto apostolico F. CARNONCKEL, O.F.M.CAP. Primus superior fuit BASILIUS TANGHE A BRUGGE, O.F.M.CAP., deinde BENIAMIN A BRUGGE, O.F.M.CAP.; praecipui superiores aut professores fuerunt PIATUS A BRAINE-LE-COMTE, O.F.M.CAP., GHISLENUS A MONS, O.F.M.CAP., RODULPHUS AB IZEGEM, O.F.M.CAP., et GREGORIUS A GALMAARDEN, O.F.M.CAP.; anno 1923 numerabantur octo alumni, anno sequenti decem et anno 1925 quindecim; mense novembri 1926 viginti sex instituebantur. Postquam, annis 1927-1933, Seminarium Minus in discrimine versatum est, iterum, illud regente THEOBALDO A GULLEGEM, O.F.M.CAP., omnium generosi conatus felicem exitum habuerunt, et nunc unus sacerdos indigena ordinatus est, tres alumni in Seminario Maiore, 52 in Minori ad sacerdotium praeparantur.

P. JULIANUS EYMARD

1586. — NEREUS [VAN SINT JAN], O.F.M.CAP., *Ons Klein Seminarie van Molegbe*, in *Franc. Standaard*, 1946-1947, t. XLVIII, p. 212-216.

1587. — NEREUS [VAN SINT JAN],O.F.M.CAP., *De eerste wijdeling van Ubangi*, in *Franc., Standaard*, 1946-1947, t. XLVIII, p. 181-182.

1588. — *De Zaak «Joris van Geel»*, in *Vox Minorum*, 1947, t. II, p. 71-72.

Conspectus brevis exhibetur de rebus parandis ad processum dioecesanum de fama martyrii P. GEORGII A GEEL, O.F.M.CAP. (1617-1652), missionarii in Congo. Quae omnia P. HILDEBRANDO AB HOOGLEDE, O.F. M.CAP., occasionem dederunt scribendi articulos sequentes.

P. MENNAS

1589. — P. HILDEBRAND [D'HOOGLEDE], O.F.M.CAP., *La question de la béatification de Georges de Geel*, in *Vox Minorum*, 1947, t. I, p. 263-276.

1590. — IDEM, *La question de la béatification de Georges de Geel*, in *Bulletin Union Clergé*, 1947, t. XVII, p. 93-102.

1591. — IDEM, *Wordt Joris van Geel ooit zalig verklaard?*, in *Kerk en Missie*, 1947, t. XVII, p. 89-96.

1592. — IDEM, *Wordt Joris van Geel ooit zalig verklaard?*, in *Zaïre*, 1947, t. I, p. 687-698.

Elucubratio prima eadem est ac illa quae iam recensita est in *Collect. Franc.*, 1946-1947, t. XVI-XVII, p. 260-262: *La question de la béatification de Georges de Geel. Dédié aux admirateurs du martyr*

(Anvers, 1946). Haec altera, primum dactylographice divulgata, nunc typis edita est. Alias dissertationes supra citatas non inspeximus, sed ex *Vox Minorum*, 1947, t. II, p. 72, scimus eas similes esse quoad materiam elubrationi primo loco memoratae. P. MENNAS

1593. — *Zijne Hoogeerwaarde Excellentie Mgr. Basiel-Octaaf Tanghe, Bisschop-Titularis van Tigava, eerste Apostolisch Vicaris van Ubanghi*, in *Vox Minorum*, 1948, t. II, p. 89-98.

Occasione mortis S. Exc. BASILII OCTAVII TANGHE, O.F.M.CAP., Episcopi titularis Tigavitani, primi Vicarii apostolici de Ubanghi Belgico († 6 dec. 1947) praebentur conspectus litterarum consolatoriarum et vita brevis praelati defuncti. P. MENNAS

1594. — HUGO [VAN EERNEGEM], O.F.M.CAP., *Bij het overlijden van Z. Exc. Mgr. Basiel Tanghe*, in *Franc. Standaard*, 1947-1948, t. XLIX, p. 113-116.

Vita brevis praelati defuncti.

4. - *Africa Meridionalis*

Mozambique

1595. — *Verso la meta. Ai missionari Cappuccini della Provincia di Trento partenti per il Mozambico*. Trento, Saturnia, 1947. In-8°, 16 p.

Missio Quelimane in Mozambico a Commissariatu generali Lusitaniae O.F.M.Cap. assumpta est an. 1944, adiuvante provincia Helvetica. Anno autem 1946 missio concredita est prov. Tridentinae O.F. M.Cap., quae an. 1947 illuc misit 7 Patres et 4 Fratres laicos. De hoc eventu tractat praesens opusculum. P. BONAVENTURAM

1596. — BRAGA PAIXAO, *Aspectos actuais do problema missionário portugués*, in *Bol. Mens. Missões Franc.*, 1948, t. XLI, p. 191-196.

1597. — IDEM, *Franciscanos portugueses em Africa*, in *Bol. Mens. Missões Franc.*, 1948, t. XLI, p. 332-340, 375-383, 429-434, 475-481.

1598. — M. S., *Commemorando.....*, in *Bol. Mens. Missões Franc.*, 1948, t. XLI, p. 254-262.

An. 1898 provincia O.F.M. Lusitaniae munus suscepit regionem Africae Mozambique nuncupatam evangelizandi, atque quinquagesimo anniversario huius apostolatus recurrente, in his dissertatiunculis obiter agitur de vicissitudinibus et fructibus missionis. P. MELCHIOR

Rhodesia Septentrionalis

1599. — HILARY, O.F.M.CAP., *Father Terence, O.F.M.Cap.*, in *Father Mathew Record*, 1947, t. XL, n. 11, p. 1.

Notitia necrologica TERENTII AB AHERLAMORE, sodalis provinciae Hiberniae O.F.M.Cap., qui in missione de Livingstone (antea Victoria Falls, in Rhodesia Septentrionali) uti missionarius occubuit die 12 sept. an. 1947. P. MELCHIOR

1600. — PHELIM [OF CLONDROHID], O.F.M.CAP., *Barotse superstitions*, in *The Father Mathew Record*, 1948, t. XLI, n. 6, p. 3.

Africanorum religio est religio timoris; timent vires naturales et praesertim supranaturales et ut vincantur, incantatores vatesque consulunt; qui quidem incantatores potestatem extraordinariam habent magnamque auctoritatem apud indigenas exercent.

P. JULIANUS EYMARD

1601. — *Praefectura Apostolica de Ndola in Rhodesia. Relatio a die 1 Iulii 1945 ad diem 30 Iunii 1946*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 88-91.

1602. — *Relatio de Praefectura Apostolica O.N. de Ndola in Rhodesia a die 30 Iunii 1946 ad diem 30 Iunii 1947*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 17-20.

Datur elenchus personarum, divisionum ecclesiasticarum, aedificiorum Sacrorum, seminariorum, scholarum, operum caritatis, associationum fidelium, ephemeridum, sicut et status animarum et fructus spirituales. P. JULIANUS EYMARD

1603. — *Sua Eccellenza Rev.ma Mons. Francesco Mazzieri O.F.M.Conv., Vescovo Titolare de Celiana, Primo Vicario Apostolico di Ndola* (*N. Rhodesia*). Osimo, Curia Prov. O.F.M.Conv., Basilica di S. Giuseppe da Copertino, 1949. In-8°, 83 p.

In hoc opusculo inveniuntur primum notitiae historicae de missione Rhodesiana, deinde F. MAZZIERI brevis biographia; denique caeremoniarum consecrationis episcopalis brevissima descriptio. F. MAZZIERI primum missionarius fuit (1930-1938), postea Praefectus apostolicus (1938-1949) et cum Missio multum proficeret, 13 februarii 1949 Vicarius apostolicus consecratus est (*Misc. Franc.*, 1949, t. XLIX, p. 474). P. JULIANUS EYMARD

5. - *Africa Orientalis*

Abyssinia - Aethiopia

1604. — D. MATHEW. *Ethiopia. The study of a polity, 1540-1935*. London, Eyre and Spottiswoode, 1947. In-8°, IX-254 p.

1605. — J.P. TROSSEN, S.C.J., *Les relations du Patriarche copte Jean XVII avec Rome* (*1676-1718*). Luxembourg, Imprimerie Hermann, 1948. In-8°, XIII-227 p. fac-sim.

Sub finem saec. XVII, tentamina facta sunt ut ad unitatem Ecclesiae Copti reducerentur. Patriarcha Coptus tunc erat JOANNES XVII, vir forte plus minusve theologiae ignarus, sed bona fide, semper quoque sibi constans, cum, saepe, in discrimine vitae versaretur. Missionarii erant Franciscani Reformati Observantiae, quorum Superior erat FRANCISCUS DE SALEMI, qui, diversis colloquiis cum Patriarcha habitis, quamvis Franciscani Terrae Sanctae sua iura in Aegypto tueri studerent, atque tumultus politici unionem impedire possent, tamen obtinuit ut IOANNES XVII, die 25 sept. 1684, professionem fidei emitteret; eam autem Curia Romana acceptare noluit, cum

formulae Orientalibus propositae haud similis esset. Postea Jesuitae eundem scopum attingere voluerunt, sed ipsorum tentamina felicem successum non habuerunt, licet Patriarcha fidei ac submissionis erga Petri successorem testimonia daret. Causae huius offensionis sunt: indoles nempe gentis rudis et incultae, traditionis suae saecularis maxime studiosae; nobilium Coptorum diffidentia; timor Turcarum; discordiae inter ipsos Religiosos.

Postquam has res A. explanaverit, diversa documenta inedita publicat, inter quae nobis notanda sunt: *Lettre du P. Antoine de Pisticci, Réformé, au sujet de l'union* (*20 avril 1686*); *Décret de la S. Congrégation de la Propagande, concernant la fondation de la mission des Réformés de la Haute-Égypte et d'Éthiopie* (*1697*); *Lettre du P. François de Salem au sujet de l'union* (*1697*); *Instruction de la S. Congregation de la Propagande pour le Père François de Salem, Préfet de la nouvelle mission des Réformés* (*1697*); *Relation du P. François de Salem sur l'état de l'Église alexandrine vers l'année 1700; Lettre du P. François de Salem au sujet de l'union* (*1699*)*; Lettres du P. François de Salem sur le même sujet* (*17 juin 1699, 30 mai 1700, 5 septembre 1700*); *Lettre de deux missionnaires sur le même sujet* (*29 avril 1703*), hic agitur de AUGUSTINO DE OLEGGIO, O.F.M.REF., et de STEPHANO DE NEAPOLI, O.F.M.REF.; *Relation détaillée du P. Jacques de Kremsier, Réformé, sur les missions d'Égypte et de l'Église copte* (*4 octobre1747*).Nominantur Capuccini: CAROLUS FRANCISCUS AB ORLÉANS, Superior in Cairi missione, HENRICUS A TOURAINE, qui cum Patriarcha MATTHAEO IV (1660-1676) colloquium habuit.

P. JULIANUS EYMARD

1606. — BASILIO PERGAMO, O.F.M. *Tre secoli di attività missionaria della Provincia Minoritica di Principato (S. Maria Mater-Domini) e suo contributo alla missione Etiopica. Nel terzo Centenario della morte del P. Antonio da Pescopagano e del P. Felice da Sanseverino decapitati a Suakin nel 1648.* Salerno, Tip. Il Progresso, 1948. In-8°, 356 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 315.

1607. — GIOVANNI M. MONTANO, O.F.M. *Etiopia Francescana nei documenti dei secoli XVII e XVIII. La missione di Akhmim Fungi ed Etiopia. Prefettura del P. Francesco M. Passalacqua da Salemi.* T. II: (*1691-1703*). (Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano. Ser. 3. Documenti. Diretta da GIULIO ZANELLA, O.F.M., t. II). Quaracchi presso Firenze, Collegio di S. Bonaventura, 1948. In-8°, CXXXIX-613 p.

Prima horum documentorum pars, quae apostolatum Fratrum Minorum in Aethiopia an. 1633-1681 respiciebat, prodiit an. 1928 cura et studio THEODOSII SOMIGLI A S. DETOLE, O.F.M.; variis autem rerum adiunctis editio alterius partis nimis procrastinata est, sed etiam perfectior quam prima evasit. Die 20 ian. an. 1697 constituta est a S. Congr. de Prop. Fide missio sui iuris a superioribus Terrae Sanctae independens in provinciis vulgo Akhmim et Fungi nuncupatis, atque primus praefectus nominatur FRANCISCUS M. PASSALACQUA A SALEMI, O.F.M.REF., qui ad mortem usque (4 aug. an. 1701) operam suam ibi impendit, suique socii eam prosecuti sunt usque ad diem 16 iul. an. 1703, quo ad Urbem reversi sunt.

Copiosa documentorum seges ex *Arch. S. Congr. Prop. Fide* excerpta est, cui accedunt alia ex *Arch. Vaticano* aliisque tabulariis deprompta (p. XXXV). Praeterea documenta in sectiones disposita

sunt, et exinde secundum temporis ordinem vulgantur, praemisso rerum summario et additis ad calcem paginarum animadversionibus criticis et bibliographicis. Index rerum alphabeticus horum documentorum usum faciliorem atque utiliorem reddit, et selecta bibliographia (p. XXVI-XLVII) fundamentum scientificum editionis patefacit.

Digna est quae attente legatur fusa introductio, qua solers documentorum editor historiam missionis compendiatim texuit. Et primo quidem memoriam facit THEODOSII SOMIGLI A S. DETOLE qui primam partem huius operis evulgavit; deinde primordia enarrat praefecturae de Akhmim, Fungi et Aethiopiae, seu Aegypti superioris. Sequitur tractatiuncula maximi momenti de operositate Fratrum Minorum per saec. XVII ad Coptos cum Ecclesia catholica reconciliandos; quem apostolatum efficaciter prosecuti sunt praefectus FRANCISCUS M. PASSALACQUA A SALEMI eiusque socii (1697-1703). Demum absque praeiudicatis opinionibus palam fiunt lites et controversiae quae inter Fratres Minores et Jesuitas ortae sunt sub finem saec. XVII ob apostolatum in Aethiopia ineundum.

Praesens igitur ponderosum volumen tum documentorum numero et momento tum sollertis editoris et commentatoris cura commendatur, quandoquidem validum affert subsidium ad historiam illius missionis rite texendam erroresque vitandos, quos alii amore partium ducti scripserunt.

Reliquum est ut breviter notitias colligamus ad Fr. Min. Capuccinos spectantes. In relatione die 13 ian. an. 1697 memoratur martyrium BB. AGATHANGELI A VENDÔME et CASSIANI A NANTES (p. 62, 64) et iter (an. 1680) HENRICI A MONTBAZON et TRANQUILLI AB ORLÉANS in Aethiopiam (p. 71); die 1 aug. an. 1694 FULGENTIUS A THOUARS, superior missionis O.F.M.Cap. in Cairo, relationem mittit ad S. Congr. de Prop. Fide circa Lusitanos in regno Fungi forsitan commorantes (p. 133-134). De habitudine missionariorum Capuccinorum Galliae (p. LXVII, CX, 281) ad Fratres Minores qui in Terra Sancta et Aegypto adlaborabant cf. MELCHIOR A POBLADURA, *Historia generalis Ord. Fr. Min. Capuccinorum,* pars II, t. II, p. 311 s., Romae, 1948. P. MELCHIOR

1608. — LÁZARO DE ASPURZ, O.F.M.CAP. *Etiopía. (Estado actual de las misiones),* in *Catol.,* 1947, n. 69, p. 16-17.

1609. — SAMUEL CULTRERA [DA CHIARAMONTE], O.F.M.CAP. *Gli scrittori italiani e il Cardinale Massaia (Bibliografia).* Roma, Ed. Il Massaia, 1948. In-16°, 47 p.

Primum typis mandantur quinque articuli iam in ephemeride *Il Massaia* (1946, t. XXXIII, p. 65-67, 113-115, 129-130, 145-147; 1947, t. XXXIV, p. 65-66) publicati. Postea editur bibliographia quae iam in eadem ephemeride edita est licet ordine diverso (1946, t. XXXIII, p. 118, 135, 153, 172-173, 189-190; 1947, t. XXXIV, p. 13-14, 30-31, 45-46, 51). Primus articulus de apostolo disserit, secundus de scriptoribus italicis qui illustrem cardinalem admirati sunt, tertius de eiusdem missionarii animi magnitudine ac fortitudine; quartus inscribitur *Il «volto» del Cardinale Massaia,* et quintus *Il suo*

libro è un libro di tutti i tempi. Bibliographia sic dividitur: Libri, opuscula, ephemeridesque. Brevis explicatio illustrat et libros et opuscula et articulos. P. JULIANUS EYMARD

1610. — CARMELO DA SESSANO, O.F.M.CAP., *Il Massaia e il B. De Jacobis,* in *Massaia,* 1947, t. XXXIV, p. 130-132.

Mense maio 1849, card. G. MASSAIA, O.F.M.CAP., et B.J. DE JACOBIS, ambo exules, in Somaliae litoribus convenerunt et simul inquisierunt quomodo in Aethiopiam redire possent. G. MASSAIA totam infestam regionem per summam planitiem transire volebat, cui consilio J. DE JACOBIS se opponebat, praesertim propter mortis periculum quod fortis missionarius subire poterat; quamvis eius vita in discrimen poneretur, egregius Capuccinus profectus est ita ut eius virtus et fortitudo Aethiopiae regem moveret et ab eo iter faciendi veniam obtineret. Tunc B.J. DE JACOBIS haesitationem suam sibi crimini dedit et socium suum multum miratus est. P. JULIANUS EYMARD

1611. — CARMELO DA SESSANO, O.F.M.CAP., *Documenti di archivio. Il Card. Guglielmo Massaja negli scritti del Beato G. De Jacobis,* in *Italia Franc.,* 1947, t. XXII, p. 201-213.

Epistolae descriptae inveniri possunt Romae in *Archivo Postulationis Congregationis Missionum S. Vincentii a Paulo* seu Lazaristarum. Primum notitias praebent de primo occursu duorum missionariorum eiusque circumstantiis consectariisque (10 nov. 1846 - 7 ian. 1849) (p. 201-207). Postea notum faciunt card. G. MASSAJA reditum clandestinum furtivumque in Aethiopiam (18 febr. 1848 - 22 iun. 1849) (p. 207-212). Denique depinguntur breviter ultimae relationes amborum amicorum (p. 212-213). P. JULIANUS EYMARD

1612. — PROSPERO DA MILANO, O.F.M.CAP., *Il problema delle vocazioni indigene. Saggio d'esperienza,* in *Massaia,* 1948, t. XXXV, p. 126-128, 159-161, 172-174.

A. in Aethiopia anno 1932 missionarius fuit. Vix in missionem advenit, indigenarum iuvenum qualitates notavit et deduxit illos missionarios apud ipsorum populares esse posse. Postea narrat A. res gestas a tribus pueris indigenis qui se Deo voverunt.

P. JULIANUS EYMARD

1613. — GABRIELE DA CASOTTO, O.F.M.CAP., *Viaggio di esplorazione ai laghi Stefania e Rodolfo,* in *Massaia,* 1947, t. XXXIV, p. 86-89, 102-106, 120-123, 138-141, 167-170.

Anno 1940, cum professore P. PARENZAN, A., in Aethiopia missionarius, profectus est ut investigationes geographicas et ethnologicas perageret. Quod iter longe lateque enarrat, indicans praesertim religionem moresque indigenarum quos obviam habuit et conversionis spem quam per transennam adspicere potuit. P. JULIANUS EYMARD

Erythraea

1614. — GIACINTO DA S. CRISTINA, O.F.M.CAP., *Relatio Missionis de Acchelè Guzai et Dancalia in Erythrea (1947),* in *Anal. Min. Cap.,* 1947, t. LXIII, p. 207-209.

His ultimis annis, Missio de Acchelè Guzai et Dancalia multa passa est, primum quia mortui sunt MARCUS AB ABBIATEGRASSO et HERMENEGILDUS A ROSSIGLIONE, O.F.M.CAP., deinde quia pauci manserunt qui in Domini messe laborarent. Missionis stationes octo sunt, sed propter belli civilis pericula ex eis duo non aperiuntur. Attamen, fideles evangelizantur, pauperes sublevantur, maior ecclesia aedificatur, orphanotrophium construitur, et schola pro indigenis circa 130 alumnos numerat. Multa iam effecta sunt et, Dei gratia adiuvante, maiora efficientur. P. JULIANUS EYMARD

1615. — *Exc.mus Dominus P. Caelestinus H. Cattaneo, a Desio, Archiep. tit. Sebastopolitanus, iam Vicarius Apostolicus Erythreae, Provinciae Langobardicae alumnus,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 18-21.

De hoc insigni missionario cf. METODIO DA NEMBRO, O.F.M.CAP., *Figure apostoliche, Trilogia di Vescovi Missionarii. Mons. Roberto Colombo, Mons. Camillo Carrara, Mons. Celestino Cattaneo,* Milano, 1947 (*supra,* n. 1536).

1616. — A. ALESSANDRA PORRI, FIGLIA DI S. ANNA, *Dall'Eritrea,* in *Virga Jesse* (*Roma*), 1947, t. XV, p. 111-118.

Conspectus exhibetur operositatis missionariae Filiarum S. Annae, quae missionarios Capuccinos in Erythraea a multis annis adiuvant. P. BONAVENTURA

Somalia

1617. — BERNARDIN DE SIEWILLER, O.F.M.CAP., *Relatio Missionis de Djibouti, 1946-1947,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 136-138.

Cum iam quinquaginta anni elapsi essent ex quo missio de Djibouti condita est, libellum editum est: *Djibouti, Florilège Somali* (cf. *infra,* n. 1618). Multae sunt difficultates quae procedunt tum ex missionis nimia amplitudine, tum ex continua Gallicorum colonorum migratione, tum ex linguarum diversitate, tum denique ex religionis mahumeticae auctoritate. Nulla invenitur schola catholica in civitate. Nihilominus multa effici potuerunt, plura promittuntur. Djibouti ecclesia, quae semiruta erat, restauratur, in civitate Ali-Sabieth pueri congregantur et facilius doceri possunt, parochialis ephemeris publicatur, nova statio centralis aedificatur. Multa alia in animo exagitantur quae mox efficientur. P. JULIANUS EYMARD

1618. — *Djibouti. Florilège Somali,* in *Grands Lacs, Revue Générale des Missions d'Afrique,* 1946-47, t. LXII, p. 465-528, et separatim: Namur, 1947. 64 p. cum ill.

Continet commentariola sequentia: *Dates importantes de la Mission somalie* (p. 2); BERNARDIN HOFFMANN, *Somalie française* (p. 3-13); IDEM, *Historique de la Mission* (p. 15-21); *État actuel de la Mission somalie* (p. 22-23); ANSELME NAAB [DE OBERNAI, O.F.M. CAP.], *En zigzaguant à travers la Côte française des Somalis* (p. 24-

30); *Notes sur les tribus danakils du cercle de Dikkil* (p. 33-38); *Une page oubliée de l'épopée coloniale: les Capucins à Obok* (p. 46-47); B. HOFFMANN, *Le Sillon capucin dans le champ missionnaire* (p. 48-63). P. BONAVENTURA

1619. — *Le sillon missionnaire en Terre Somali*, in *Miss. Cap.* 1947, t. XXVII, n. 122, p. 2-3.

A. exponit methodum quae apud Mahumetanos adhibenda est, scilicet: oratio, libri ephemeridesque, scholae, et opera caritatis. Revera methodus haec nihil singulare habet et ubique adhiberi potest. P. JULIANUS EYMARD

1620. — BERNARDIN HOFFMANN, O.F.M.CAP., *Somalie Française*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 5; 1948, t. XXVIII, n. 126, p. 4-6; n. 129, p. 5-6; n. 131, p. 12-15.

Somalia est regio aspera et montuosa, inculta desertaque; caelum est grave; sed negotia maxime florent propter Mare Rubrum et Euripum Suetiensem. Indigenae tributim coadunantur, ita ut unaquaeque tribus suis legibus utatur. Omnes in unum Deum credunt, et islamismus apud eos nullam auctoritatem habet. Vitam feram agrestem deducunt, gregem pascunt, et res difficiles a mulieribus fieri solent. Puellae in matrimonium venduntur. Inter uniuscuiusque tribus membra maxima viget unio. Religio christiana et benigne et commode auditur. P. JULIANUS EYMARD

1621. — BERNARDIN HOFFMANN, O.F.M.CAP., *Origines chrétiennes des Somalis*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 6.

Paulo post Mahumeti mortem, islamismus in Somalia praedicatus est a JABARTI-BEN-ISMAEL, et omnes qui religionem hanc recusaverunt, expulsi sunt. Iam tamen a saec. IV christianismus conditus erat hac in regione a monachis a S. FRUMENTIO missis. Revera ecclesiarum ruinae et sepulcra tumulique christiani inveniri possunt, qui illis in temporibus aedificati sunt. P. JULIANUS EYMARD

1622. — BERNARDIN HOFFMANN, O.F.M.CAP., *La mission catholique d'Ali-Sabieth*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 122, p. 3.

1623. — *Bollettino Ecclesiastico del Vicariato Apostolico di Mogadiscio*. Anno I, 1947. Mogadiscio, Scuola Tipografica Missione Cattolica [O.F.M.].

Tanganyika Territorium

1624. — *Einheimische Schwestern im Vikariat Dar-es-Salaam*, in *Missionsbote*, 1947, t. XXVII, p. 68-71.

1625. — HIERONYMUS SCHILDKNECHT [VON WALDKIRCH], O.F.M.CAP., *Kulturarbeit der Mission Ifakara*, in *Missionsbote*, 1947, t. XXVIII, p. 85-96.

1626. — *Schule und Erziehung* [in missione de Dar-es-Salaam], in *Missionsbote*, 1948, t. XXVIII, p. 84-95.

6. - *Africa Insularis*

Madagascar

1627. — J. DESPONT. *L'Église à Madagascar.* (Collection «Les Missions d'Outre-Mer», n. 2). Paris-Lyon, Propagation de la Foi, s. d. 24 p.

1628. — *S. Congregatio de Propaganda Fide. Decretum. Praefecturae Apostolicae de Ambanja, Ordini nostro concreditae, regiones quaedam adnectuntur, quae a Vicariatu Apostolico de Majunga distrahuntur,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 130, et in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 462.

1629. — *S. Congr. Rituum. S. Fidelis a Sigmaringa, Protomart. Ord. Cap., Patronus Principalis Praefecturae Apost. de Ambanja constituitur,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 12.

1630. — ADOLPHE MESSMER, O.F.M.CAP., *Les capucins de la province de Strasbourg missionnaires à Madagascar,* in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 123, p. 6-9.

1631. — IDEM, *Les Fils de Saint François dans l' ile rouge: la Préfecture Apostolique d'Ambanja,* in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 9-10; 1948, t. XXVIII, n. 126, p. 2-3; n. 127, p. 9-11.

1632. — ALEXANDRE DE MONTIGNY-LES-METZ, O.F.M.CAP., *Les capucins à Madagascar, un centenaire,* in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 131, p. 4-6.

1633. — GÉRARD DE FLEXBOURG, O.F.M.CAP., *Nouvelles de Madagascar,* in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 129, p. 16.

Praefectura Apostolica de Nossi-Be anno 1848 creata est; eam regebant Missionarii de Spiritu Sancto, usque ad annum 1851, deinde usque ad annum 1879 Jesuitae, postea usque ad annum 1932 iterum Missionarii de Spiritu Sancto; anno 1932 vero aucta est, in Ambanja sedem suam habuit et Capuccinis provinciae Strasburgensis commissa est. Incolae sunt aut mahometani aut pagani; eorum conversio difficillima videtur. Multitudo est 222.000 hominum, inter quos tantum 7000 catholicorum et 2000 catechumenorum. Cum occurreret centesimus annus a fundatione, magna sollemnia peracta sunt 3 oct. 1948, Praefecto Apostolico A. MESSMER, O.F.M.CAP., praeside.

P. JULIANUS EYMARD

Seychelles Insulae

1634. — MAURICE [DE CONTHEY] [O.F.M.CAP.], *L' œuvre de S. Elisabeth,* in *Message S. Franç.*, 1948, t. XXVII, p. 240-244.

In Victoria civitate, in insulis Seychelles, ubi alumni prov. Helveticae O.F.M.Cap. operi missionario incumbunt, Tertiarii saeculares S. Francisci caritatis opus nuper condiderunt, quod a S. Elisabetha dicitur. Hic pauperibus pueris quotidie gratuitus cibus distribuitur.

P. JULIANUS EYMARD

7. - *America Meridionalis*

Aequatoria

1635. — José Rumazo, *La Región Amazónica del Ecuador en el siglo XVI*, in *Anuario Estud. Americanos (Sevilla)*, 1946, t. III, p. 1-268.

Tractat in cap. XIV de missionibus franciscanis.

1636. — Félix de Eraul, O.F.M.Cap., *Relación de la expedición de 1893 al Ecuador y a las misiones de Chocó*, in *Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1947, t. II, p. 215-217; 1948, t. III, p. 30-33.

Compendiata oratione describuntur labores apostolici annis 1893-1898 in hac regione peracti a sodalibus custodiae Aequatoris-Columbiae. P. Melchior

1637. — Máximo de Arruazu, O.F.M.Cap., *Una excursión misional por el río Orteguaza*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Aragón*, 1948, t. III, p. 188-193.

A., sodalis commissariatus generalis Aequatoris-Columbiae, hac brevi relatione nobis refert vicissitudines sui apostolatus ad ripas fluminis Orteguaza (Ecuador) mensibus aprili et maio an. 1948.

P. Melchior

Bolivia

1638. — *De Conceptione et de Chaco. E Dioecesi de Conceptione et de Chaco et e Vicariatu Apostolico de Chaco* [*O.F.M.*] *territorii partes distrahuntur et novus exinde erigitur Vicariatus Apostolicus de Chaco Paraguayano*, in *Acta Ap. Sedis*, 1948, t. XL, p. 438-439.

1639. — A. Barrado Manzano, O.F.M. *Las misiones franciscanas en Bolivia.* Sevilla, Impr. de S. Antonio, 1946. In-8°, 86 p.

Hic exhibentur tres collationes ab A. habitae mense maio an. 1945 ad iuvenes religiosos prov. Baeticae O.F.M., cui cura hodierni Vicariatus apostolici *del Beni* (Bolivia) commissa est. Tametsi dissertationis titulus unice opus missionum respicit, multa tamen utilia in opere continentur ad historiam Ordinis O.F.M. in Bolivia illustrandam. In prima igitur collatione (p. 7-18) A. primordia et praecipuas vicissitudines provinciae franciscanae S. Antonii vulgo *de los Charcas* (Bolivia) refert, atque historiam adumbrat trium collegiorum apostolicorum de Prop. Fide, quae ipsa moderabatur in civitatibus Tarija, Moquegua et Tarata instaurata. Quia vero ob notas bellicas perturbationes saec. XIX ineunte vita monastica fere desiit, illam mox restauravit Andreas Herrero, O.F.M.Obs. (1783-1838), qui a Sede apostolica constituitur an. 1834 Praefectus apostolicus omnium missionum et collegiorum apostolicorum O.F.M. in America Media loco commissarii generalis Indiarum, qui in Aula Matritensi commorabatur. In altera igitur collatione (p. 19-41) praeter modo dictam restaurationem A. fundationem refert et progressum collegiorum apostolicorum, quae a

saec. XIX erecta sunt, atque ius particulare eorundem dilucidat atque enucleat. Demum in collatione tertia (p. 43-53) praebetur conspectus recentiorum Vicariatuum apostolicorum, pariterque traduntur notitiae biographicae episcoporum et commissariorum generalium O.F.M., qui in Bolivia commorati sunt, additis geographicis delineationibus Vicariatuum apostolicorum del Beni et del Gran Chaco.

Magni momenti est appendix (p. 55-82), in qua scriptores franciscani recensentur qui an. 1834-1934 in Bolivia aliquid typis ediderunt, omissis operibus absque auctoris nomine vulgatis et elucubrationibus in commentariis periodicis editis. Catalogus secundum ordinem alphabeticum disponitur, operum tituli fideliter exscribuntur cum fontibus bibliographicis et ad calcem paginarum notitiae biographicae auctorum adduntur. Praesentatio opusculi typographica perfecta non est, sed res in eo contentae magnum emolumentum afferent tum historiae Ordinis franciscalis tum eius missionibus in hodierno Boliviae territorio. P. MELCHIOR

Brasilia

1640. — WUNNIBALDUS TALLEUR, O.F.M., *Relatio de Praelatura «Sant'Ana de Chapada», in provincia Mato Grosso in Brasilia constituta,* in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 206-208.

Praelatura Chapadensis, anno 1940 fundata et anno 1941 canonice erecta, se extendit per 142.000 km², 40.000 animas numerat et a proxima via ferrea 965 km distat. Incolae tribus classibus comprehenduntur: *Indiani pagani, Garimpeiros, Sertanejos.* In hac missione laborant 5 sacerdotes Ordinis, tres fratres laici, sex sorores e Tertio Ordine Franciscali Regulari a Pindamonangaba, tres Sorores Catechistae e Tertio Ordine Regolari a Rodeio. Ab anno 1944 circiter 170 alumni scholam primariam frequentant; 65 in collegiis habitant. Sequens ratio profectum operum demonstrat: baptismata, anno 1941, 178, anno 1945, 1096; chrismata, anno 1941, 171, anno 1945, 1278; matrimonia, anno 1941, 27, anno 1945, 157; communiones, anno 1941, 250, anno 1945, 9421. P. JULIANUS EYMARD

1641. — HUGOLIN PERRINET, T.O.R., *La prélature de Guajara-Mirim*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 122, p. 12-13; n. 123, p. 11-13.

Dioecesis S. Aloisii de Carceres, in Matto-Grosso, in Brasilia, anno 1930, Praelaturaque nullius Portus Veteris dismembratae sunt et nova Praelatura Guajaramirensis erigitur quae Tertio Ordini Regulari Albigensi commissa est (*Acta Apost. Sed.*, 1930, t. XXII, p. 444-446). Primus Superior fuit F.X. REY, T.O.R., cuius prima epistula saltem partim hic publicatur. Hodie nosocomium 30 infirmos recipere potest. Numerantur 10 scholae pro puellis pauperibus, et 1 collegium pro aliis. In civitate Guajarà-Mirim, actio catholica, quae 4 sectiones comprehendit, fervet; in agris rustici fabri resinam nigram (caoutchouc) ex arboribus recipiunt: pauci, sparsi, vagi, aegre coadunari possunt et christiane doceri. P. JULIANUS EYMARD

1642. — *Le Tiers-Ordre régulier de Saint François d'Assise,* in *Matto Grosso*, 1948, t. XXIII, p. 81-116.

Narratur Tertii Regularis Ordinis historia post Gallicam subversionem et quomodo in Gallia a F.M. CLAUSADE, T.O.R. (1816-1900), refectus sit et quis sit eius hodiernus status. In fine agitur de missionibus, de diversis missionariis operibus et speciatim de MGR. F.X. REY, T.O.R., episcopo in Guajara-Mirim, MGR. L.M. GALIBERT, T.O.R., episcopo in dioecesi S. Aloisii de Carceres, et de A. DAYDE, T.O.R., superiore regulari. P. JULIANUS EYMARD

1643. — *Exc.mus Dom. P. Aloysius Maria A. Colturato, a Sant'Anna dei Boschi, Episcopus Botucatuensis, Provinciae Tridentinae alumnus,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 156-157.

Natus die 21 martii 1886 in pago Sant'Anna dei Boschi vulgo dictus, dioecesis Veronensis, ad finem anni 1891, cum familia in Brasiliam translatus est in civitate Araquara Status Sancti Pauli. Mense novembri an. 1899 seraphicum seminarium ingressus, humanis litteris absolutis, ad novitiatum admissus est et habitum, die 4 februarii 1904, induit. Sacerdotio auctus die 9 martii 1909, studiorum tempore expleto, anno 1911, statim ad praedicandas missiones in diversas stationes missus est; anno 1925, militaris capellanus nominatus est et 2 die augusti 1929 ad sedem episcopalem Uberabensem in Statu de Minas Gerais electus est; die 2 aprilis 1938, translatus est ad sedem Botucatuensem in qua inopiam sublevavit, officia et munera instauravit, instituta excitavit et dioecesim ab omnibus oneribus liberavit. Obiit 5 maii 1946.
P. JULIANUS EYMARD

Chilia

1644. — *Publicaties van de Minderbroeders der Vlaamse Provincie. B. Missiegebieden. 1. Chili,* in *Franciscana,* 1947, t. II, p. 11-12, 57, 109.

1645. — *Publicaties over onze Missiegebieden. A. Chili,* in *Franciscana,* 1948, t. III, p. 16-17, 95-96.

Accurata series bibliographica eorum, quae sodales prov. O.F.M. S. Joseph in Belgio aliique scriptores in ephemeridibus et periodicis commentariis de apostolatu sodalium eiusdem provinciae in Chilia Septentrionali evulgaverunt. Sufficiat hoc loco hanc bibliographiam continuam summatim indicare. P. BONAVENTURA

1646. — *Quarante ans d'apostolat dans le nord du Chili (1907-1947),* in *La Voix de St. Antoine,* 1947-48, t. II, p. 187-195.

1647. — LAMBERTUS KORTLEVEN, O.F.M., *De Missie van Chili. Een grootse strijd tegen het godsdienstig verval,* in *De Stem van S. Antonius,* 1947-48, t. XXXII, p. 49-55.

1648. — [LAMBERTUS KORTLEVEN, O.F.M.], *Lijst van de missionarissen welke naar het commissariaat van Chili vertrokken,* in *De Stem van S. Antonius,* 1947-48, t. XXXII, p. 55-56.

1649. — [LAMBERTUS KORTLEVEN, O.F.M.], *Zij wier lijken in het noorderzand van Chili liggen,* in *De Stem van S. Antonius,* 1947-48, t. XXXII, p. 68-71.

1650. — LAMBERTUS-MARIA KORTLEVEN, O.F.M., *Het commissariaat van Chili: 1907-1947,* in *Franciscana,* 1948, t. III, p. 34-41.

Cum primo decennio huius saeculi XX anticlericalismus ut dicitur etiam in Belgio religiosis calamitatem comminaretur, moderatores prov. O.F.M. S. Joseph de quadam sede in America Meridionali pro refugio fundanda cogitabant. Tunc iisdem oblati sunt aliqui conventus prov. SS. Trinitatis in Chilia, et an. 1907 primi patres e Belgio in Chiliam emigrarunt et in antiquo conventu La Serena initium dederunt commissariatui, qui post 40 annos, non paucis superatis difficultatibus, 7 domos et 39 sacerdotes habebat, qui in parochiis domibus suis adnexis ac inter Indos indigenas curae animarum incumbunt. Quae A. de statu commissariatus affert, complent notitias datas a Gr. Arcila Robledo, O.F.M., *La Orden Franciscana en la América Meridional* (Roma, 1948), p. 252-257 et 404, ubi solum 8 sacerdotes et 2 fratres laici recensentur, quod cum ceteris notitiis ibidem datis nullo modo consonat. P. Bonaventura

1651. — P[olydorus] V[an] V[lierberghe], O.F.M., *Veertig jaar apostolaat in Noord Chili 1907-1947*, in *De Stem van S. Antonius*, 1947-48, t. XXXII, p. 57-64.

Columbia

1652. — Crisóstomo M. de Bustamante, O.F.M.Cap., *Un congreso misional franciscano en Colombia*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 164-165.

Diebus 17-20 oct. an. 1946 congregatus est in civitate Bogotensi (Columbia) coetus missionalis franciscalis. A. examini subicit collationes tunc habitas, quae praesertim agunt de spiritu S. Pauli in apostolatu franciscano, de missionibus franciscalibus secundum Codicem Iuris Canonici, de missionibus in Columbia, de missione Terrae Sanctae necnon de momento ac vi spiritus missionalis in Ordine S. Francisci, Hae collationes editae sunt in opusculo *Primer congreso de estudios misionales franciscanos;* Bogotá, Impr. Editorial Ltda, 1947; in-8°, 127 p. P. Melchior

1653. — Pacífico da Vilanova, O.F.M.Cap. *Capuchinos catalanes en el sur de Colombia*. 2 voll. (Colección «Misiones Capuchinas», t. III-IV). Barcelona, Impr. «Myria», 1947. In-8°, 320 et 290 cum ill.

Cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 342-343.

1654. — Gaspar de Orihuela, O.F.M.Cap., *Relación de las misiones del Vicariato Apostólico de la Goajira (Colombia)*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 109-119.

Summatim attinguntur labores apostolici a sodalibus provinciae Valentiae O.F.M.Cap. in hoc Vicariatu apostolico peracti ad an. 1943 usque ad an. 1946. Relatio autem iam edita fuerat in *Anal. Min. Cap.*, 1946, t. LXII, p. 96-103. P. Melchior

1655. — Francisco de Igualada, O.F.M.Cap. *Indios amazónicos, Referencias e impresiones sobre indígenas de la Amazonía Colombianes en el sur de Colombia*. 2 voll. (Colección «Misiones Capuchinas», lona, Imprenta «Myria», 1948. In-8°, 306 p. cum ill.

Indigenarum tribus regionis sic dictae *Amazonía Colombiana* pertinent ad Vicariatum apostolicum de Caquetá (Columbia) sodalibus provinciae Catalauniae O.F.M.Cap. concreditum. Huius operis A. annis 1931-1944 inter illos Indos sacrum exercuit ministerium eorumque indolem et ingenium tum quoad corpus tum quoad animam perscrutatus est. Itaque suis propriis observationibus aliorumque, praesertim missionariorum, testimoniis suffultus aborigenum biologiam, psychologiam, mores, religionem, ceteraque huiusmodi examini subicit et commentariis explicat. Praesens igitur monographia magni est existimanda sive a missionariis, qui illos populos ad fidem christianam civilesque mores trahere satagunt, sive a peritis viris, qui studio tribuum indigenarum incumbunt. Attamen animadvertendum est quod ratio hispanice dicendi quandoque nimis neglecta apparet et quod modus fontes bibliographicos afferendi minime probatur, siquidem paginae suis in locis significantur, librorum autem tituli ad finem operis omnes amandantur. P. MELCHIOR

1656. — *De Instituto pro investigatione linguarum morumque populorum indigenarum, in Missione de Caquetá erecto,* in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 155-156.

Anno 1898, Capuccini Hispani in vallem de Sibundoy, in Columbia, venerunt, et eorum primum propositum fuit hac in regione litterarum ludum instituere. Post paucos annos, haec schola ita floruit ut missio Caquetensis pauciores litterarum ignaros recenseat, atque maiorem numerum scholis assistentium contineat. Hic exitus eo pluris aestimandus est quo maiores difficultates huic proposito obstant, cum illic populi non minus quam 14 diversis linguis et 60 vernaculis sermonibus loquantur. Ratione harum difficultatum, nuper creatum est Institutum, vulgo inscriptum *Centro de Investigaciones Linguísticas y Etnológicas del Amazonas Colombiano.* Auctor et conditor est MARCELLINUS A CASTELLVÍ, O.F.M.CAP., qui speciali modo, apud Pontificiam Universitatem Gregorianam, studiis linguarum, ethnographiae et psychodemologiae operam suam impenderat. Ratio inquisitionum ab hoc Instituto proposita ob suam perspicaciam et perfectionem laudata est a variis litteratis et in re peritis, cum Americae, tum Europae. P. JULIANUS EYMARD

Guayana

1657. — Sœur MARIE AMBROISINE, *Ons onderwijs in Suriname*, in *Echo's uit de missies* (*Roosendaal*), 1947-48, t. XVII, p. 50-53, et in *St. Clemens-Bode* (*Rotterdam*), 1948, t. III, p. 35-37.

De operositate Sororum Poenitentium Recollectarum de Roosendaal in scholis in Surinam s. Guayana Hollandica.

Peruvia

1658. — R. PORRAS BARRENECHEA, *Montilla y el Perú*, in *Boletín Real Acad. Cienc. Buen. Let. Art. de Córdoba*, 1949, n. 62, p. 139-142.

Summaria biographia S. FRANCISCI SOLANI, O.F.M.OBS., qui supremum diem obiit Limae an. 1610, postquam Peruviae nationem evangelizavit. P. MELCHIOR

1659. — J. WILBOIS, *Le Pérou au XVIème siècle. Patron du Pérou, Patron des Indes Occidentales, Thaumaturge du Nouveau Monde, Saint François Solano (1549-1610)*, in *Missions Franciscaines*, 1948, t. XXVI, p. 204-207.

Missionarii qui saec. XVI Hispanicos Peruvianae nationis domitores comitabantur, erant sive saeculares capellani militares, sive regulares sacerdotes ad indigenas convertendos missi. Duplex erat methodus, aut vis metusque, aut adversus vim et metum defensio et benevolentia; unde certamen et contentio. S. FRANCISCUS SOLANO, O.F.M.OBS., omnes suos aemulos vincit, non vero ingenii acuitate, sed sanctitate, linguarum dono et multis miraculis. P. JULIANUS EYMARD

1660. — G. MANERO, O.F.M., *El Perú rinde homenaje a un misionero español*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 422-431.

Traditur notitia biographica AUGUSTINI LÓPEZ PARDO, O.F.M., qui, postquam ab an. 1902 in Vicariatu apostolico de Ucayali (Perú) egregie se gesserat, animam Deo reddidit die 14 iun. an. 1946.

P. MELCHIOR

1661. — OCTAVE DORION, O.F.M., *Observations sur l'Amazone*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 89-95, 217, 264, 281; 1948, t. XXVI, p. 94.

1662. — *Visite du Président de la République [du Pérou, Manuel Prado]*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t.XXV, p. 9-12.

1663. — MARIEN BONIN, O.F.M., *Courrier du Pérou*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 116-117.

1664. — IDEM, *Missionnaire et voyageur sur l'Amazone*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 87.

1665. — LUDGER BEAUDET, O.F.M., *Chronique péruvienne*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 212-216.

1666. — IDEM, *Les Missions de l'Amazone*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 212-213.

1667. — IDEM, *Franciscains Canadiens au Pérou*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 179-180, 183-184, 214-219.

1668. — EMILIEN TÉTRAULT, O.F.M., *Voyage sur l'Amazone*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 37-41.

1669. — ELZEAR MACDONALD, O.F.M., *Le naufrage du «Gaulois»*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 195-200, 212-216.

1670. — MGR. DAMASE LABERGE, PREF. AP., O.F.M., *En marge du naufrage du «Gaulois»*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 201-202.

1671. — IDEM, *Dans les immenses forêts de l'Amazone*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 88-91.

1672. — *Nouvelle éprouve pour nos missionnaires du Pérou*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 92-93.

1673. — JACQUES LECLERC, O.F.M., *Chronique Péruano-Japonaise. Dix ans d'apostolat*, in *Missions Franciscaines*, 1947, t. XXV, p. 149-152.

Anno 1935, P. Callixto Gelinas, O.F.M., regente, condita est missio Peruviana Fratribus Minoribus Canadensibus commissa. Omnes hi articuli horum missionariorum alacritatem apostolicam describunt.
P. Julianus Eymard

Venetiola

1674. — Cayetano de Carrocera, O.F.M.Cap., *Las antiguas misiones de Venezuela,* in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 321-323.

Elenchus missionum quas, anteactis temporibus, in republica Venetiolae Fratres Min. Capuccini moderati sunt. P. Melchior

1675. — Cayetano de Carrocera, O.F.M.Cap., *Los Capuchinos en el Bajo Orinoco. Comentarios a un libro misional,* in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 33-37.

Ampla recensio operis cui titulus: *XXV años de apostolado de los misioneros Capuchinos del Caroní en el Bajo Orinoco*, Caracas, 1946. P. Melchior

1676. — José de Carabantes, O.F.M.Cap., *Carta al Marqués de Aytona con noticias interesantes sobre las primeras misiones de Venezuela (año 1666)*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 106-108, 146-148, 170-174, 209-212.

1677. — Idem, *Relación que presentó el año 1666 a los Cardenales de la Sagrada Congregación de Prop. Fide, dándoles noticias muy interesantes sobre las misiones de los PP. Capuchinos en Venezuela,* in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 228-230, 265-267, 342-343.

Medio saec. XVII Fr. Min. Capuccini provinciarum Hispaniae apostolatum ineunt inter populos Americae infideles. Josephus a Carabantes († 1694) postquam Indos provinciae Cumana nuncupatae evangelizavit, in patriam redux an. 1666 auctoritates ecclesiasticas et civiles certiores reddidit de labore peracto et perficiendo documentis, quae hoc loco vulgantur. Documenta quidem iam nota et edita erant (cf. Baltasar de Lodares, O.F.M.Cap., *Los Franciscanos Capuchinos en Venezuela*, ed. 2, t. II, p. 46-56, Caracas, 1931); attamen ob eorum singulare momentum editori opportunum visum est iterum typis eadem vulgare et magis diffundere. P. Melchior

1678. — *Carta que enviaron al Papa cinco Caciques por manos del V. P. José de Carabantes*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 344.

Haec epistola die 10 apr. an. 1666 ad Summum Pontificem missa est a quinque regulis provinciae Cumanae ad fidem conversis. Latine iam edita erat in *Bullarium O.F.M.Cap.*, t. VII, p. 339, Romae, 1752.
P. Melchior

1679. — Eugenio de Alvarado, *Relación interessante sobre las misiones de Guayana*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 243-244, 272-275, 310-314.

Praesens relatio exarata est die 20 apr. an. 1755, in eaque minutatim describitur ordinatio spiritualis et oeconomica veterum missionum, quas in regione Guayana (Venezuela) moderati sunt sodales

religiosi provinciae Catalauniae O.F.M.Cap. Textus autographus relationis adservatur in Arch. Simancas (Valladolid), *Secret. Estado, Leg. 7390.* P. MELCHIOR

1680. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *Los Capuchinos en la Guayana. En el tercer centenario del establecimiento de los Capuchinos españoles en América* (*1647-1817*) in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 518-538.

In prima huius articuli partitione enucleantur primordia missionum, quas provinciae hispanicae O.F.M.Cap. in plagis Americanis instauravere circa medium saec. XVII.

Est tamen animadvertendum quod in hac prima parte (p. 518-524) plures irrepserunt errores tum in scribendis et exscribendis nominibus tum in temporibus designandis, v.gr. *Trecio* pro *Trejo; Alenzano* pro *Alessano; Barin* pro *Benin* (non est insula!); *Matalilino* pro *Maturin* (non est insula!); *Ludovico Luis de Caspe o de Zaragoza* pro *Luis de Caspe* (nomen patronymicum) a *Zaragoza;* item prima ad Congum missionariorum expeditio profecta est die 4 febr. (non die 20 ian.) an. 1645; pariter prima provinciae Baeticae commissa missio non erat missio Congi sed missio ad Regnum Nigritarum (Guinea). Uno verbo, haec prima partitio omnino retractanda et emendanda est secundum ea quae alibi ipsi scripsimus (cf. MELCHIOR DE POBLADURA, O.F.M.CAP., *Génesis del movimiento misional en las provincias capuchinas de España* (*1618-1650*), in *Estudios Franc.*, 1949, t. L, p. 209-230, 353-395; IDEM, *Algunos aspectos del movimiento misionero de las provincias capuchinas españolas en su fase inicial* (*1618-1650*), in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 51-92).

Deinde A. apostolatum sodalium prov. Catalauniae exploravit exercitum in regione Venetiolae, quae vulgo Guayana nuncupatur, ab an. 1682 usque ad abrogationem an. 1817. Notitiae huc traditae, quamvis perfectae non sint, tum regimen missionis, tum laboris apostolici organisationem et fructus satis illustrant; argumenta tamen obiter tractantur. P. MELCHIOR

1681. — BALTASAR DE MATALLANA, O.F.M.CAP., *Misión del Caroní. San José del Amacuro*, in *Mensajero Seráf.*, 1947, t. LX, p. 70-71, 82, 102, 141-142, 182-183, 211-212, 252, 259-261.

Enarrantur labores apostolici in hac perdifficili statione missionali Vicariatus apostolici Caronensis ab an. 1927, quo fundata est, usque ad diem 11 apr. an. 1940, quo abrogatur. P. MELCHIOR

1682. — BALTASAR DE MATALLANA, O.F.M.CAP. *Luz en la selva. Viajes y excursiones de un misionero por les selvas tropicales de Guayana* (*Venezuela*). Madrid, Editorial « Pro Fide », 1948. In-8°, 273 p.

Non absque animi delectatione hunc librum perlegimus. A., qui in Vicariatu apostolico Caronensi suam exercuit apostolicam actionem, vivido stilo agilique calamo aerumnas refert et gaudia vitae missionariae, obstacula et pericula, frustrata conamina fructusque collectos, ita ut lectoris animum demulceat, admirationem excitet, verumque missionariorum laborem depingat. Utinam hac amoena lectione fideles uti valeant, ut magno corde volentique animo missionibus catholicis et missionariis subsidia praestent, et exinde vocationes missionales foveantur. P. MELCHIOR

1683. — Cayetano de Carrocera, O.F.M.Cap., *Noticias claras y precisas de nuestras misiones*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 360-364.

Cum aliquae notitiae falsae irrepere coepissent, opportunum visum est veritatem statuere circa duos Vicariatus apostolicos in Venetiola sodalibus provinciae Castellae O.F.M.Cap. commissos, scil. Vicariatum apostolicum de Caroní an. 1923 et alterum de Machiques an. 1943 erectum. Praebetur conspectus stationum missionalium, laborum apostolicorum et alia huiusmodi. P. Melchior

1684. — Cesáreo de Armellada, O.F.M.Cap., *Vicariato Apostólico de Machiques* (*Venezuela*), in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 219-225.

Die 26 maii an. 1943 constitutus est a Pio XII Vicariatus apostolicus de Machiques, cuius cura spiritualis sodalibus religiosis provinciae Castellae O.F.M.Cap. concreditur; ad illum autem regendum destinatur die 11 sept. insequentis anni 1944 Vicarius apostolicus Gaspar Angelus Turrado a Pinilla, O.F.M.Cap. Nunc autem A. notitias tradit geographicas atque ethnographicas illius regionis simulque obiter disserit de veteri missione O.F.M.Cap. ab an. 1694 usque ad an. 1817, et demum labores apostolicos et fructus collectos in Vicariatu nuper constituto exponit. P. Melchior

1685. — Félix María de Vegamián, O.F.M.Cap., *Relatio Missionis de Machiques, 1947*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 116-122.

Postquam Missionis de Machiques originem narraverit eiusque Superiorum nomina declaraverit, A. de apostolicis laboribus disserit, sive in parochiis, sive in centris missionariis. Duo sunt centra missionaria, alterum Sacratissimo Cordi dedicatum in Venetiola septentrionali, alterum in Los Angeles de Tukuko positum, in montibus de Perijá. In priori, fundata est schola gratuita pro indigenis et omnibus diebus adsunt qui S. Missae assistant; sed difficile est leges morales christianas his in regionibus instituere. In posteriori, distinguuntur Indiani « bravos » et « non bravos »; priores degunt iuxta flumina Negro, Apón et Makoa; 298 numerantur et usque adhuc parum evangelizantur; alteri crudeles sunt et inter eos adire sine armis pericolosum est; huius centri Superior Caesarius ab Armellada, O.F.M.Cap., iam multum fecit ut haec ferox gens in tranquillum redigatur morem.

P. Julianus Eymard

1686. — Alberto de Sobradillo, O.F.M.Cap., *Los Franciscanos en Sinamaica* (*Goajira Venezolana*), in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 81-83, 115-117, 142-144.

Ex archivo paroeciae oppidi Sinamaica desumuntur nomina missionariorum franciscalium qui ab an. 1775 ibi ministerium excercuerunt. An. 1902 in hac paroecia commoratus est servus Dei Franciscus ab Orihuela, O.F.M.Cap., qui magnam sanctitudinis famam reliquit (p. 115 s.). An. 1944 paroecia aggregatur Vicariatui apostolico de Machiques, provinciae Castellae O.F.M.Cap. concredito.

P. Melchior

1687. — Crisóstomo M. de Bustamante, O.F.M.Cap., *Araguaimujo y su evolución progresiva*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 100-107.

Brevis historia huius primae stationis missionalis Vicariatus apostolici de Caroní mense martio an. 1925 instauratae. Significantur conamina in Indis reducendis facta, scholae puerorum erectae, et ceteri missionariorum labores. P. Melchior

1688. — Cesáreo de Armellada, O.F.M.Cap., *Labor misional en pro de los Motilones*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 132-136.

1689. — Idem, *¿Cómo se llaman los indios de Perijá?*, *ibid.*, p. 195-196.

1690. — Idem, *Cuestiones misionales de Perijá. Contra dichos falsos, hechos verdaderos*, *ibid.*, 197-201.

1691. — Idem, *Un deporte bárbaro de los indios de Perijá*, *ibid.*, p. 225-227.

1692. — Idem, *Misión « Los Angeles de El Tukuku », Perijá. ¿Qué es y qué será?*, *ibid.*, p. 261-264.

1693. — Idem, *Una aclaratoria necesaria: ¿Todos los indígenas de Perijá son Motilones? ¿Los Motilones son Karibes?*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 131-136.

1694. — Idem, *Geografía y demografía vivas de Perijá. Misión de Goajira-Perijá*, *ibid.*, p. 164-169.

1695. — Idem, *Campaña pro-pacificación de los Motilones*, *ibid.*, p. 24-27, 47-51, 206-207, 248-249, 276-280, 306-309, 338-340, 367-370.

1696. — Idem, *Resultados científicos de la campaña pro-pacificación de los Motilones*, *ibid.*, p. 353-357.

Inter primos operarios evangelicos an. 1945 ad nuper erectum Vicariatum apostolicum de Machiques (Venezuela) missos aderat quoque A., iam diu in Vicariatu apostolico de Caroní missionarius et suis disquisitionibus scientificis inter viros doctos notus. Mox solerti industria geographiam et historiam regionis, mores et usus incolarum perscrutatus est et commentariolis modo allatis in medium protulit. Per illas silvas vagantur Indi *Motilones* appellati, quos nemo adhuc alloqui potuit ob eorum acerbum animum. A. autem prope silvam ab hac feroci tribu inhabitatam primam stationem missionalem erexit. Porro ad eorum benevolentiam conciliandam, cum quibus familiariter agere non poterat, rationem et consilium inivit velivolis ad eos appropinquare, dona et utensilia quaeque demittens, quibus Indi bonam missionarii voluntatem videant et cum tempus opportunum advenerit in silvam penetrandi, eum agnoscant benigneque suscipiant.

Haec commentariola magni sunt pretii, quippe quod et emolumentum scientiis ethnographicis et philologicis afferunt haud exiguum et methodum apostolatus recentiorem ac singularem illustrant.

P. Melchior

1697. — Cayetano de Carrocera, O.F.M.Cap., *El bicentenario de un pueblo misional*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 376-377.

Agitur de Venetiolae oppido vulgo *Nuestra Señora de Monserrate del Miamo*, quod an. 1748 sodales religiosi provinciae Catalau-

niae O.F.M.Cap. erexerunt, et exinde usque ad missionum abrogationem ineunte saec. XIX de eodem spiritualem curam habuere.

P. MELCHIOR

1698. — BASILIO MARIA DE BARRAL, O.F.M.CAP., *El incendio de la misión de Guayo (Bajo Orinoco)*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 177-182.

1699. — IDEM, *Se incendia la misión de San Francisco de Guayo (Caroní)*, in *Mensajero Seráf.*, 1948, t. LXI, p. 24, 57-58.

Haec statio missionalis in Vicariatu apostolico de Caroní (Venezuela) sita, quae an. 1942 instaurata fuerat, iam optimos collegerat fructus in Indis ad fidem catholicam et urbanos mores reducendis, voraci igne penitus destructa est mense aprili an. 1947, uti A. testis immanis ruinae describit. P. MELCHIOR

1700. — SÁNCHEZ ESPEJO, *Los misioneros. Su labor abnegada y civilizadora*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 304-311.

Editur allocutio in senatu Venetiolae ab A. habita die 10 sept. an. 1947 adversus eos qui opus missionarium Fr. Min. Capuccinorum in hac republica parvipendebant et vilipendebant. P. MELCHIOR

1701. — C.I. CARY-ELWES, S.J., *Una visita misional a los Arekunas del Roraima en 1912*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 10-14, 38-42, 69-72.

Venetiolae regio vulgo *Roraima* dicta ad hodiernum Vicariatum apostolicum de Caroní pertinet, quem sodales provinciae Castellae O.F.M.Cap. moderantur. Anno autem 1912 huius regionis incolas Arekunas visitavit A., qui in Guayana Anglica sacrum exercebat ministerium, quique praesenti relatione in medium profert animadversiones quas tunc scripsit circa rationem vivendi indigenarum.

P. MELCHIOR

1702. — *El Centro de « Estudios Venezolanos Indígenas »* (E.V.I.), in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 213-215.

Missionarii Capuccini in Venetiolae urbe capite Caracas institutum instaurarunt, quod hunc sibi finem praestituit, scil.: pervestigare historiam et geographiam, ethnologiam et philologiam, vel quodlibet aliud ad populos indigenas nationis spectans. Additur hoc loco series librorum iam editorum. P. MELCHIOR

1703. — ALVARO M. DE ESPINOSA, O.F.M.CAP. *Cuentos y tradiciones de los indios guaraúnos*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 4-5, 45-46, 100-102, 186-187; 1948, t. X, p. 79-80, 152-153, 179-181, 250-251.

Post diuturnam commorationem et consuetudinem inter incolas Vicariatus apostolici de Caroní, qui vulgato nomine *Guaraúnos* appellantur, A. ex eorundem ore fabulas et narrationes collegit, quae animam et indolem indigenarum patefaciunt, easque interpretatus est, additis commentariis ad ethnographiam spectantibus.

P. MELCHIOR

1704. — Angel Turrado, O.F.M.Cap., *Los indios goajiros y paraujanos,* in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 43-44, 80-81, 109-110, 175-176, 231-232, 275-277, 348-350; 1948, t. X, p. 18-19, 154-155, 172-174, 200-202, 237-239.

A., qui ab an. 1944 Vicariatum apostolicum de Machiques (Goajira-Perijá) in Venetiola moderatur, directa et immediata cognitione innixus, usus et mores indigenarum sibi commissorum describit. Studiosi ethnographiae cultores ob has dissertatiunculas ei grati erunt.

P. Melchior

1705. — Basilio Maria de Barral, O.F.M.Cap., *Leyendas guaraúnas. « Jahuri y Guauta »*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 291-297.

1706. — Idem, *Cantares guaraúnos*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 9-10, 38-41, 91-92, 108-109, 139-141, 170-171, 218-219, 240-242, 264-266, 315-316, 335-337, 373-377.

A. diuturna consuetudine cum incolis Vicariatus apostolici de Caroní (Venezuela), qui *Guaraúnos* vocantur, eorum mythologiam ex fabulis quae apud ipsos circumferuntur perscrutatus est; insuper cantilenas magis usitatas propria eorum lingua et sermone hispanico transcripsit. Harum narrationum meritum valde augetur animadversionibus, quibus earum significatio exhibetur, ita ut satis cognosci possint indigenarum usus et mores, religio et mythologia.

P. Melchior

1707. — Cayetano da Carrocera, O.F.M.Cap., *Las lenguas indígenas de Venezuela,* in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 6-9, 47-50, 73-76.

Brevis conspectus et ordinatio obsoletarum Venetiolae linguarum, quarum aliquae adhuc inter silvicolas superstites adhibentur. Hanc nactus occasionem, A. obiter memorat emolumentum studiis philologicis a missionariis Capulatis in hac natione collatum, praesertim hisce ultimis temporibus.

P. Melchior

1708. — Crisóstomo de Bustamante, O.F.M.Cap. *Novena para pedir la beatificación y canonización del siervo de Dios P. Santos de Abelgas, misionero capuchino.* Caracas, C.A. Artes Gráficas, 1947. In-8°, 30 p.

Hisce precibus novendialibus A. promovere intendit glorificationem Sancti ab Abelgas, insignis missionarii in Cuba et Venetiola, qui non absque sanctitatis fama migravit ad Dominum die 28 dec. an. 1937. Cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 358-359.

P. Melchior

1709. — Crisóstomo M. de Bustamante, O.F.M.Cap., *El Padre Santos de Abelgas, notable indigenista,* in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 188-189, 202-203, 233-234, 259-260, 321-322, 385-386.

Sodalis prov. Castellae O.F.M.Cap., Sanctus ab Abelgas (✝ 1937), diu in Vicariatu apostolico de Caroní actionem apostolicam exercuit (cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 358-359). Ex fragmentis epistolarum, quas scripsit, vel ex relationibus itinerum

apostolicorum A. excerpsit quaecumque propriam insignis missionarii methodum in Indis ad fidem et urbanos mores reducendis manifestare queunt. P. MELCHIOR

1710. — CAYETANO DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Historia de un gran misionero*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 65-68.

Notitia biographica SANCTI AB ABELGAS, O.F.M.CAP., qui an. 1937 ad superos volavit postquam Venetiolae efficacem apostolatum exercuerat. Cf. *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 358-359.

1711. — ANTONINO DE MADRIDANOS, O.F.M.CAP., *El M.R.P. Leonardo de Destriana, modelo de misioneros*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 461-468.

1712. — CAYETANO DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Ha muerto un gran apóstol* (*P. Leonardo de Destriana*), in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 129-131.

1713. — A. SANABRIA, *Ha muerto el Padre Leonardo*, in *Venezuela Mis.*, 1947, t. IX, p. 137-138.

Die 1 apr. an. 1947 supremum diem clausit LEONARDUS A DESTRIANA, sodalis provinciae Castellae O.F.M.Cap., qui spatio 54 annorum in sacerdotalibus ministeriis obeundis Venetiolae impense adlaboravit; potissimum in eo enituit studium instructiones catecheticas pueris et adultis tradendi et omni contentione satagebat sodalitia instituere ad propositum efficacius exsequendum. P. MELCHIOR

1714. — FÉLIX M. DE VEGAMIÁN, O.F.M.CAP., *Pequeña biografía de un misionero: el R.P. Luis de Jabares*, in *Mensajero Seráf.*, 1948, t. LXI, p. 253-255, 278-280.

1715. — *El R.P. Luis de Jabares ha muerto*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 292-293.

1716. — *La prisión, el calvario y la muerte del P.* (*Luis*) *de Jabares*, in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 302-305.

ALOISIUS A JABARES, O.F.M.CAP., natus est an. 1911; habitu franciscali induitur an. 1929 et ordinationem sacerdotalem suscepit an. 1937. An. 1946 destinatur missionarius ad Vicariatum apostolicum de Machiques, multaque ab inimicis religionis passus est, donec die 21 aug. an. 1948 animam Deo reddidit. P. MELCHIOR

1717. — ANTONINO M. DE MADRIDANOS, O.F.M.CAP., *Las Religiosas misioneras del Vicariato Apostólico del Caroní*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 391-406.

In Vicariatu apostolico de Caroní (Venezuela) una cum sodalibus religiosis provinciae Castellae O.F.M.Cap., qui an. 1922 illum susceperunt administrandum, operam impendunt ab an. 1928 Sorores Tertiariae Capuccinae a S. Familia et ab an. 1936 etiam Sorores Franciscanae a S. Corde Jesu, quarum sollicita cura pro regno Christi dilatando ab A. illustratur. P. MELCHIOR

8. - *America Centralis*

1718. — RAPHAEL M. HUBER, O.F.M.CONV. *Modern Missions in Middle America. Political, social and religious problems in Mexico, Central America and the Islands of the Caribbean.* (Missionary Academy Studies. Vol. V, n. 6). New York, The America Press, 1948. In-12°, 72 p.

A. lectoribus offert conspectum actionis missionariae et praesentis status Ecclesiae in variis Americae Centralis nationibus, additis notitiis historicis ad quamlibet earundem nationum spectantibus et enucleatis quibusdam quaestionibus quae civibus in illas degentibus maxime intersunt. Fit igitur sermo de sequentibus nationibus: Mexico, Guatemala, Honduras, El Salvador, Nicaragua, Costa Rica, Panama, Cuba, Puerto Rico, et aliis. Cf. *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 175-176. P. MELCHIOR

1719. — PACÍFICO DE VILANOVA, O.F.M.CAP. *Capuchinos Catalanes en Centro América y México.* 2 voll. (Colección « Misiones Capuchinas ». Vol. I-II). Barcelona, Imprenta « Myria », 1947. In-8°, 317 et 251 p. cum ill.

Cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 341-342.

Guatemala

1720. — LÁZARO LAMADRID, O.F.M., *Bishop Marroquín - Zumárraga's Gift to Central América*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 331-341.

A. demonstrat FRANCISCUM MARROQUÍN an. 1529 exstitisse Vicarium generalem dioeceseos Mexici et in eadem civitate die 8 apr. an. 1537 a JOANNE DE ZUMÁRRAGA episcopum Guatemalae consecratum esse. P. MELCHIOR

1721. — CARLOS SAMAYOA CHINCHILLA, *Dos lineas sobre la vida y obra de fray Francisco Ximénez*, in *Estud. Centroamericanos* (*San Salvador*), 1948, t. III, p. 693-697.

Brevis et simplex descriptio, omni quidem fontium vel bibliographiae indicatione carens, vitae et operositatis apostolicae et imprimis linguisticae FRANCISCI XIMÉNEZ, O.F.M.OBS. († post 15 mai. 1544), qui provecta iam aetate elementa idiomatis *quiché* composuit, posterioribus missionariis et studiosis monumentum summae utilitatis relinquens. P. BONAVENTURA

Mexicum

1721[a]. — FRANCHON ROYER. *The Mexico we found.* Milwaukee, Bruce Publishing Co., 1948. In-8°, VIII-210 p.

1721[b]. — J.H. PARRY. *The audiencia of New Galicia in the Sixteenth Century: A study in Spanish Colonial Government.* Cambridge,

England, Cambridge University Press - New York, The Macmillan Co., 1948. In-8°, 205 p.

Cf. *The Americas*, 1949, t. VI, p. 114-115.

1722. — ROBERT RICARD. *La conquista espiritual de México. Ensayo sobre el apostolado y los métodos misioneros de las Ordenes Mendicantes en la Nueva España de 1523-24 a 1572.* Traducción de ANGEL MARIA GARIBAY. México, Jus, 1947. In-8°, 557 p.

Hanc hispanicam versionem inspicere non potuimus. De textu primigenio, qui an. 1933 gallice scriptus prodiit, actum est in *Collect. Franc.*, 1936, t. VI, p. 523-525.

1723. — J.B. ÁLVAREZ, *El guadalupanismo de los Franciscanos en la conquista espiritual de México*, in *Cristiand.*, 1947, p. 544-546.

1724. — FIDEL DE LEJARZA, O.F.M., *Franciscanismo de Cortés y Cortesianismo de los Franciscanos*, in *Missionalia Hisp.*, 1948, t. V, p. 43-136.

A. mutuam necessitudinem exponit quae inter praetorem regni Mexicani F. CORTÉS et Fratres Minores eiusdem regni primos apostolos intercessit; argumentum satis perspicue evolvit atque, variis testibus ad invicem collatis, res controversas dirimere vel intelligibiliores reddere conatur. Et primo quidem notitiae biographicae traduntur et actio explicatur duorum sodalium franciscalium Hispaniae, scil. PETRI MELGAREJO et DIDACI ALTAMIRANO. Postea sermo convertitur ad tres sodales flandricos qui mense aug. an. 1523 has in terras pervenerunt, et quorum duo, nempe JOANNES DE TECTO (VAN TACHT) et JOANNES DE AYORA (VAN AAR) in praetoris comitatu an. 1524 occubuere, tertius vero PETRUS A GANDAVO, assiduam impendit operam praesertim in puerorum scholis struendis et moderandis. Demum disseritur de actuositate « duodecim apostolicorum virorum » qui, duce MARTINO DE VALENCIA, O.F.M.OBS., e portu Sanlúcar de Barrameda dicto solverunt die 25 ian. an. 1524 et in amplissimum Mexici regnum appulerunt die 13 maii; eos F. CORTÉS laetabundus honorifice suscepit eisque deinceps in sacro ministerio exercendo adiutricem praestitit operam. Missionarii franciscales e contrario egregium Mexici praetorem magno affectu prosecuti sunt, etiam quum ille coram rectoribus Metropoleos gratiam amisit. P. MELCHIOR

1725. — PABLO RAMIREZ, O.F.M., *Los Doce*, in *Studium (Montréal)*, 1947, t. II, p. 29-38.

Agitur de operositate « Duodecim » apostolicorum virorum ex Ordine Fratrum Minorum de Observantia, qui an. 1524, duce MARTINO DE VALENCIA (Juan Martín de Boil, † 1534), in Missionem Mexicanam profecti et ibidem a FERDINANDO CORTÉS sollemniter recepti sunt. Praeter MARTINUM DE VALENCIA, erant FRANCISCUS DE SOTO, MARTINUS A JESU DE LA CORUÑA, JOANNES JUAREZ (XUAREZ), ANTONIUS DE CIUDAD RODRIGO, TORIBIUS (MOTOLINÍA) DE BENAVENTE, GARCÍA DE CISNEROS, LUDOVICUS DE FUENSALIDA, JOANNES DE RIBAS, FRANCISCUS XIMÉNEZ (JIMÉNEZ), ANDREAS DE CÓRDOBA, JOANNES DE PALOS. Itaque ad « Los Doce » qui vocantur non pertinent, contra *Franciscana*, 1949,

t. IV, p. 39, tres missionarii franciscani Belgici JOANNES DE TECTO (J. Couveur, Dekkers, Van Dak), JOANNES DE AYORA (Aora, Arasa, Van der Auwera), PETRUS DE GANTE (Gent, de Mura, de Moer, Van der Moere, de Muer), qui iam antea, scil. mense aug. 1523, in Americam profecti erant. P. BONAVENTURA

1726. — [FIDEL DE LEJARZA, O.F.M.], *Cortés y los Franciscanos*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. 5-8.

Quarto iam expleto saeculo ab obitu F. CORTÉS (1547-1947), qui regnum Mexicanum expugnavit, A. obiter commemorat mutuam necessitudinem inter hunc ducem et Fratres Minores, qui regnum ab eo expugnatum lumine Evangelii collustrarunt. P. MELCHIOR

1727. — C. BAYLE, S.J., *Cortés y la evangelización de Nueva España*, in *Missionalia Hisp.*, 1948, t. V, p. 5-42.

Ostenditur vis christiana qua dux exercitus F. CORTÉS, qui Mexicanum regnum seu Novam Hispaniam expugnabat, movebatur ad fidem catholiam in illis provinciis instaurandam. Porro in hac erudita elucubratione elucet, prae ceteris, id quod laudatus praetor operatus est in fovendis primis franciscalibus missionariis; sed de hoc argumento fusius agit FIDELIS DE LEJARZA, O.F.M. (Cf. n. 1724).
P. MELCHIOR

1728. — FIDEL DE LEJARZA, O.F.M. *Conquista espiritual del Nuevo Santander*. (Bibl. « Missionalia Hispanica ». Vol. IV). Madrid, Consejo Superior de Investigaciones Científicas, 1947. In-8°, XVI-440-183* p.

Huius operis recensio legitur in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 158-159.

1729. — RAFAEL AYALA ECHEVARRI, *Relación histórica de la conquista de Querétaro*, in *Boletín de la Sociedad Mexicana de Geografía y Estadística*, 1948, t. LXVI, n. 1-2.

Haec *Relatio historica* confecta est c. an. 1531, uti A. rationibus internis concludit; saec. XVIII a P. JOSÉ DIEZ, O.F.M.OBS., inter manuscripta conventus Querétaro reperta et propter codicis malam condicionem transcripta est. Iuxta huius transcriptionis exemplar, nunc Romae in Pont. Athenaeo Antoniano adservatum, A. textum edidit notisque illustravit. Momentum huius fontis, nondum cogniti studiosis, manifestum est. P. BONAVENTURA

1730. — ROBERT S. CHAMBERLAIN. *The Conquest and Colonization of Yucatán (1517-1550)*. Washington, Carnegie Institution, 1948. In-8°, VI-365 p.

Quamvis consilium esset Auctoris historiam civilem seu profanam regionis Mexicanae vulgato nomine Yucatán nuncupatae maxime enarrare, fieri non potuit quin res ecclesiasticas describendas quoque susciperet. Apostolatum quidem Fratrum Minorum fuso calamo olim descripserat HIERONYMUS DE MENDIETA, O.F.M.OBS. (1525-1604), in opere cui titulis *Historia eclesiástica indiana* (cf. R. STREIT, O.M.I.

Bibliotheca Missionum, t. III, p. 605-607, Aachen, 1927); verumtamen notitiae olim traditae novis documentis ab A. inspectis et exploratis emendantur ac perficiuntur. Cf. *The Americas*, 1951-52, t. VIII, p. 384. P. MELCHIOR

1731. — P. WAYNE POWELL, *Franciscans on the Silver Frontier of Old Mexico*, in *The Americas*, 1946-47, t. III, p. 295-310.

Custodia O.F.M.Obs. vulgo de Jalisco in Mexico circa an. 1530 aggressa est evangelizationem tribuum, quae nuncupabantur Chichimecas; indigenae quidem erant barbari et feroces, sed humanitate missionariorum qui, difficultatibus minime refragantibus, ad vitam christianam et civilem illos trahere satagebant; id factum est, ut paulatim multi religionem amplexati sint. A. hunc apostolatum multis documentis innixus exploravit atque ad certas conclusiones pervenit. Inter ceteros missionarios qui saec. XVI ibi strenue adlaboravere digni sint ut memorentur JOANNES A S. MICHAELE, BERNARDUS COSÍN, PETRUS AB ESPINAREDA et PETRUS AB AYALA, omnes sodales religiosi O.F.M.Obs. P. MELCHIOR

1732. — JOSÉ ALMOINA MATEOS, *Rumbos heterodoxos en México*, in *Anales Universidad Santo Domingo* (*Trujillo*), 1946, n. 37-38, p. 203-297; n. 39-40, p. 31-137.

1733. — JOSÉ ALMOINA. *Rumbos heterodoxos en México*. (Publicaciones de la Universidad de Santo Domingo. Vol. LIII). Ciudad Trujillo, Editora Montalvo, 1947. In-8°, 534 p.

A. tenet JOANNEM DE ZUMÁRRAGA fovisse opiniones heterodoxas, cum sententiis et dictis integris ERASMI usus esset in evangelizandis indigenis. Contra hanc sententiam scripsit A.M. CARREÑO, *The books of Don Fray Juan de Zumárraga*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. p. 311-330, affirmans orthodoxiam celebris archiepiscopi et editionem operum omnium eiusdem annuntians. P. BONAVENTURA

1734. – ALBERTO MARÍA CARREÑO, *Los libros de don fray Juan de Zumárraga*, in *Abside* (*Méjico*), 1948, t. XII, p. 427-450.

A. tractat de primitiis artis typographicae, a JOANNE DE ZUMÁRRAGA in Mexicum introductae, de libris ab eodem archiepiscopo vel conscriptis vel editis vel in bibliothecam collectis. Examinatis *Docthrina christiana*, an. 1539 edita, *Manual de Adultos* et *Doctrina breve*, A. perfectam orthodoxiam, ab ERASMI heterodoxia omnino liberam, insignis Indorum apostoli confirmat. P. BONAVENTURA

1735. — ALBERTO M. CARREÑO, *The Books of Don Fray Juan de Zumárraga*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 311-330.

In hac erudita dissertatione A. recenset libros a JOANNE DE ZUMÁRRAGA compositos, emptos et editos ut eximii episcopi scientia et doctrina palam fiant. Potissimum agitur de operibus scriptis, quae ex typographia ab eodem Mexici instaurata tam ad fidelium quam ad infidelium instructionem in vulgus prolata sunt: uniuscuiusque editionis tempus et argumentum proponuntur et enucleantur. Quia vero quandoque in vitium episcopi vertuntur aliquae sententiae in

iisdem libris contentae et expositae, A. acute disserit (p. 317-323, 325-327) de earundem necessitudine cum ERASMI ROTERODAMENSIS doctrinis. P. MELCHIOR

1736. — J. GARCÍA ICAZBALCETA. *Don Juan de Zumárraga, primer obispo y arzobispo de México.* (Collección de Escritores Mexicanos). México, Talleres Edit. Stylo, 1947. In-8°, 4 voll.

1737. — *Fray Juan de Zumárraga, conquistador espiritual de México.* Aránzazu (Vizcaya), Misiones Franciscanas, 1948. In-8°, 32 p.

Directio ephemeridis *Misiones Franciscanas* mense maio an. 1948 hoc opusculum edidit, in quo selecti scriptores multiplicem archiepiscopi Mexici JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M.OBS., actionem commemorant modo indoli eiusdem ephemeridis consono, scil. absque criticis disquisitionibus et scientifico apparatu. P. MELCHIOR

1738. — *¡Loor a Fray Juan de Zumárraga! (El homenaje de un pueblo),* in *Mis. Franc.* 1948, t. XXXII, p. 163-168.

Enarrantur variae commemorationes religiosae, litterariae, scientificae, etc., quae occasione quarti centenarii ab obitu JOANNIS DE ZUMÁRRAGA factae sunt.

1739. — FIDEL DE J. CHAUVET, O.F.M. *Fray Juan de Zumárraga,* O.F.M., (Biblioteca de los Anales de la Provincia del Santo Evangelio de México, vol. III). México, Impresores Beatriz de Silva, 1948. In-8°, 370 p.

Praesens biographia simplici ac lucido stilo exarata complectitur sexdecim capita atque optimis fontibus biographicis nititur, quos ultimis hisce temporibus viri eruditi multis elucubrationibus illustrarunt. In cap. I-II res gestae eximii JOANNIS DE ZUMÁRRAGA describuntur ab eiusdem nativitate usque ad iter Mexicanum an. 1528; deinde autem in cap. III-V disseritur de eius efficaci operositate ad tuenda iura Indorum, quorum Protector constitutus fuerat; sequitur cap. VI in quo summatim attingitur historia apparitionis B. M. Virginis a Guadalupe nuncupatae. Postea agitur de relationibus cum publica Mexici potestate, deque episcopali consecratione (cap. VII-VIII) in Hispania; de reditu ad Mexicum et multiplici actione apostolica (cap. IX-X), de ecclesia cathedrali Mexici, de synodo an. 1539, de officina typographica (cap. XI-XII); de Fratrum Minorum sententia circa sic dictas *Nuevas Leyes* an. 1542 (cap. XIII); demum (cap. XIV-XVI) agitur de eius amore erga indigenas, de operibus caritatis et misericordiae, de conatibus ad scientiam promovendam, de erectione sedis archiepiscopalis Mexici, deque pia primi archiepiscopi JOANNIS DE ZUMÁRRAGA morte. Haec notitia excerpta est ex *The Americas,* 1948-49, t. V, p. 355-356. P. MELCHIOR

1740. — JAMES A. MAGNER, *Fray Juan de Zumárraga - His social Contributions,* in *The Americas,* 1948-49, t. V, p. 264-274.

Egregius Mexici praesul actionem suam explicavit qua indigenarum iura propugnando, qua incolas litteris erudiendo, qua infirmos curando per nosocomiorum institutionem, qua labores agrarios

promovendo. Huiusmodi conclusiones ex documentis excerptae sunt, quae A. quidem novit, sed in criticis animadversionibus ea non attulit, quia indoles dissertationis id non ferebat. P. MELCHIOR

1741. — LEWIS HANKE, *The Contribution of Juan de Zumárraga to Mexican Culture*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 275-282.

In primis A. animadvertit multum differre iudicium DOMINICI DE BETANZOS, O.P., a sententia JOANNIS DE ZUMÁRRAGA de Indorum natura et dignitate; ille quidem silvicolas despiciebat et veluti animalia aestimabat; iste autem uti homines sanguine Jesu Christi redemptos diligebat, ideoque illos litteris erudire satagebat eorumque iura propria propugnabat. Itaque in eo est praecipua archiepiscopi franciscani laus, quia iam ab initio sui pontificatus capacitatem indigenarum perspexit ad studia et litteras discendas, eisque apta subsidia praebuit, atque inita incepta felicem habuere exitum.

P. MELCHIOR

1742. — CARLOS E. CASTAÑEDA, *Fray Juan de Zumárraga and Indian Policy in New Spain*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 296-310.

Quum an. 1528 JOANNES DE ZUMÁRRAGA in Mexicum appulit duplex obibat munus, scil. missus erat qua episcopus et qua Indorum protector. In obeundo autem episcopi munere haud graves difficultates obstabant; sed in Indis protegendis et iuvandis inter ipsum et publicam Mexici civilem auctoritatem continuae gravesque lites ortae sunt, quas A. fuso calamo exponit, disserens insuper de dissimili sese gerendi ratione JOANNIS DE ZUMÁRRAGA et BARTHOLOMAEI DE LAS CASAS, O.P., quoad methodum Indos ad fidem catholicam civilesque mores trahendi. P. MELCHIOR

1743. — FIDEL DE J. CHAUVET, O.F.M., *Fray Juan de Zumárraga, Protector of the Indians*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 283-295.

A. in quattuor capita argumentum tractationis comprehendit. Et primo quidem agitur de officio et munere Protectoris Indorum, quod an. 1517 instituitur; quum autem iura huiusmodi Protectoris perspicue determinata non essent, lites non paucae oboriuntur. Anno autem 1528 illud munus JOANNI DE ZUMÁRRAGA committitur regio decreto die 2 ianuarii illius anni dato, quod multa iura et privilegia continet, in quorum tamen exercitio multas passus est difficultates; itaque Protectoris iura paulatim minuuntur. Illustris ille praesul ab eo liberari exoptabat; quod revera factum est die 29 sept. an. 1534.

A. documentis historicis scite utitur, et satis demonstrat JOANNEM DE ZUMÁRRAGA in omnibus se praebuisse diligentem, integrum invictumque indigenarum pastorem ac patrem. P. MELCHIOR

1744. — JUAN RUIZ DE LARRÍNAGA, O.F.M. *Don Fray Juan de Zumárraga, primer Obispo y Arzobispo de Méjico, durangués, franciscano y servidor de la patria al margen de su pontificado*. Bilbao, Impr. Provincial de Vizcaya, 1948. In-8°, 98 p.

Potius quam tota biographia, hoc in opusculo describuntur capita quaedam selecta biographica inclyti praesulis Mexicani JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M.OBS. In primis enim fuso calamo (p. 9-45) et

ope documentorum hactenus non satis exploratorum agitur de eius patria, nativitate et familia. Quod egregius ille vir ex illustri prosapia in Durango (Vizcaya) ortus sit, nulla iam adest seria dubitandi ratio; quod autem natus sit an. 1468-69, uti A. propugnat, et non an. 1476, cum certitudine asserere non audemus. In altera opusculi partitione exponitur vita franciscana ab eodem viro transacta in provincia Smae. Conceptionis (Castellae) usquedum ad sedem episcopalem an. 1527 destinatur; praecipue vero agitur de loco novitiatus et de munere ministri provincialis quo an. 1520-1523 perfunctus est. A. uti probabiliorem sententiam propugnat eam quae tenet JOANNEM DE ZUMÁRRAGA induisse habitum franciscalem in coenobio Vallisolleti (Valladolid) anno circiter 1495. Demum adumbrantur eius actio ut inquisitor delegatus contra veneficas Navarrae (an. 1527) et multiplex opera in Mexico usque ad obitum (3 iun. 1548). Additur quoque brevis notitia iconographica. - Deest index rerum et nominum et fontes allati secundum normas artis criticae recentioris non afferuntur; nihilominus monographia suam meretur laudem.

P. MELCHIOR

1745. — C. BAYLE, S.J., *El IV centenario de Don Fray Juan de Zumárraga*, in *Missionalia Hisp.*, 1948, t. V, p. 209-269.

Haec dissertatio multis optimisque fontibus historicis innitur, estque lucida et accurata defensio venuste exarata insignis praesulis franciscani JOANNIS DE ZUMÁRRAGA. Siquidem ob lectorum oculos A. ponit invictam animi fortitudinem praesulis in propugnandis Indorum Mexici iuribus, prosperos in fovenda indigenarum intellectuali institutione successus, animumque vere franciscanum, qui totam illius vitam et actionem perfundit et exornat. Erudita elucubratio prostat etiam separatim: Madrid, Consejo Superior de Investigaciones Científicas, 1948.

P. MELCHIOR

1746. — L. GÓMEZ CANEDO, O.F.M., *Al margen de un centenario. Fray Juan de Zumárraga, padre de la iglesia mejicana*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 301-316.

Quarto iam absoluto saeculo ab obitu JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M.OBS. (1548-1948), A. recolit illius res praeclare gestas, disserens per ordinem de eius vita religiosa et vocatione ad missiones, de praesule ecclesiae Mexici et protectore indigenarum, de his quae gessit ad populum illum humanum civilemque reddendum, institutis collegiis pro pueris et puellis, instauratione officinae typographicae, tentamine primum Athenaeum in America erigendi, etc.

P. MELCHIOR

1747. — IGNACIO OMAECHEVARRÍA, O.F.M., *Don Fray Juan de Zumárraga en Aránzazu* (*Con motivo del IV centenario de la muerte del primer Obispo y Arzobispo de Méjico*), in *Aránzazu*, 1948, t. XXVIII, p. 100-103, 124-127, 148-151.

A. omni contentione demonstrare satagit JOANNEM DE ZUMÁRRAGA, O.F.M.OBS., habitum franciscalem sumpsisse in coenobio vulgo Aránzazu anno circiter 1495. Posteriore autem tempore hanc opinionem serio fundamento destitutam esse demonstravit FIDELIS DE LEJAR-

ZA, O.F.M., *Anotaciones críticas en torno a la filiación religiosa de Zumárraga*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1949, ser. 2, t. IX, p. 5-71.

P. MELCHIOR

1748. — *El IV centenario de la muerte de Don Fray Juan de Zumárraga*, in *Bol. Arch. Gener. de la Nación* (México), 1948, p. 145-168.

1749. — FERNANDO OCARANZA, *Fray Juan de Zumárraga y el Hospital del Amor de Dios*, in *Memor. Acad. Mexic. Historia*, 1948, t. VII, p. 281-286.

1750. — IGNACIO DÁVILA GARIBI, *Zumárraga, propulsor de la cultura en Nueva España*, in *Memor. Acad. Mexic. Historia*, 1948, t. VII, p. 287-295.

1751. — ALBERTO M. CARREÑO. *Don Fray Juan de Zumárraga, Pioneer of European Culture in America.* Austin, Texas, 1948.

1752. — *Centenario de Fr. Juan de Zumárraga, O.F.M.* in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. p. 550-553.

1753. — IGNACIO OMAECHEVARRÍA, O.F.M., *El primer obispo de México fué un franciscano de Durango*, in *Catolic.*, 1948, n. 81, p. 12-13, 29.

1754. — IDEM, *El vascuenze de Fray Juan de Zumárraga*, in *Bol. Real Soc. Vascongada*, 1948, t. IV, p. 293-314.

1755. — *Hace 400 años murió el primer obispo y arzobispo de México*, in *España Mis.*, 1948, t. V, p. 317-324.

1756. — I. BIAIN, O.F.M., *El Ilmo. Fr. Juan de Zumárraga (1468-1548)*, in *Aránzazu*, 1948, t. XXVIII, p. 132-134.

1757. — J. RUIZ DE LARRÍNAGA, O.F.M., *En vísperas del IV centenario del P. Zumárraga. Algunos recuerdos póstumos*, in *El Correo Español-El Pueblo Vasco*, 1948, 27 mayo.

1758. — CAYETANO DE CARROCERA, O.F.M.CAP., *Fray Juan de Zumárraga, primer obispo de México y padre de los Indios.* (*A propósito del IV centenario de su muerte*), in *Venezuela Mis.*, 1948, t. X, p. 231-232.

1759. — MARIANO CIRIQUIAIN - GAIZTARRO, *La humildad de Fray Juan de Zumárraga*, in *El Correo Español*, 1948, 6 junio.

1760. — *Fray Juan de Zumárraga conquistador espiritual de Méjico.* Num. Extraord. de *Misiones Franc.*, 1948, mayo. In-8°, 32 p.

1761. — J.T.A., *Cuarto centenario de Fray Juan de Zumárraga. El César y el Guardián entablan conocimiento y amistad*, in *Arriba* (*Madrid*), 1948, 21 marzo.

1762. — D.R. RANCAÑO, O.F.M., *Cuarto centenario de Fray Juan de Zumárraga, primer obispo y arzobispo de Méjico*, in *Arriba* (*Madrid*), 1948, 8 junio.

1763. — A. DE ERGOYEN, *El cuarto centenario de la muerte de Fray Juan de Zumárraga*, in *Ecclesia* (*Madrid*), 1948, 19 jun., n. 362, p. 12-13.

1764. — GENARO M. GONZÁLEZ, *El cuarto centenario de la muerte de Zumárraga. Asís en España*, in *Lectura* (*México*), 1948, t. LXIV, p. 77-89, 138-146, 222-229.

1765. — LUIS ISLAS GARCÍA, *El significado económico de Fr. Juan de Zumárraga*, in *Lectura* (*México*), 1948, t. LXV, p. 32-39.

1766. — EMILIO VALTON, *Fray Juan de Zumárraga, apóstol de la cultura en América*, in *Lectura* (*México*), 1948, t. LXV, p. 114-119.

1767. — J. CIARAN GALLASTEGUI, *Fray Juan de Zumárraga, pedagogo de una civilización*, in *La Gaceta del Norte* (*Bilbao*), 1948, 27 mayo.

1768. — J. DE INCHÁURRAGA, *Fray Juan de Zumárraga y la economía mejicana*, in *La Gaceta del Norte* (*Bilbao*), 1948, 6 junio.

1769. — J.M. GORRÍA AROCENA, *Fray Juan de Zumárraga, precursor del misionero seglar*, in *El Correo Español-Diario Vasco*, 1948, 5 junio.

1770. — F. DE AROCENA, *La Virgen de Guadalupe y Fray Juan de Zumárraga*, in *El Diario Vasco*, 1948, 16 mayo.

1771. — I. DE ARAZAMENDI, *El Padre Juan de Zumárraga y su tiempo*, in *Unidad* (*Bilbao*), 1948, 31 mayo.

1772. — A. LAFARGA LOZANO, *Fray Juan de Zumárraga*, in *Vida Vasca*, 1947, p. 204-206.

1773. — ALBERT NIMETH, O.F.M., *The Bishop of Guadalupe. Agreat man and his great lessons* [Joannes de Zumárraga], in *Franc. Herald and Forum*, 1948, t. XXVII, p. 355-358.

1774. — IÑIGO DE LOYOLA, *Un Divino Impaciente vizcaino* (*Juan de Zumárraga*), in *El Diario Vasco*, 1948, 22 mayo.

Quarto devoluto saeculo ab obitu JOANNIS DE ZUMÁRRAGA, O.F.M. OBS., qui die 3 iun. an. 1548 animam Deo reddidit, multi multa scripserunt de eiusdem insignis viri vita et operositate missionaria. AA., quorum commentariola modo adduximus, hunc finem sibi praestituerunt, scil. illius praeclara facinora longe lateque propagare, vel festive commemorare. P. MELCHIOR

1775. — GABRIEL MÉNDEZ PLANCARTE. *Humanismo mexicano del siglo XVI*. Introducción, selección y versiones. (Biblioteca del estudiante universitario. 63). México, Ediciones de la Universidad Nacional Autónoma, 1946. In-8°, 196 p. cum ill.

Inter sodales Ordinis franciscalis qui studia humaniora in Mexico saec. XVI colenda curabant, ab A. commemorantur archiepiscopus JOANNES DE ZUMÁRRAGA, PETRUS GANDAVENSIS, DIDACUS VALADES (Valdés) (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 936-939). P. BONAVENTURA

1776. — RAFAEL MONTEJANO Y AGUIÑAGA, *Conversión de los indios por medio de la música*, in *Lectura* (*Méjico*), 1948, t. XXV, p. 150-179.

Exponens musicae momentum in evangelizandis infidelibus indigenis Mexicanis iuxta nonnullos fontes antiquos, aliis scienter praetermissis, A. primum agit de PETRO DE GANTE, O.F.M.OBS., qui primam scholam in Mexico instituit et etiam exercitio artis musicae ad methodum et actionem missionariam explicandam egregie contulit.
P. BONAVENTURA

1777. — F. KIECKENS. *Fray Pedro de Gante, religioso flamenco, primer misionero de Anahuac* (*México*), *1523-1572*. (E sermone gallico vert. E. CORDERO Y TORRES). (Los antiguos misioneros belgas en America). Puebla, Edit. Nieto, 1948. In-16°, 107 p.

1778. — José Nuñez y Dominguez. *Le Frère Pierre de Gand et les Franciscains au Mexique au XVIème siècle.* Gand, 1948. In-8°, 28 p.

Hoc opusculo editur acroasis, quam A., Foederatarum Mexici Civitatum apud Regem Belgarum publica cum auctoritate Orator, habuit Gandavi in sollemnibus die 13 iun. 1948 publice peractis ad celebrandum insignem missionarium franciscanum Petrum de Gandavo, O.F.M.Obs., qui an. 1523 in missionem Mexicanam profectus est. A. opera apostolica, socialia, culturalia primorum missionariorum in Mexico diserte exposuit. P. Bonaventura

1779. — *Gent huldigt een groot stadsgenoot Fray Pedro de Gante (Broeder Pieter van Gent) op Zondag 13 Juni 1948* [i.e. Civitas Gandavensis celebrat civem illustrem Fratrem Petrum Gandavensem die Dominica 13 iun. 1948]. Gent, Procuur, 1948. In-8°, 16 p.

1780. — W[innebertus] G[erits], O.F.M., *Onze zuiverste roem* [i.e. Gloria nostra clarissima, scil. Petrus de Gandavo], in *De Stem van S. Antonius,* 1948, t. XXXII, p. 146-147.

1781. — *Pieter van Gent,* in *Het St. Antoniusboekje van Balgerhoeke,* 1948, t. I, p. 11-12.

1782. — Petrus-Baptista De Meyer, O.F.M., *Fray Pedro de Gante,* in *Ons Volk,* 1948, t. XXXI, p. 454-456.

1783. — Jan Van Barnsteen. *Pieter van Gent (1480-1572), de vader van millioenen Indianen* [i.e. Petrus de Gandavo, pater innumerabilium Indorum]. Gent, Centraal Propagandabureau der Franciscaanse Missies, 1948. In-8°, 48 p.

1784. — J. Vlamynck, M.S.C. *Broeder Pieter van Gent, Apostel van Mexico, Vader der Indianen* [i.e. Frater Petrus de Gandavo, Apostolus Mexici, Pater Indorum]. Assche, Missieseminarie, 1948. In-8°, 45 p.

1785. — E[ngelmundus] C[ornelissen], O.F.M., *Een brief over Pieter van Gent* [i.e. Epistula quaedam de Petro de Gandavo], in *De Stem van S. Antonius,* 1948, t. XXXII, p. 74-76.

1786. — *Broeder van Gent,* in *De Belleman,* 1948, t. XVII, p. 76-77.

1787. — J. Ramírez López. *Tres biografías: Fray Pedro de Gante* [O.F.M.Obs.], *Fray Alonso de Veracruz* [Gutiérrez, O.E.S.A.] *Fray Juan Bautista Moya* [O.E.S.A.]. México, Secr. Educación Pública, 1948. In-8°, 75 p.

1788. — Arthur J.O. Anderson, *Pre-hispanic aztec colorist,* in *El Palacio (Santa Fé),* 1948, t. LV, p. 20-27.

Ad illustrandum usum et momentum colorum apud Aztecas, A. vertit in linguam anglicam e sermone *nahuatl* totum caput XI libri XI operis Bernardini de Sahagún, *Historia de las cosas de la Nueva España (Rev. Indias,* 1948, t. IX, p. 1094). P. Bonaventura

1789. — Angel María Garibay K., *Paralipómenos de Sahagún,* in *Tlalocan. A Journal of Source Materials on the Native Cultures of Mexico (California),* 1946, t. I, p. 307ss.; 1947, t. II, p. 235 ss.

A. nonnulla fragmenta celebris operis Bernardini de Sahagún, O.F.M.Obs., traducit, totam ingentis operis versionem ex sermone

nahuatl in hispanicum hoc modo conficere intendens (*Rev. Indias*, 1948, t. IX, p. 1089). P. Bonaventura

1790. — Carlos González Salas, *Fray Andrés de Olmos, apóstol de las Huastecas*, in *Estilo* (*San Luis de Potosí*), 1947, n. 7.

Celebris missionarii Andreae de Olmos, O.F.M.Obs., indolem et actuositatem apostolicam A. descripsit iuxta opera recentiora, inter quae Luis Velasco y Mendoza, *Repoblación de Tampico* (1942) (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 971 s.). P. Bonaventura

1791. — Octaviano Valdés, *Fray Francisco de Templeque*, in *The Americas*, 1946-47, t. III, p. 223-233.

Veteres scriptores pauca referunt de hoc insigni missionario O.F.M.Obs., qui an. 1540 in Mexicum pervenit et ad civitatem Otumba nuncupatam destinatur; quum tunc temporis ibi aqua potabilis deesset, Franciscus a Templeque amore indigenenarum adlectus, ingentem aquaeductum exstruere aggressus est, qui adhuc hodie conspicitur. Praeprimis A. hoc opus describit, sed alias quoque res gestas enarrat et munera, quibus in provincia S. Evangelii missionarius perfunctus est, usquedum an. 1589-1590 ad superos volavit.

P. Melchior

Nicaraqua

1792. — Lázaro Lamadrid, O.F.M., *A Chapter of the Province of St. George of Nicaragua, 1638*, in *The Americas*, 1948-49, t. V, p. 95-103.

1793. — Juan de Ordal, O.F.M.Cap. *A orillas del Río Grande.* (Colección « Misiones Capuchinas », t. V). Barcelona, Editorial Franciscana, 1948. In-8°, 256 p.

Cura spiritualis Vicariatus apostolici de Bluefields (Nicaragua) sodalibus religiosis provinciae Catalauniae O.F.M.Cap. an. 1913 commissa est, ibique ad ripam fluminis vulgo *Río Grande* suum exercuit sacerdotale ministerium, annis 1925-1929, A. praesentis relationis, in qua ipsemet descripsit itinera, aerumnas et obstacula apostolatus, mores et religionem indigenarum, plantas et regionis animalia, et alia huiusmodi. A. qui amorem fidelium hisce narrationibus excitare cupiebat pro infidelium conversione, finem sibi praestitutum feliciter assecutus est. P. Melchior

1794. — Edmund [Kramer of Menasha], O.F.M.Cap. *My Trip To Nicaragua, Sept. 14th to Oct. 31st 1946.* s. n. t. [Detroit, Province of St. Joseph of the Capuchin Order, 1947]. In-8°, 27 p.

Descriptio itineris, quod A., tunc Minister provincialis prov. Calvariensis O.F.M.Cap., visitationis causa fecit in missione Bluefields, provinciae suae concredita. P. Bonaventura

Panama

1795. — Pablo Alvarez Rubiano. *Pedrarias Dávila. Contribución al estudio de la figura del « Gran Justador », Gobernador de Cas-*

tilla del Oro y Nicaragua. Prólogo del MARQUÉS DE LOZOYA. Madrid, Instituto « Gonzalo Fernández de Oviedo », 1944. In-8°, 732 p. cum ill.

Iuxta recensionem de hoc opere editam a L. LAMADRID, O.F.M., in *The Americas*, 1946-47, t. III, p. 265-267 (versionem hispanicam invenies in *Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 245-247), notitiae in eodem proponuntur etiam de JOANNE DE QUEVEDO, O.F.M.OBS., episcopo Dariensi (Panama) († 1519). P. BONAVENTURA

Salvatoriana Respublica

1796. — JOSÉ LALÍN, *¿Cultura maya?*, in *Estud. Centroamericanos* (*San Salvador*), 1948, t. III, p. 109 ss., 264 ss.

A. defendit missionarios franciscanos DIDACUM LANDA, PETRUM DE CIUDAD REAL aliosque missionarios ab eis qui illos culturam *maya* nimio zelo destruxisse asserunt (*Rev. Indias*, 1948, t. IX, p. 1089 s.).
P. BONAVENTURA

9. - *America Septentrionalis*

Canada

1797. — PIUS J. BARTH, O.F.M., *Franciscan Education in French North America*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 3-31.

Tres periodos A. distinguit: 1615-1670, 1670-1881, 1881 usque ad nostra tempora. Hanc tamen chronologicam rationem A. in ipsa expositione sequi noluisse videtur, cum tractet de primis scholis in Canada (p. 4-5), de magistris franciscanis in regione Lacus vulgo Ontario (p. 5-7), de collegio S. Caroli et Dominae Angelorum (p. 7-9), de ultimorum Recollectorum scholis (p. 9-12), de fratribus et magistris (p. 12-15), de hieroglyphica methodo in indigenas litteris instituendo (p. 15-18), de Acadia et Nova Anglia (p. 18), de provinciis maritimis (p. 19-20), de Terra Nova (Newfoundland; p. 20-21), de regione Lacus Superioris (p. 21-23), de Louisiana (p. 24-27), de Fratribus Minoribus in hodiernis institutionibus et disciplinis (p. 27-31).

Inter priores missionarios franciscanos, qui plebis institutioni assiduam dabant operam, eminent LUCAS BUISSET, GABRIEL DE LA RIBOUDE, ZENOBIUS MENBRE, MELITHON WATTEAU. Annis 1618-1620 conditum est collegium S. Caroli. A die 20 iul. 1629 usque ad an. 1670 Fratres Minores labores suos interrumpere et discedere coacti sunt. Exeunte saec. XVII regressi sunt, et quamquam cum administratione Anglica maxima fuit contentio, doctrinam christianam disciplinamque docere potuerunt. Ab an. 1792 Fratres Minores, per Breve PII VI die 17 sept. emanatum saecularizati, populum instituere pergebant. Scholas habent in locis vulgo Trois Rivières, S. Thomas, Verchères, Montréal, inter magistros praestantiorem LUDOVICUM BONAMY. Memoratu dignus est inter primos missionarios CHRISTIANUS LECLERC, qui rationem methodumque quam hieroglyphicum vocant invenit, necnon G. SAGARD, qui an. 1632 Parisiis evulgavit *Dictionnaire de la*

langue huronne. In Acadia floruerunt missionarii Capuccini, inter quos memorandi sunt BERNARDINUS A CRÉPY, COSMAS A NANTES, ELZEARIUS A SAINT-FLORENTIN. P. JULIANUS EYMARD

Status Foederati Americae

1798. — CHARLES J.G. MAXIMIN PIETTE, O.F.M., *The Missions of Colonial New-Mexico*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 243-254.

Quum res missionariorum franciscalium in provincia Novi Mexici ab an. 1538 gestae satis cognitae non sint, A. qui mense nov. an 1948 supremum diem clausit, sibi praestituerat fontes historicos et biographicos perquirere et illustrare. Nunc autem generaliore quodam modo agit de momento ac vi apostolatus in hac regione explicati, de difficultatibus quamplurimis, deque sodalibus qui sanguinem suum fuderunt proximorum amore succensi, inter quos eminent JOANNES DE PADILLA et JOANNES A CRUCE anno circiter 1542; AUGUSTINUS RODRÍGUEZ, FRANCISCUS LÓPEZ et JOANNES A S. MARIA annis 1581-1582. Demum aliquae perhibentur notitiae de stationibus missionalibus.

P. MELCHIOR

1799. — M.J. GILBET, *Fray Juan de Padilla, O.F.M., primer misionero de Texas*, in *Nuestra Vida* (*Mexico*), 1947, t. VIII, p. 417-419.

An. 1528 in Mexicum profectus est, ubi alacriter multa operatus est, donec an. 1542 (iuxta alios, 1544) Indorum sagittis confossus occubuit. P. MELCHIOR

1800. — CHARLES J.G. MAXIMIN PIETTE, O.F.M. *Three Documents pertaining to the Colonial Missions of New Mexico*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 255-258.

1801. — G.J. UNDREINER, *Fray Marcos de Niza and his journey to Cibola*, in *The Americas*, 1946-1947, t. III p. 415-486.

A. scopus hic est, probare MARCUM DE NIZA, O.F.M., ante FRANCISCUM VASQUEZ DE CORONADO Novum Mexicum invenisse. Ad quem finem attingendum, definit exactum locum ubi sita erat San Miguel de Culiacán civitas ex qua Frater Minor profectus est. Explicat rationes huius itineris: Novae Hispaniae subregulus ANTONIUS DE MENDOZA de novis terris inveniendis cogitabat quaerebatque quis huius novae expeditonis dux esse posset; sed iam antequam F. CORONADO eligeretur, MARCUS DE NIZA, iubente Ministro provinciali, profectus erat. Profectionis tempus accurate A. determinat, quamvis adsit quaedam difficultas: Franciscanus explorator, in sua *Relación*, dicit se profectum esse 7 martii 1539, et in epistula cuius dies adscripta est 8 martii 1539, F. CORONADO dicit illum in februarii fine abiisse; sed huius epistulae exemplar archetypum periit; probabilius dies adscripta legenda est 8 martii 1540 et videtur agi de secundo itinere, non de primo. Post haec, MARCI DE NIZA exploratio minute describitur; semper viatoris *Relación* cum geographia et historia ordine accuratissimo confertur, diversae opiniones disputantur et in medium vocantur. Denique A. thesis, optimo labore, comprobari recte videtur.

P. JULIANUS EYMARD

1802. — Angelico Chavez, O.F.M. *Our Lady of the Conquest.* Santa Fé, The Historical Society of New Mexico, 1948. In-8°, VII-94 p.

Agitur de antiqua B.M. Virginis statua sub titulo *Nuestra Señora la Conquistadora* nota. A. suspicatur Fr. Benavides, O.F.M.Obs., Novi Mexici custodem annis 1625-1629, eam ordinavisse et secum attulisse in Missionem sub titulo S. Mariae Assumptae. Cf. *Acta O.F.M.*, 1949, t. LXVIII, p. 114. P. Julianus Eymard

1803. — Sister Joseph Marie, I.H.M. *The role of the Church and the folk in the development of the early drama in New Mexico.* A dissertation. Lancaster, Pa., Dolphin Press, 1948. In-8°, VIII-175 p.

1804. — J. Battersby, *San Antonio y sus misiones*, in *Rev. Geográf. Española*, 1947, n. 21.

Saec. XVIII variae stationes missionales fundatae sunt ad ripam fluminis vulgo S. Antonio dicti (Texas-México), quae summatim ab A. describuntur; pariterque traduntur notitiae historicae et geographicae civitatis S. Antonii de Bexier, quae est urbs caput status de Texas. Cf. *Bibl. Hispana*, 1948, t. VI, p. 83, n. 31.269.

P. Melchior

1805. — Antonius Manganello, T.O.R., *Missiones Texarum*, in *Anal. T.O.Reg.*, 1948, t. IV, p. 122-123.

Anno 1924, propter magnam immigrationem hispanicae linguae necesse fuit missionarios mittere qui hanc linguam cognoscerent. Quapropter quattuor religiosi hispanici in Texas venerunt et in civitate Wako stationem missionariam instituerunt. Deinde duo templa aedificaverunt, alterum in civitate Temple, alterum in civitate Marlin; nunc octo templa missionariis commissa sunt et iam in iis fructus copiosi colliguntur. P. Julianus Eymard

1806. — John A. Berger. *The Franciscan Missions of California* [nova editio]. Garden City, N.Y., Doubleday and Co., 1948. In-8°, XIV-932 p. cum ill.

1807. — M. Geiger, O.F.M. *A Brief History of the Mission Period*, California, 1947. 22 p.

1808. — Agnes Repplier. *Junipero Serra, pioneer colonist of California.* New York, Doubleday and Co., 1947. In-8°, X-312 p. cum ill.

1809. — M. Geiger, O.F.M., *El Padre Junípero Serra y las misiones de California*, in *Rev. Geográf. Española*, 1947, n. 21.

Summaria descriptio missionum Californiae atque methodus, quam in his condendis et moderandis adhibuit insignis missionarius J. Serra, O.F.M.Obs., breviter exponuntur. Cf. *Bibl. Hispana*, 1948, t. VI, p. 88, n. 31.291. P. Melchior

1810. — Maynard Geiger, O.F.M., *The scholastic Career and preaching Apostolate of Fray Junípero Serra, O.F.M., S.T.D., (1730-1749)*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 65-82.

Primus Juniperi Serra, O.F.M.Obs., biographus (cf. Francisco Palau, O.F.M.Obs., *Relación histórica de la vida y apostólicas tareas del venerable P. Fray Junípero Serra,* México, 1787, Madrid, 1944), cum opus suum sodalibus Maioricae in primis destinaret, illas notitias praetermisit quae res in Maioricensi insula gestas referrent, quippe quae lectoribus magis notae erant. Nunc autem A. hanc lacunam explere studuit, et reapse finem sibi praestitutum assecutus est; siquidem accurata archivorum exploratione certas omnino notitias affert de curriculo studiorum Juniperi Serra, de sacris ordinibus ab eodem susceptis, de magisterio in coenobio Palmae (1740-1743) et in Urbis athenaeo (1744-1749), necnon de praedicationis apostolatu, quem eodem tempore exercuit. Haec erudita dissertatio omnem meretur laudem. P. Melchior

1811. — Edith Webb, *Agriculture in the Days of the Early California Padres,* in *The Americas,* 1947-48, t. IV, p. 325-344.

Medio saec. XVIII Fratres Minores in Mexico artem agrariam excolebant, et quum an. 1769, praeside Junipero Serra, ad Californiam superiorem pervenerunt, indigenis hanc eandem artem tradebant exercendam, uberibus collectis fructibus; idque tam ex missionariorum relationibus quam ex aliis fontibus historicis compertum erat; verumtamen A. ad eandem pervenit conclusionem ex examine operis scripti ab A. de Herrera, cui titulus: *Agricultura general que trata de la labranza del campo, crianza de animales, propiedades de las plantas,* Madrid, 1777; quo quidem opere missionarii Californiae utebantur, uti ex exemplaribus in eorum bibliothecis adservatis apparet. A. examini subiecit illud quod penes se habebat an. 1797 Antonius Jaime, O.F.M.Obs., operarius evangelicus in missione vulgo *La Soledad* ab an. 1796 usque ad an. 1821; nunc vero in museo missionis S. Barbarae prostat. P. Melchior

1812. — Charles J.G. Maximin Piette, O.F.M., *Two unknown Manuscripts belonging to early California,* in *The Americas,* 1946-47, t. III, p. 91-101.

1813. — Idem, *An unpublished Diary of Fray Juan Crespi, O.F.M.* (*San Diego to Monterey, April 17 to November 11, 1770*), in *The Americas,* 1946-47, t. III, p. 102-114, 234-243, 368-381.

Fontes historici ad historiam missionum franciscalium in California illustrandam exarati a sodalibus O.F.M. Junipero Serra et Joanne Crespi iam noti erant (cf. *Collect. Franc.,* 1951, t. XX, p. 105-106); A. in publica civitatis New York bibliotheca feliciter alia apographa invenit, quae magni sunt momenti. Etenim huiusmodi *Diaria* Joannis Crespi an. 1786 exscripta sunt et codex refert *Diarium* an. 1780 hucusque ignotum. Pariter *Diarium* Juniperi Serra, complectens eventus a die 28 martii usque ad diem 2 iulii an. 1769, exscriptum est anno circiter 1787; porro hoc documentum servabatur solummodo in apographo facto ante diem 11 febr. an. 1770 a Joanne Gonzalez Vizcaino, O.F.M.Obs., et adservato in Chicago, *Newberry Library, Edward E. Ayer Collection.*

Ex codice in bibliotheca civitatis New York nuper ab A. invento transcribitur textus *Diarii* Joannis Crespi, quod res gestas refert a

die 17 apr. usque ad diem 11 nov. an. 1770. Transcriptio est fidelis, sed animadversionibus criticis vel philologicis destituta.

P. MELCHIOR

1814. — MAYNARD GEIGER, O.F.M., *Important California missionary dates determined*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 287-293.

Inspectis et examinatis fontibus parum notis vel hucusque nondum editis A. accuratius describere potuit notitias chronologicas illustrium missionariorum franciscalium FRANCISCI PALOU et FIRMINI FRANCISCI DE LASUEN; uterque in Californiam pervenit an. 1773; primus obiit die 6 apr. an. 1789; alter vitam clausit die 27 iun. an. 1803.

P. MELCHIOR

1815. — M. SZYCH, O.F.M., *In the dust of years*, in *Portiuncula Rev.*, 1947, t. XI, p. 57.

Ostenditur alacritas educativa Fratrum Minorum in missionibus; agitur praesertim de JUNIPERO SERRA, O.F.M.OBS., cuius institutiones Americae Septentrionalis progressus efficaciter permiserunt (Cf. *Round Table Franc. Research*, 1948, t. XIII, p. 84). P. JULIANUS EYMARD

1816. — MAYNARD GEIGER, O.F.M., *The Mallorcan Contribution to Franciscan California*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 141-150.

Ex 128 sodalibus missionariis O.F.M.Obs., qui ex collegio S. Ferdinandi (México) ad Californiam an. 1769-1853 profecti sunt, sexdecim ex insula Maioricensi oriundi erant, quorum catalogus ab A. accurate conficitur, significando uniuscuiusque diem natalem et obitum, loca ab ipsis evangelizata et dotes praecipuas, quibus praediti erant.

Praecellens eorum magister et dux exstitit JUNIPERUS SERRA († 1784). Ante id vero tempus inclaruit quoque ANTONIUS LLINÁS, O.F.M.OBS. (1635-1693), item Maioricensis et insignis missionarius (p. 141-143), qui quamvis ad Californiae plagas numquam appulerit, institutione tamen Collegiorum missionum de Propaganda Fide, quorum primum in civitate Mexicana Querétaro, 1681-1683) erectum est, iter sodalibus religiosis paravit. Cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 665-666; *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-39), p. 73* s., n. 190 et 191. P. MELCHIOR

1817. — P.M. DUNNE, *The record book of a Lower California mission*, in *Mid-America*, 1947, t. XXIX, p. 185-200.

Jesuitarum novitiatus, in civitate Los Gatos, California, pretiosum manuscriptum codicem possidet, scilicet *Libro di difuntos y casamientos* stationis quae dicitur Santa Rosalia Mulegé; incipit ab anno 1705 et protrahitur usque ad annum 1845. Tres periodi distinguuntur: periodus jesuitica (1705-1768), periodus franciscana (1768-1773), periodus dominicana (1773-1845); de prima praesertim disseritur. Obiter nominantur FRANCISCUS PALOU, O.F.M.OBS. (p. 185, 198), et IGNATIUS LASTÓN, O.F.M.OBS., (p. 197). P. JULIANUS EYMARD

1818. — I. OMAECHEVARRÍA, O.F.M. *Sangre vizcaina en los pantanos de la Florida: Fray Francisco de Beráscola, O.F.M. (1564-1597), mártir, natural de Gordejuela (Vizcaya)*. Vitoria, Ed. Católica, 1948. In-8°, 214 p. cum ill.

1819. — I. OMAECHEVARRÍA, O.F.M., *Fray Francisco Beráscola, mártir de la Florida*, in *Ecclesia (Madrid)*, 1947, p. 254, 279.

1820. — J.J. BTA. MERINO Y URRUTIA, *Misioneros españoles del siglo XVI: Fray Baltasar de Castro, O.F.M.*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. 406-407.

Id unum de hoc missionario in hanc diem cum certitudine statui potuit, scil.: an. 1587 in Florida, Americae Septentrionalis regione, ob fidei praedicationem a barbaris cumprehensum et in ignem proiectum esse. P. MELCHIOR

1821. — MARCK F. BOYD, *Enumeration of the Florida Spanish Missions in 1675*, in *The Florida Historical Quarterly*, 1948, t. XXVII, p. 181-188.

1822. — JOHN M. LENHART [OF REIFFENBERG], O.F.M.CAP., *The double jurisdiction in French Louisiana (1722-1766)*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 344-347.

Rex Galliae an. 1722 missionem Capuccinorum in Louisiana sub iurisdictionem episcopi Quebecensis posuit. Cum an. 1741 episcopus PONTBRIAND quendam Societatis Jesu sodalem nominaret vicarium suum generalem in New Orleans, Capuccini per 15 annos se submittebant, deinde vero huiusmodi iurisdictione se subtrahere incipiebant. Episcopo excomunicationem ipsis intentante, omnes quidem, praeter unum qui in exsilium mox expellitur, cedebant, mense autem septembri 1757 Parisiis declaraverunt se e colonia profecturos esse. Tunc gubernium Gallicum intervenit et Capuccinorum privilegia, an. 1725 a rege ipsis concessa, iterum confirmavit, frustra deinde protestante, tum Parisiis tum etiam Romae, episcopo Quebecensi, qui an. 1760 mortuus est.

Cum plures historiae missionis in Louisiana descriptores, uti recentius ROGER BAUDIER, *The Catholic Church in Louisiana* (New Orleans, R. Baudier, 1939, 605 p.) Capuccinos de seditione accusent, A. iuxta CLAUDE VOGEL, O.F.M.CAP., *Capuchins in French Louisiana* (Washington, 1928), p. 181 s., clare ostendit, Capuccinos nullo modo contra auctoritatem ecclesiasticam temerarie se gessisse, immo ipsos propugnatores fuisse iurisdictionis S. Congregationis de Propaganda Fide contra episcopos Gallicanismo imbutos, qui an. 1712-1758 etiam apostolatum Fratrum Minorum Recollectorum in Cape Breton et insulis orientalibus Canadae disturbabant. P. BONAVENTURA

1823. — *Golden Jubilee: Franciscans in Arizona, 1897-1947.* Edited by THOMAS S. SHIYA. Phoenix, Ariz., St. Mary's, 1947. In-8°, 40 p. cum ill.

1824. — *Metodo d'evangelizzazione Francescana fra gli Indiani d'America*, in *Missioni Francescane*, 1948, t. XXIV, p. 124-126.

Religio Indorum vulgo Navajos in Arizona, in parte meridionali Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, simplex est; id enim omnes imprimis quaerunt, ut poenitentiis, precibus, sacrificiis daemones repellantur. Itaque missionarii potissimum haec omnia ad Deum verum adorandum convertere student. Attamen difficultates

procedunt ex eo quod homines fusci coloris diffidunt hominibus coloris albi; quae suspicio nisi caritate bonitateque vinci non potest.

P. Julianus Eymard

1825. — *Een Missie bij de Navajos (Franciscanessen Missionarissen van Maria)*, in *Uit Verre Landen*, 1947, t. XXIX, p. 135-138.

1826. — Emanuel Trockur, O.F.M., *Fifty Years among the Navahos*, in *The Indian Sentinel* (Washington), 1948, t. XXVIII, p. 131-133.

1827. — *Metodi di evangelizzazione dei Francescani tra i Negri degli Stati Uniti d'America*, in *Missioni Francescane*, 1948, t. XXIV, p. 106-108.

Status et methodus apostolatus provinciarum Fratrum Minorum in Statibus Foederatis Americae Sept. inter nigritas breviter describuntur. Prov. S. Joannis Bapt. an. 1907-1946 erexit 20 paroecias cum 5 scholis, prov. Ss. Cordis Jesu an. 1932-1946 9 stationes cum 8 scholis, prov. Ss. Nominis Jesu an. 1933-1946 6 missiones cum 10 scholis. Circa methodum apostolatus, consilia generalia proponuntur, quae nigritarum indolem et condiciones proprias respiciunt.

P. Bonaventura

10. - *America Insularis*

Caribes Insulae

1828. — Berard Casper [of Racine], O.F.M.Cap., *Carib Heritage*, in *The Cowl*, 1947, t. XI, p. 3-4.

Narratur primo quomodo pagus vulgo dictus Orinoco, in insulis Caribes, conditus sit, postea quomodo hic praedicata sit primum lis Caraïbis, conditus sit, postea quomodo hic praedicata sit primum doctrina protestantium, deinde catholicorum, denique quomodo religio catholica vicerit. Missio Capuccinis provinciae Calvariensis committitur.

P. Julianus Eymard

Cuba

1829. — [Lázaro de Aspurz, O.F.M.Cap.], *El P. Francisco José de Jaca, impugnador de la esclavitud de los negros en el siglo XVII*, in *Bol. Ofic. Prov. Cap. Navarra Cant. Arag.*, 1947, t. II, p. 97-99.

Brevi calamo enarratur actio apostolica huius missionarii, qui postquam regionem vulgo Los Llanos (Venezuela) evangelizaverat, an. 1681 in insulam Cubae pervenit et exinde indigenarum libertatem propugnavit necnon nigritarum servitutem seu mancipationem acriter impugnavit, quam ob rem multa passus est et vinculis conicitur. Addere forsitan iuvabit quod documenta hanc quaestionem spectantia edidit John M. Lenhart, O.F.M.Cap., *Capuchin Champions of Negro Emancipation in Cuba (1681-1685)*, in *Franc. Studies*, 1946, t. VI, p. 195-217.

P. Melchior

Curaçao

1830. — *Curaçao 1899-1948*, in *Echo's uit de Missies*, 1948, t. XVII, p. 149-152, 164-165.

Agit de operositate missionaria Sororum Poenitentium Recollectarum de Roosendaal.

11. - *Asia Occidentalis - Asia Minor*

1831. — Barthélemy Héroux, O.F.M., *Diplomates et diplomatie dans le Proche-Orient*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 36-41, 47.

Non numerandus est S. Franciscus inter legatos, cum directe a Deo apud Sultanum missus sit. A Gregorio IX in Terram Sanctam annis 1231 et 1233, ut legati Fratres Minores mittuntur quorum nomina ab A. non memorantur. Anno 1440, cum Florentiae Concilium congregaretur, iterum missi sunt legati quorum dux erat Albertus de Sarteano, O.F.M.Obs., eodem tempore nominatus Commissarius Apostolicus. Anno 1517, Turcae imperium augere bello incipiunt et mox Constantinopolim in servitutem redigunt; hinc iam apostolicae legationes rarae factae sunt saltem usque ad annum 1815; tunc nominantur delegati apostolici et anno 1929 internuntiatura in Libano erigitur, anno autem 1947, in Aegypto. P. Julianus Eymard

1832. — Ignazio da Seggiano, O.F.M.Cap., *La medicina coefficiente dell'attività missionaria dei Cappuccini nel secolo XVII*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 1-10.

1833. — Idem, *I Cappuccini fra i contagiosi e gli schiavi nel medio Oriente*, in *Italia Franc.*, 1948, t. XXIII, p. 185-203.

Hi articuli editi sunt, paucis mutatis, in opusculo de quo *infra*, n. 1834.

1834. — Ignazio da Seggiano, O.F.M.Cap., *Opere assistenziali dei Minori Cappuccini nel Vicino Oriente nel secolo XVII*. Roma, « L'Italia Francescana » Editrice, 1948. In-8°, 41 p.

Saepe, in saeculorum decursu, ut Ecclesia graeca et Ecclesia latina iterum unirentur, multi conati sunt, qui conatus felicem exitum non habuerunt. Fratres Minores Capuccini ad eundem scopum se impenderunt non tantum mentes illuminando, sed corpora sanando, Christum imitantes qui de infirmis sanandis semper curam habebat. Ad hoc faciendum, primum Missionarii arti medicinae operam suam navaverunt, ita ut multi apud infideles peritorum medicorum famam mox mererentur. Praesertim commemorandi sunt Justinianus a Neuy-sur-Loire, Gabriel a Chinon, Joannes Baptista a Saint-Aignan, Georgius a Mossoul; huic caritati schismatici adversati sunt et obstiterunt, at frustra. Inter servos christianos quos Mahometani vendebant, aut quos in vincula coniciebant, missionarii maximan caritatem exercuerunt, sicut narrat Robertus a Dreux, O.F.M.Cap., in *Voyage en Turquie et en Grèce* (*1665-1669*), p. 54, Paris, 1925. Apud pestilentia aegrotantes Fratres Minores Capuccini saepe usque ad mor-

tem se dederunt; notandi sunt SILVESTER A SAINT-AIGNAN, anno 1670 mortuus, ELZEARIUS A SENSAY, qui, anno 1655, ter pestilentia affectus est. Multi alii nominantur (p. 35), sive Constantinopoli, sive Smyrnis, sive in insula Cypro, sive Cairi, Tripoli, Beyrouth, Damasci etc. In appendice editur quaedam epistula LUDOVICI-FRANCISCI A PARISIIS ad Ducem Tusciae COSIMUM (Firenze, *Arch. di Stato, Fondo Mediceo, Filza 1121*, fol. 143rv). P. JULIANUS EYMARD

Palaestina

1835. — DONATO BALDI, O.F.M., *La questione dei Luoghi Santi e la Custodia Francescana*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 12-39.

Cum Hebraei, iubente Societate Nationum, eos protegente Anglia, in Palaestinam regredi potuerint, subito Arabes annis 1921, 1926, denuntiarunt. Nunc Nationes Unitae in colloquia convenerunt et locus est commemorandae antiquae historiae Locorum Sanctorum. Haec historia in tres partes dividi potest: primum, arabica-aegyptia periodus (1187-1517), cum Fratres Minores, Graecis orthodoxis exclusis, a Sultanis quandam libertatem obtinuerunt; postea, periodus Turcarum (1517-1917) quae vidit pugnas acerbissimas inter Graecos et Fratres Minores qui a Galliae regibus adiuvabantur. Denique, ultima periodus quae Anglica dicitur (1917-1950) et multas spes delusit. Tota dissertatio haec, nitida claraque, questiones litesque Terrae Sanctae optime explanat et, fontibus monumentisque certis nixa, res gestas ad fidem historiae narrat et valde utilis erit iis qui de his rebus certiores esse voluerint. P. JULIANUS EYMARD

1836. — B. COLLIN. *Les Lieux-Saints*. Paris, Les Éditions Internationales, 1948. In-8°, 240 p. cum ill. et tab.

Nominantur Loci Sancti: Basilica Sancti Sepulcri, Coenaculum, Sepulcrum B.M. Virginis, Basilica Nativitatis. Usque ad saec. XIV Locorum Sanctorum problema non exsistit; notandum est tantum, anno 1342, Bullis CLEMENTIS VI *Gratias agimus* et *Nuper carissimae* Fratres Minores ad vicem Ecclesiae Catholicae accedunt, eiusque iuribus uti possunt debentque. Cum, saec. XIV, Turcae Hierosolymam atque Bethlehem occupaverunt, tunc Graeci Catholicos spoliare conati sunt, et Catholici, Galliae rege adiuti atque suffulti, adversus eos sua iura acerrime defenderunt. Post Gallicam subversionem, quaestio haec internationalis facta est, cum Gallia Catholicos, Russia vero Graecos tueretur, Turcarum imperio paulatim labente ac prope cadente. Denique, nostris temporibus quaestionem hanc solvendam suscepit Societas Nationum Unitarum (O.N.U.), cum Arabicae et nova Israelitica respublicae inter se contendant, Sedes Apostolica iura Ecclesiae Catholicae defendat, novusque status internationalis quaeratur, quin usque adhuc inveniri potuerit. Omnia haec A. minutissime examinat, monumentorum auctoritatem aut probat aut infirmat, ita ut uniuscuiusque iura clare nitideque delineentur.

De Fratribus Minoribus agitur, primum quando in Terra Sancta a Summis Pontificibus stabiliuntur (p. 33-53); deinde, anno 1537, omnes Franciscani in vincula conici a Sultano SOLIMANO iubentur (p. 63-65); postea, annis 1620-1638, quando Custos THOMAS OBICINI DE NOVARA adversus Graecos asperrimas pugnas

litesque sustinere debuit (p. 77-88); deinceps, annis 1869, 1873, 1901, quando, pluribus Fratribus Minoribus vulneratis aut etiam occisis, PROSPER DE MARENNES, O.F.M., cum consule Gallico A. BOPPE, legum internationalium codicem redigere incepit (p. 109). Denique, saeviente bello 1914-1918, Franciscani expulsi sunt, primum Gallici, postea Italici; sed, S. CIMINO, O.F.M., apud Sultanum intercedente, saltem Italici in Hierosolymis manere potuerunt (p. 118). Nunc Fratres Minores partem munusque difficile habent, nam ubique decertatur armis; exspectant ut leges internationales pacem concilient, et bella impediant.

P. JULIANUS EYMARD

1837. — THEODULUS VANHEIRHOM, O.F.M., *Le problème des Lieux-Saints à Jérusalem*, dans *La Voix de S. Antoine*, 1947-1948, t. II, p. 115-119.

De Locis Sanctis prima vice disceptatum est XVII saec., quando, Turci adiuvantibus, Graeci schismatici Catholicos expulerunt. Antea nullo modo disputatum erat, et Fratres Minores indubitati domini erant. Nunc coram Nationum Unitarum Societete (O.N.U.) pendens est iudicium. Summus Pontifex tantum petit, ut res restituantur sicut erant ante 1757. P. JULIANUS EYMARD

1838. — [PIUS XII], *Litterae Summi Pontificis Pii XII ad Min. Generalem O.F.M. circa Custodiam Sacrorum Locorum Terrae Sanctae*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 113-114.

Volvebatur anno 1947 sextum saeculum ex quo Fratres Minores potuere sacrum specus Bethlemiticum adservandum colendumque suscipere. Summae ac paene inhumanae difficultates evinci et superari debuerunt; sed semper his sacris locis debitus honor debitumque decus adfuerunt. Etiam hodie, cum res, propter bella ac politicas subversiones, difficillime geruntur, litterarum ludi, disciplinarum scholae, nosocomia aperiuntur, et peregrini hospitaliter excipiuntur. Obsecrantur ergo Fratres ut hac in causa, eorum operam praestare pergant. P. JULIANUS EYMARD

1839. — *L'VIII centenario della Basilica del Santo Sepolcro 1149-1949*, in *Oss. Rom.*, 1948, 7 nov., p. 3.

In hoc articulo commemorantur opera quae, saec. XIX, Fratres Minores inceperunt, ut Loca Sancta reficerentur.

P. JULIANUS EYMARD

1840. — *Les Franciscains gardiens officiels des Lieux Saints. Sixième centenaire de la Bulle de Clément VI, 21 nov. 1342*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 6-10.

In primis publicantur, gallice translatae, litterae quas PIUS XII Fratrum Minorum Ministro generali scripsit, cum occurreret CLEMENTIS VI Bullae sexcentesimus anniversarius dies; postea breviter explicantur res quae huius Bullae occasionem praebuerunt sicut et doctrina quae in ea continetur. P. JULIANUS EYMARD

1841. — A. ARCE, O.F.M. *Poggibonsi y los Franciscanos en Belén*. (Extract. « Tierra Santa », 23, 1948, 52-68). Jerusalén, Imprenta Franciscana, 1948.

1842. — A. ARCE, O.F.M., *Franciscanos españoles en Tierra Santa, 1787-1867*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1947, ser. 2, t. VII, p. 273-308.

Nunc primum typis editur codex adservatus Hierosolymis in archivo Procurare Terrae Sanctae, qui inscribitur: *Registro de los Religiosos españoles existentes en esta Sta. Custodia de Tierra Sta.* Catalogus huiusmodi magni momenti ad actionem apostolicam Fratrum Minorum illis in regionibus describendam continet 439 religiosos sodales secundum varias Hispaniae provincias distributos. Pretium editionis augetur animadversionibus criticis et biographicis ab Editore additis. Textum catalogi coepit scribere an. 1789 JOANNES DE RIBERA, O.F.M., eumque deinceps alii prosecuti sunt usque ad an. 1867.

P. MELCHIOR

1843. — A. ARCE, O.F.M., *El discretorio custodial de Tierra Santa de 1796 a 1865*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1947, ser. 2, t. VII, p. 98-101.

Regimen custodiae Terrae Sanctae definite statutum est a BENEDICTO XIV vi Brevis apostolici *In supremo* (7 ian. 1746); post dimidiatum autem saec. XVIII normae a Summo Pontifice traditae quoad sodales discretorii servari non potuerunt ob mutata rerum adiuncta; itaque a mense martio an. 1796 usque ad mensem ian. an. 1865 nullus ex Galliae provinciis alumnus electus est. Ex documentis in archivo custodiae Hierosolymis adservatis A. palam facit nomina eorum qui hoc temporis spatio munere vicarii et discretorum perfuncti sunt.

P. MELCHIOR

1844. — ROMAIN LÉGARÉ, O.F.M., *Le P. Frédéric* [*Jansoone, O.F.M.*] *et la Terre Sainte*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1946, t. XXIV, p. 233-238, 296-299; 1947, t. XXV, p. 13-15, 53-56, 118-120, 169-171, 276-280; 1948, t. XXVI, p. 9-10, 84-86, 236-238 (continuabitur).

Die 19 iun. 1946, FRIDERICI JANSOONE, O.F.M., causa introducta est, ut ille missionarius in Beatorum albo inscriberetur. Cum ipsi occasio praebeatur, A. contractam et adstrictam biographiam scribit ad usum vulgi. FRIDERICUS JANSOONE in civitate Ghyvelde (Belgio) natus est 19 nov. 1838. Novitius anno 1864, sacerdotio auctus 17 aug. 1870, militum capellanus annis 1870-1871, in Palaestinam 9 maii 1876 profectus, mox in Aegyptum missus est ubi gravi morbo affectus est; inde nominatur, primum, 13 ian. 1877, apud Sanctum-Sepulcrum, postea, 6 apr. 1877, Fratrum Doctrinae Christianae capellanus, denique anno 1878 missionarius in Terra Sancta. Eiusdem anni die 3 apr. Vicarius custodialis Terrae Sanctae eligitur. Tunc totam operam suam navat ut aedificentur ecclesiae, ut legationum commercium cum diversis nationibus in melius mutetur, et praesertim ut novum legum corpus redigatur quod sit difficultatibus subsidio. P. JULIANUS EYMARD

1845. — FR. ODULFO, O.F.M. *A Obra Pia da Terra Santa no Brasil.* (*Apontamentos históricos*). Primera Parte: *1615-1735.* Separata da revista *Sancta Cruz.* Divinópolis, 1947. In-8°, 174 p.

1846. — *Publicationes over onze Missiegebieden. D. Heilig Land*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 18, 98.

Opuscula vel commentariola, in ambitu prov. S. Joseph Ord. Fr. Minorum in Belgio de Terra Sancta an. 1947-1948 edita, enumerantur.

P. BONAVENTURA

Syria

1847. — *L'asilo della Croce di Djab-el-Dib*, in *Oss. Rom.*, 1948, 21 ottobre, p. 3.

Asylum factum est a Jacobo Haddad a Ghazir, O.F.M.Cap., quem vocant Libani Cottolengo; in eo gratuite curantur aegrotantes, assistuntur pauperes, instituuntur orphani. Ad hoc fundata est Congregatio Sororum Franciscanarum de Cruce Libani.

P. Julianus Eymard

1848. — Vital [de Ducos], O.F.M.Cap., *Que font nos missionnaires en Syrie?*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 122, p. 6-7.

In civitate Beyrouth, Fratres Minores Capuccini provinciae Lugdunensis duas paroecias gerunt, unam S. Ludovico, alteram S. Francisco dedicatas. Numerantur quattuor Tertii Ordinis Franciscani Saecularis fraternitates, duae linguae Gallicae, duae linguae Arabicae.

P. Julianus Eymard

1849. — Michel-Ange [de Saint-Étienne], O.F.M.Cap., *Lapides clamabunt* [*Balbek*], in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 123, p. 3-5.

1850. — *Nos missionnaires en Syrie. Deir-El-Salib*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 124, p. 2-3.

1851. — *Les Capucins au Liban. Mendiants et délinquants*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 128, p. 1-3.

Turcarum Respublica

1852. — Richard de Dinan, O.F.M.Cap., *Les capucins en Turquie*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 130, p. 6-7.

A. de paroecia S. Polycarpi, Smyrnae, scribit, cuius ipse est parochus et ubi sunt 1700 catholici. P. Julianus Eymard

12. - *Asia Centralis et Meridionalis*

Pakistan

1853. — *In the Land of the Sindh and the Baluchi. A Report on Catholic Activities in Sind and Baluchistan 1935-1947.* Compiled by order of the Rt. Rev. Mgr. Alcuin van Miltenburg, O.F.M., *Ecclesiastical Superior of Karachi.* Karachi, Rotti Press, 1947. In-8°, XII-147 p. cum ill.

Notitiis geographicis, linguisticis et ethnographicis de regionibus vulgo Sind et Baluchistan in Pakistan praemissis (p. 1-13), res olim gestae, praesertim saec. XVI-XIX, enarrantur (p. 14-20). Deinde publicantur plures articuli, quorum praecipua argumenta sunt: 22 iun. 1935, Fratres Minores prov. Neerlandicae Hispanis Jesuitis succedunt et in Sindensem regionem e navi egressi sunt (p. 25-29); paroecia S. Patricii in civitate Karachi, quae exemplar ceterarum considerari potest, describitur (p. 45-47); in eadem civitate christiana religio propagatur (p. 48-49); exponitur quod factum est de re intellectuali et

litteraria praesertim in Collegio S. Bonaventurae (p. 65-70), atque de re rustica (p. 79-86). Disseritur de clero indigena (p. 110-112) et in fine publicatur elenchus Sacerdotum et Fratrum qui in hac missione laborant.

P. JULIANUS EYMARD

1854. — FELIX [VAN IZEGEM], O.F.M.CAP. - ROGER [VAN IZEGEM], O.F.M.CAP., *Anarkali Mission, 1847-1947*, in *Collect. Punjab.*, 1947, t. II, p. 170-172.

Anarkali Missionis initia narrantur in quodam manuscripto composito anno 1858, cuius exemplar in Allahabadensi Missionum archivo conservatur. ADEODATUS, in Lucknow capellanus et Vicarius generalis Vicariatus Apostolici Agrensis, anno 1830, in Anarkali deputatus est ut plura matrimonia benediceret. Anno 1844, Episcopus JOS. ANT. BORGHI A LIVORNO, O.F.M.CAP., Romam petiit, et Lahorensem Missionem condere statutum est. FR. CAFFAREL, saecularis sacerdos, Gallicus, die 18 febr. 1847 in Lahore advenit et 9 apr. eiusdem anni terrenum ad ecclesiam aedificandam comparavit, quae ecclesia in Ascensionis festivitate benedicta est et anno 1861 praesenti ecclesia substituta est. Anno 1875, PATRICIUS KNARESBERO, O.F.M.CAP., primam scholam condidit. Duo orphanotrophia, alterum pro puellis, anno 1880, alterum pro pueris, anno 1893, condita sunt.

P. JULIANUS EYMARD

1855. — ANDRÉ DE L'ABEELE, O.F.M.CAP., *Un cinquantenaire: Sahowala*, in *Étendard Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 169-180.

Die 27 maii 1897, in loco Adah, in Punjabensi missione, benedicebatur ecclesia; anno sequenti, 20 aprilis, in loco vulgo dicto Sahowala, novam stationem condebat G. PELCKMANS, O.F.M.CAP., Lahorensis episcopus. Primus missionarius usque ad annum 1899 fuit ARCHANGELUS M. A TURNHOUT, O.F.M.CAP., cum Fratre MARTINO A WOMMELGEM, O.F.M.CAP.; usque ad annum 1907 (15 febr.) missionarii vices variaverunt et unus ex eis, FELIX AB ANTWERPEN, O.F.M.CAP., in hac missione res gestas scripsit; tunc 5 dec. 1907 advenit DEODATUS A SAVERNE, O.F.M.CAP., qui zelo suo omnia feliciter mutavit; post decm annos christianorum numerus duplex factus erat. Postea STANISLAUS A BORGERHOUT, O.F.M.CAP., ab anno 1917 usque ad annum 1944 missionarium opus continuavit et nunc BENNO AB HERENTALS ei succedit. Missio multum floret et in optima spe ponitur.

P. JULIANUS EYMARD

1856. — *The Punjab Vernacular Catholic Truth Society, Lahore*, in *Collect. Punjab.*, 1947, t. II, p. 173-174.

Haec societas fundata est mense octobri 1913; eius scopus est scripta catholica inter Indos catholicos diffundere. Huius societatis ope, Novum Testamentum translatum est in lingua vernacula vulgo dicta Urdu; Evangelia translata sunt in lingua vulgo dicta Gurmukhi; item translata sunt *Imitatio Christi* et S. FRANCISCI *Fioretti*. Plurima opuscula publicata sunt, quibus Protestantium argumenta refelluntur.

P. JULIANUS EYMARD

India: Generalia

1857. — HERNANI CIDADE, *O « Itinerario » de Fr. Gaspar de S. Bernardino*, in *Portugal em Africa*, 1948, t. V, p. 129-139.

GASPAR A S. BERNARDINO habitum franciscalem sumpsit an. 1593 et an. 1606 post longum iter in Lusitaniam revertitur, cuius itineris vicissitudines descripsit in opere: *Itinerario da India por terra atè este Reino de Portugal com a descrição de Hierusalem*, Lisboa, 1611, ex quo volumine A. fragmenta quae magis utilia ipsi visa sunt excerpsit et transcripsit. P. MELCHIOR

1858. — A. LOURENÇO. *Utrum fuerit schisma post Breve « Multa praeclare » usque ad annum 1849*. Dissertatio ad lauream in Facultate Pontificia Universitatis Gregorianae. Goae, Apud Aedes Seminarii Racholensis, 1947. In-8°, XII-283 p.

Ineunte saec. XIX, Reges Lusitaniae iure patronatus gaudebant, scilicet praesentandi personas idoneas ad episcopatum. Erant tunc quattuor dioeceses, nempe Goana, Cranganorensis, Coccinensis, et S. Thomae de Meliapor. Annis 1833-1836, inconsulto Rege Lusitaniae, GREGORIUS XVI quinque Vicariatus apostolicos instituit; Ordinariis Coccinensi, Meliaporensi, Cranganorensi iurisdictionem ordinariam ademit; ademit quoque iurisdictionem metropolitanam Archiepiscopo Goanensi. Inde contentio. Ordinarii Goanenses se gesserunt, quasi Vicariatus apostolici non essent erecti, et interdixerunt missionariis ne Vicariis apostolicis se submitterent. Cui schismati A. operam suam applicat.

In priore parte, quae nuncupari potest historica, exponitur origo Vicariatuum, eorundem erectio sicut et historia gubernationis Goanensis Archiepiscopi (sectio I); deinde quaeritur utrum verae sint causae allatae pro Vicariatuum erectione (sectio II). In secunda parte, quae potius dici potest canonica, expenditur utrum derogatio iuris patronatus fuerit valide et licite facta. In tertia parte, quae vocari potest theologica, resolvitur quaestio haec: utrum fuerit schisma Goanum. Ita vero A. concludit: « Oppositio, licet excusari nequeat, quia valide et licite derogatio fuerit promulgata, nullatenus tamen appellari potest schisma proprie dictum, cum nullus detrectaverit Romano Pontifici subesse aut cum aliis fidelibus communicare. Veruntamen oppositio auctoritatum Goanarum et quorundam sacerdotum obiective loquendo nuncupari potest schisma improprie dictum... Sed subiective considerando, videntur omnes bona fide se gessisse ». Adversus quam conclusionem insurgit quidam anonymus historicus scriptor (in *Portugal em Africa*, 1951, t. VIII, p. 65), contendens probare nullum fuisse schisma, dum e contra N. KOWALSKI, O.M.I., in thesi nondum typis mandata (*Die Errichtung der Apostolischen Vikariate in Indien 1834-1838 nach den Akten des Propaganda-Archivs*, Roma, 1940), scribit A. bibliographiam vere incompletam esse et conclusiones nimis laxas fluctuantesque. - De Capuccinis agitur p. 8-11, quando A. de Vicariatu apostolico Madraspatano disserit. Huius Missionis fundator fuit, anno 1642, EPHREM A NEVERS, O.F.M.CAP.; usque ad annum 1787, Gallici Capuccini eam rexerunt; post hoc tempus, Capuccini Italici; circa annum 1805, inter missionarios exortae sunt plures contentiones ad quas dirimendas Sancta Sedes, anno 1816, mittit Delegatum apostolicum; iste, legatione peracta, relationem publicavit in qua dicebat Ordinarium, in ista Missione, omnes sibi submitti velle, nulla habita ratione iurium Capuccinorum, dum Capuccini dicebant se tantum a Congregatione de Propaganda Fide pendere.

P. JULIANUS EYMARD

1859. — E. PELLEGRINO, S.J., *Libertà nella libera India*, in *Gentes*, 1946-1948, t. XXII, p. 169-198.

1860. — FÉLIX A. PLATTNER, S.J., *Optimisme ou pessimisme? La situation de l'Église aux Indes*, in *Bull. Missions*, 1948, t. XXII, p. 280-291.

1861. — *Catholic Directory of India, Pakistan, Burma and Ceylon*. Madras, The Good Pastor Press, 1948. In-8°, XIII-730 p.

1862. — PETRUS PUTHOTA RAYANNA, S.J. *The indigenous religious Congregations of India and Ceylon*. Madura, De Nobili Press, Tallakulam, 1948. In-8°, 228 p.

1863. — LEO P. KIERKELS, C.P. *To Commemorate the Sixtieth Anniversary of the Catholic Hierarchy in India and Ceylon. Some hitherto unpublished and other relevant Documents, with an Introductory Study and Notes. 1886-1946*. Bangalore, Good Shepherd Convent Press, s.a. In-4°, 80 p.

1864. — D.J. DELACROIX, O.S.B., *Possibilités monastiques aux Indes et en Extrême Orient*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 127, p. 11-12; n. 129, p. 1-3.

Tres regiones distingui possunt, illae quae paganae sunt et materialistae, illae quae paganae sunt, sed spirituales, illae quae sunt christianae. In primis monasteria condi possunt, sive agricolarum, sive intellectualium virorum, qui quandam auctoritatem sibi acquirere poterunt, non praedicando, non sacramenta administrando, sed tantum ipsorum operam sive agrariam, sive intellectualem navando. In aliis, ubi Deus propter semetipsum quaeritur et ubi contemplatio propter semetipsam colitur, monasteria condi possunt, dummodo non praesertim de dogmatibus agatur, sed de abnegatione et de Domini servitio. In ultimis, monasteria facile condi possunt, ut experientia patet, cum Carmelitarum conventus his in regionibus floreant.

P. JULIANUS EYMARD

1865. — S.P. MULLIGAN, O.F.M.CAP., *India and its Missions*, in *The Capuchin Annual*, 1946-1947, t. XVII, p. 291-297.

Postquam Indiae physicam speciem descripserit, moresque incolarum depinxerit, A. dicit, iuxta ultimum censum, in Indiis adesse 7.250.000 christianorum, quorum 4.000.000 catholicorum. Missio Delhi-Simla, quae A. concreditur, inter recentiores computari potest. Eius hominum multitudo 6.000.000, quorum 4.000.000 mahumetanorum et quasi 2.000.000 hindustanorum; adsunt tantum 22.000 christiani, inter quos 11.000 catholici. Tria hominum genera distinguuntur: milites, mercatores, agricolae; quartum genus hominum adiungitur, quod aliorum servum est. Quae genera inter se nullas nonnisi necessarias relationes habent, et ultimum miserrimam vitam agit.

P. JULIANUS EYMARD

1866. — PIUS XII, *Epistula ad Exc.mos PP.DD. Indiarum Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque locorum Ordinarios: De Actione catholica in Indiis promovenda*, in *Acta Apost. Sed.*, 1948, t. XL, p. 328-331.

Nunc in Indiis multum profecit religio catholica, ita ut nuper regionis episcopi catholicam actionem super indiana fundamenta condere potuerint. Nunc Indiae libertatem compararunt, unde catholi-

cae hierarchiae nova parta sunt officia. Ardenter petit Summus Pontifex ut quisque episcopus in sua dioecesi actionem catholicam promoveat, illam cum Indiarum centrali comitatu semper coniunctam teneat eiusque sodales ita efformet ut eorum praedilecta sententia sit semper sentire cum Ecclesia. P. JULIANUS EYMARD

1867. — *The Capuchins of India*, in *Round Table Franc. Research*, 1946-1947, t. XII, p. 67-71.

Fratrum Minorum Capuccinorum Missiones in India Septentrionali, sub XIX saec. finem, usque ad nostra tempora collocantur. Anno 1922, Commissariatus Indiarum conditur qui committebatur provinciae Parisiensi; novitiatus, anno 1930, in Mangalore (India Meridionali) fundatus erat; anno 1932, in Quilon studentium conventus construebatur et anno 1937 alia domus aedificabatur in civitate Alwaye, quae tamen paulo post Sororibus S. Clarae relinquebatur. Novus locus ergo quaerendus erat, qui fuit Srirangam. Denique in Goa, aedificium exstruitur, quod seraphica schola erit. Novus Indiarum Commissariatus 40 Patres, 25 studentes, 30 Fratres laicos, 10 novitios computat. P. JULIANUS EYMARD

1868. — *Franciscans in India*, in *Voice of Assisi* (*Srirangam, Trichinopoly*), 1947, t. XII, p. 7, 10, 26, 28, 35-36, 59-60, 68-69, 75, 85-86, 100-101, 123-124, 151, 154, 165-166; 1948, t. XIII, p. 12-13, 26-27, 43-44, 61-62, 92-93, 102-103, 115-116, 132-133, 147-148, 170-171.

Proponuntur breves et utiles notitiae de sequentibus argumentis franciscanis in India vel Pakistan: 1) Bellary, Missio O.F.M.; 2) Karachi, Missio O.F.M.; 3) Mount Poinsur, Congregatio Fratrum Missionariorum S. Francisci (C.M.S.F.) Tertii Ord. Reg.; 4) historia Ord. Fr. Minorum Capuccinorum in India; 5) Commissariatus prov. O.F.M. Cap. in India; 6) Agra, Missio O.F.M.Cap.; 7) Allahabad, Missio O.F.M.Cap.; 8) Lahore, Missio O.F.M.Cap.; 9) Ajmer, Missio O.F.M. Cap.; 10) Dehli-Simla, Missio O.F.M.Cap.; 11) Lucknow, Missio O.F.M.Cap.; 12) Jhansi, O.F.M.Cap.; 13) Gorakhpur-Benares, Missio O.F.M.Cap.; 14) Summarium operositatis Primi Ordinis Franciscalis in India; 15) Moniales Ord. S. Clarae primum in Pegu in Burma, deinde in monasterio Alwaye (Travancore, India); 16) Moniales Franciscanae de Ss. Sacramento, II Ord., cum domibus in Dacca (Pakistan Orientalis) et in Quilon (Malabar); 17) Sodales T.O.Reg., prov. Ss. Cordis Jesu in Pennsylvania, qui in Bhagalpur in Missione Patna ab an. 1938 apostolatui incumbunt; 18) Missionariae Franciscanae de S. Maria, quae in Pakistan quinque, in India 31 domos habent; 19) Sorores T.O. de S. Cruce de Menzingen, quae sedes habent in India et in Ceylon; 20) Sorores Franciscanae S. Mariae de Angelis (Angers) in India. P. BONAVENTURA

1869. — ANTONIUS [VAN MECHELEN], O.F.M.CAP., *De Indische Capucijnenprovincie*, in *Franc. Standaard*, 1947-48, t. XLIX, p. 19-21.

Breves notitiae de Commissariatu provinciali O.F.M.Cap. in India, extractae e *The Voice of Assisi*, 1947, t. XII, p. 68 s. et 75 (cf. *supra*, n. 1868). P. BONAVENTURA

1870. — MARIE-URBAIN [DE LA NARVILLY], O.F.M.CAP., *Amalashram*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 13-14.

Amalashram est unus e sex conventibus Commissariatus Fratrum Minorum Capuccinorum in Indiis; situs est in civitate Srirangam, prope flumen Cauveri. P. JULIANUS EYMARD

1871. — *Départ de Franciscaines Servantes de Marie missionnaires aux Indes*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 124, p. 7-8.

1872. — MARIE ÉGIDE [DE SAINT-GERMAIN-DU-VAL], O.F.M.CAP., *La charité conquérante, Thandla*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 11-12.

1873. — AMAND [DE LA JUMELLIÈRE], O.F.M.CAP., *La caste des Minas. Un nouveau centre d'apostolat aux Indes*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 13-14.

In Indiis gravissima quaestio est illa quae de tribubus ponitur. Dicit A. illam solvi posse, si eligitur tribus quae, in medio stans, auctoritatem habere potest tum apud pauperiores, tum apud ditiores; tribus autem Minas hanc condicionem implet; agricolas comprehendit, qui usque adhuc nihil de christianismo audierunt; in primis de pueris instituendis cogitandum est, sed vigent plurimae difficultates, inter quas maxima est magistrorum idoneorum carentia.

P. JULIANUS EYMARD

1874. — AMAND [DE LA JUMELLIÈRE], O.F.M.CAP., *Une promenade [dans le Rajpoutana]*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 126, p. 12-13.

1875. — AMANDUS [OF LA JUMELLIÈRE], O.F.M.CAP., *In search of a cast*, in *The Cowl*, 1948, t. XII, p. 162-163.

Breviter Anglica lingua contrahitur articulus iam Gallice editus in *Miss. Cap.*, 1947, t.XXVII, n. 125, p. 13-14, sub titulo *La caste des Minas. Un nouveau centre d'apostolat aux Indes* (cf. n. 1873).

P. JULIANUS EYMARD

1876. — *Le courrier des Missions*, in *Prop. Trois Ave*, 1947, t. XLVI, p. 17-20, 71-74, 127-130.

Publicantur variae epistulae a Gallicis missionariis ex Indiis scriptae.

India: Particularia

1877. — FULGENTIUS [OF CAMUGNANO], O.F.M.CAP., *Bishop Hartmann*. Allahabad, The Indian Press, 1946. In-8°, VIII-453 p. cum ill.

Haec insignis clarique missionarii biographia ad vulgi intentionem scribitur; nullo scientifico apparatu illustratur et monumentorum citatorum fontes non indicantur; summaria bibliographia imperfecta tantum adiungitur (p. 447-452). Postquam narrantur infantia, adulescentia, in Ordinem ingressus (an. 1822), philosophiae theologiaeque studia sicut et prima munera religiosa in Helvetica provincia (p. 1-28), postquam quoque in Patnensi Vicariatu apostolica alacritas describitur (p. 29-68), A. praesertim operam suam praebet ad Bom-

bayensem periodum explicandam: huius dioecesis historia statuque plus minusve elucidatis (p. 69-78), disseritur in primis de diversis interioribus difficultatibus (Carmelitis expulsis, parochialis ecclesiae « Esperanca » dictae parochi nominatione, ephemeridis *The Bombay Catholic Examinor* creatione, Hibernorum gregalium factione etc.; p. 79-122); postea de difficultatibus agitur quae Goanense schisma sequebantur (p. 123-179); denique ANASTASII HARTMANN pastoralis officiosa sedulitas ostenditur (p. 180-253). Tunc temporis Episcopus Romam, tanquam Missionum procurator, regreditur (p. 254-257), deinde in dioecesim Patnensem iterum vadit (p. 258-277) et animam suam Deo reddit 24 apr. 1866 (p. 365-383). Pauca de hac biographia dicenda sunt; forte A. non satis de scientifica actione loquitur; de iis quae Goanense schisma spectant, non satis clare nitideque scribit: charta geographica desideratur, ut res gestae facilius intelligantur. Dicendum est, tamen, illustris episcopi magnificae indoli aliquid lucis afferri eiusdemque et virtutem et fortitudinem egregie illustrari.

P. JULIANUS EYMARD

1878. — ADELHELMUS JANN A STANS, O.F.M.CAP. *Monumenta Anastasiana. Documenta vitam et gesta Servi Dei Anastasii Hartmann, O.F.M.Cap., Episcopi (1803-1866) collustrantia.* Pars Prima: *Negotia quae Servus Dei Episcopus Anastasius Hartmann, O.F.M.Cap., gessit cum Summis Pontificibus, S.R.E. Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis atque Ordinum Religiosorum Superioribus.* Volumen V: *Ab anno 1863 ad annum 1866.* Editio mere privata. Luzernae (Luzern), Apud Curiam Provinciae Helveticae O.F.M.Cap., Kapuzinerkloster Wesemlin, 1948. In-8°, XLVIII-1319 p.

Editor, qui die 30 dec. 1945 obiit (cf. *Collect. Franc.*, 1945, t. XV, p. 271), hoc quintum volumen *Monumentorum Anastasianorum*, iam prelo paratum, typis excusum nondum vidit. Itaque CRISPINUS MOSER AB APPENZELL, O.F.M.CAP., laborem non parvum in se suscepit curandi, ut quintum et ultimum volumen primae partis a P. ADELHELMO typographo transmissum, adiectis quidem in initio memoriis de vita et scriptis eiusdem P. ADELHELMI (p. IX-XXII) et in fine *Additamento Societatis Jesu*, modo adhuc sueto in lucem ederetur. Hoc volumen continet 310 documenta secundum rationem temporum disposita, quorum 131 de Vicariatu apostolico Patnensi tractant (1863-1866), 61 de morte (1866) et de iis quae mortem consecuta sunt (1867-1921), 118 ex Archivo generali Societatis Jesu desumuntur. In fine, Appendix 33 documenta continet quae in primis voluminibus locum non habuerunt ab anno 1857 usque ad annum 1919. Sic concluditur prima pars huius collectionis. Optamus ut secunda mox edatur, ut de egregia heroicaque virtute venerabilis episcopi Capuccini rectissime iudicetur in sancta Ecclesia Dei.

P. JULIANUS EYMARD

1879. — JEAN [DE NEW-CARLISLE], O.F.M.CAP., *Un pionnier des missions aux Indes, Mgr Anastase Hartmann, Capucin,* in *Ann. Rép.*, 1947, t. XXII, p. 246-248.

1880. — *L'œuvre apostolique de Mgr Hartmann,* in *Echo S. François*, 1948, t. XXXVIII, p. 186-189, 218-220.

1881. — François d'Oudezeele, O.F.M.Cap., *Ex Relatione Missionis Ajmerensis, 1945-1947*, in *Anal. Min. Cap.*, 1948, t. LXIV, p. 50-53.

Missio Ajmerensis, adnumerat 30 sacerdotes Capuccinos, 4 fratres laicos, quorum 1 indigena, 20 sacerdotes saeculares Indicos, 4 sacerdotes et 2 fratres Societatis Jesu, 5 fratres Hibernicos Doctrinae Christianae. Adsunt duae congregationes indigenae Religiosarum, altera « Mission Sisters » cuius 10 sorores in Parbatpura et Bhawanikhera laborant, altera « Prabhudasi » (Servae Dei) aut « Bai », cuius sorores mulierum instructioni in pluribus pagis operam dant. Insuper duae congregationes Gallicae, « Les Sœurs de l' Esvières » et « Les Petites Sœurs de Saint François », suam operam navant, altera in puellarum disciplina et institutione, altera in aegrotantium cura. Diversa opera sic distinguuntur: Ferroviae christiani qui in tribus stationibus congregantur: Abu-Road, Gangapur, Phalera cui annectitur Neemuch; his stationibus diversi pagi committuntur; Veteres christiani inveniuntur in Jaipur (182 fideles) ubi est schola 196 alumnos computans, in Jodhpur (314 fideles) cuius scholae secundaria 243, elementaris vero 77 discipulos adnumerant, in Mont-Abu (251 catholici) quae duas scholas habet, alteram puellarum cum 66 alumnis, alteram puerorum cum 119 scholaribus, in Nasirabad ubi adsunt 30 catholici. In civitate Ajmerensi exstat Ecclesia cathedralis cum 2015 fidelibus et Seminarium Minus cum 30 seminaristis. Non adest Seminarium Maius; sunt qui laborent sive in Maiori Seminario Pontificali Kandi sive in Mangalore. P. Julianus Eymard

1882. — François-Regis [du Loscouet], O.F.M.Cap., *La mission d'Ajmer. Cinquante d'ans d'apostolat*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 126, p. 15-16.

Mense oct. 1880, Missio Ajmerensis in Indiis a Leone XIII provinciae Parisiensi O.F.M.Cap. committebatur. Anno 1946 autem, post 55 annos, clero indigenae concreditur. Ab an. 1880 usque ad 1903, prima missionarii apostolatus experientia infelicem successum habuit. Anno 1903, Praefectus Apostolicus, nuper electus, H. Caumont, (Fortunatus a Tours) O.F.M.Cap., intelligit primum de clero indigena instituendo agendum esse. Ad hoc operam suam fortiter pertinaciterque navavit, et anno 1930, quando mortuus est, iam clerus indigena florebat. Nunc Missio Ajmerensis adnumerat 10 stationes, 60 sacerdotes, 35 religiosas europaeas, 200 religiosas indigenas, 125 scholarum magistros et plurimas scholas collegiaque.

P. Julianus Eymard

1883. — Diego-Joseph [de Louplande], O.F.M.Cap., *Une œuvre de toute actualité: le séminaire d' Ajmer*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 127, p. 5-6.

Ab anno 1930, in seminario Ajmerensi 27 alumni sacerdotio aucti sunt, plures in clero regulari. P. Julianus Eymard

1884. — *Petites Sœurs de Saint François missionnaires aux Indes*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 122, supplément non paginé, 8 p.

1885. — *Abdala*, in *Miss. Cap.*, 1947, t.XXVII, n. 122, p. 8-10.

Abdala est novissima statio in Ajmerensi dioecesi a DONATIANO A NANTES, O.F.M.CAP., condita; multa passa est, et schola quae 50 discipulos numerabat, tantum 2 nunc computat. P. JULIANUS EYMARD

1886. — SÉBASTIEN [DE LUITRÉ], O.F.M.CAP., *Narbadkhera*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 122, p. 10-11.

Hoc petentibus ipsis paganis, in Narbadkhera, Ajmerensis dioecesis, nova statio construitur; hoc procedit ex caritate quam habuerunt in nosocomio FR. HILARIUS A PLOUBEZRE, O.F.M.CAP., FR. CLAUDIUS A CEUTON, O.F.M.CAP., atque indianus P.A. MONTEIRO A MANGALORE, O.F.M.CAP. P. JULIANUS EYMARD

1887. — FRANÇOIS GABRIEL [DE PARIS], O.F.M.CAP., *Comment ils meurent... Mahuri*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 124, p. 5-6.

Narratur mors EVANGELISTAE A VILLEMOMBLE, O.F.M.CAP., 4 iun. 1947.

1888. — FRANÇOIS-REGIS DU LOSCOUËT, O.F.M.CAP. *La trouée. Le P. Charles. Missionnaire Capucin, apôtre des Bhils et des Bhilalas de l'Inde centrale*. Paris, Librairie Saint-François, 1947. In-8°, 195 p.

Anno 1896, CAROLUS A PLOEMER, O.F.M.CAP., ut tribubus Bhils et Bhilalas evangelizaret, designatus est. Apud hos paganos, qui nunquam usque adhuc catholicum missionarium viderant, usque ad annum 1922 permansit; post difficile initium (1896-1902), propter gravissimam famem tunc saevientem, orphanotrophium condidit quod iam plures christianas familias instituere permisit; postea, ad curandos aegrotantes domos aedificavit, sicut ad iuventutem docendam scholas construxit. Sed omnia haec felicem exitum exspectatum non habuerunt et anno 1922 missionem suam relinquere debuit et, peregrinus missionarius factus, in diversis locis diversas stationes fundavit, quibus deinde alii missionarii incrementum attulerunt; sic, eo cogente, initium habuerunt stationes Barwani, Rambhapur, Ambapara, Palasdor, Asrapara, Jhabua; in fine, post diuturna et fecunda itinera, CAROLUS A PLOEMER, 7 augusti 1941, in Domino obdormivit. Si eius alacritas absque errore non fuit, quod A. fideliter confitetur (p. 83), ipsius methodus paulatim et melior et efficacior facta est (p. 122-126) et Missioni huic magnum impetum dedit, ita ut nunc, post sexaginta annos, clero indigenae committi possit.

P. JULIANUS EYMARD

1889. — DONATIEN [DE NANTES], O.F.M.CAP., *La lutte pour la vie à Mickelpura*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 7-8.

1890. — DONATIEN [D'AUZOUER], O.F.M.CAP., *Au pays bhyl*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 121, p. 10-12.

1891. — DENIS DE CRAON, O.F.M.CAP., *Lettre aux fraternités pour les missions*, in *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 105-106.

In dioecesi Ajmerensi religiosae indigenae 45 postulantes nuperrime acceperunt. DIONYSIUS A CRAON, provinciae Parisiensis Minister provincialis, a Tertiariis petit ut una quaeque fraternitas unam postulantem assumat adiuvetque. P. JULIANUS EYMARD

1892. — AGNELLUS [OF ASHTON UNDER LYNE], O.F.M.CAP., *Our Mission in India. Delhi Mission and its Environs*, in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 18-19.

1893. — LEONARD [OF INCE], O.F.M.CAP., *Our Mission in India. The Sirsa Mission*, in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 46-49, 75-77, 107-110.

Civitas Sirsa, in Punjabensi Missione, computat 10000 incolas quorum maior pars est hindustana, minor autem mahumetana; sunt pauci christiani. Primus missionarius qui hanc in regionem advenit, est DOMINICUS, O.C.D., anno 1900, deinde anno 1901, FR. COTTON, probabiliter sacerdos saecularis; usque ad annum 1921, nullus adfuit sacerdos residens. Hoc anno, PIUS LYONS, O.F.M.CAP., militaris capellanus, stationem condidit et parvulam capellam aedificavit. Eodem tempore, catholici qui in ferrovia laborabant, petierunt ut sacerdos catholicus apud se permaneret. Nominatus est ANTONIUS DOUGLAS, O.F.M.CAP.; deinde et PIUS LYONS et ANTONIUS DOUGLAS in Simla redierunt, dum ALBANUS SWARBRICK, O.F.M.CAP., eorum locum tenebat. Ita fuit a sept. 1921 ad 17 oct. 1927; anno 1925 parvula schola fundata est. Post ALBANUM SWARBRICK advenit MARTINUS SCHECHTL, O.F.M.CAP., qui per quinque annos ita se impendit ut numerus catholicorum multum augeretur; sed 20 maii 1934, regressus est in Americam. Ab anno 1935 usque ad annum 1941, GUALTERUS CONNOLLY, O.F.M.CAP., missionem rexit. Annis 1940-1945, in magnis difficultatibus versata est missio, propter carentiam et sacerdotum et catechistarum. Mense iun. 1944, decretum est ut Sirsa centralis statio fieret, et F. ALVAREZ saecularis sacerdos dioeceseos Ajmerensis litterarum ludum scholamque gubernavit. Hic articulus scriptus est iuxta commentarios PII LYONS et ALBANI SWARBRICK. P. JULIANUS EYMARD

1894. — AGNELLUS [OF MEER], O.F.M.CAP., *The Delhi Mission*, in *Collect. Punjab.*, 1947, t. II, p. 166-168.

Christiana Religio iam abhinc tribus saeculis in Delhi praedicata est, circa an. 1588. Multi erant christiani, Jesuitis eos regentibus, quando anno 1739, Persarum exercitus regionem invaserunt omniaque deleverunt. Aetas moderna anno 1886 incipit quando LEO XIII suas Litteras de Missionibus in India instituendis scripsit. Hoc in tempore aderant in Delhi 8400 catholici. Missionarii pro Christo suam vitam fortiter fideliterque impenderunt, sed usque adhuc quasi omnia ad irritum rediguntur. P. JULIANUS EYMARD

1895. — AGNELLUS [OF MEER], O.F.M.CAP., *In memoriam Rev. Fr. Gabriel, O.F.M.Cap.*, in *Collect. Punjab.* 1947, t. II, p. 186-187.

GABRIEL A LEEDS, O.F.M.CAP., die 27 iun. 1947 obiit tragice autoraedae infortunio. Ingressus erat in Ordinem die 6 sept. 1930, vota

solemnia emiserat die 7 sept. 1934, sacerdotio auctus 12 mart. 1938. Abiit in Indiam ubi fuit vicarius in Ecclesia cathedrali New-Delhi et fundavit ephemeridem *Delhi-Simla Bulletin.* P. JULIANUS EYMARD

1896. — *In memoriam Revd. Father Anthony Douglas, O.F.M. Cap.*, in *Collect. Punjab.*, 1947, t. II, p. 169-170.

ANTONIUS DOUGLAS primum in schola seraphica in Sardhana docuit et instituit alumnos indigenas, postea, anno 1907, capellanus militaris in Ambala nominatus est. Quando, anno 1911, erecta est nova archidioecesis de Simla, ANTONIUS DOUGLAS obtinuit ut Anglicos Capuccinos non sequeretur sed in sua statione remaneret; ibi usque ad annum 1939 permansit, cum transfertur ad Ecclesiam cathedralem de New Delhi. Anno 1944, vero, in Ambala regressus est, ubi obiit.
P. JULIANUS EYMARD

1897. — *Constitutio Apostolica. Allahabadensis (De Gorakhpur). Ab Allahabadensi Dioecesi, quae Clero saeculari concreditur, pars seiungitur, qua nova erigitur Praefectura Apostolica de Gorakhpur, Ordini nostro [O.F.M.Cap.] commissa*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 3-4.

Ex Dioecesi Allahabadensi quae clero saeculari concreditur, territorium seiungitur civiles districtus de Gorakhpur, Azamgahr, Ballia, Jaunpur, Ghazipur, Benares et Mirza complectens. Illud erigitur in novam Praefecturam Apostolicam de Gorakhpur denominatam, quae apostolicis curis Fratrum Minorum Capuccinorum committitur, qui his in regionibus tam sollerter adlaborant. Primus Praefectus Apostolicus est P. HIERONYMUS A SAINT-ELOI, in saeculo JOSEPHUS AEMILIUS MALENFANT, alumnus provinciae Canadensis (cf. *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 98). Districtus civilis de Mirzapur, 9 ian. 1947, Sacrae Congregationis de Propaganda fide decreto, a Praefectura Apostolica de Gorakhpur distractus, dioecesi Allahabadensi adnexus est (cf. *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 31-32).
P. JULIANUS EYMARD

1898. — ANTONIN-MARIE [DE REPENTIGNY], O.F.M.CAP., *Un pionnier missionnaire, le R. P. Raymond*, in *Écho S. François*, 1947, t. XXXVII, p. 151-152.

Nominantur «pionniers» missionarii qui in terras nunquam evangelizatas proficiscuntur, ut stationes condant. Sic RAYMUNDUS A MONTRÉAL, O.F.M.CAP., adiit in Barnhi, pagum septentrionalem districtus de Basti, inde in Fyzabad, denique in Dotspur pagum districtus de Sultanpur; ubique ecclesias, scholas condit, quae postea ab aliis reguntur. P. JULIANUS EYMARD

1899. — ANDRÉ [DE CHARLEBOURG], O.F.M.CAP., *Avec nos missionnaires des Indes. Azamgarh et son noviciat*, in *Écho S. François*, 1947, t. XXXVII, p. 342-343.

In Praefectura Apostolica de Gorakhpur, in pago Azamgarh, fundata est 5 mart. 1947 schola catechistarum quae dicitur novitiatus, in qua nunc 9 alumni instituuntur. P. JULIANUS EYMARD

1900. — Mgr. Jerôme Malenfant, O.F.M.Cap., *Les armes de la Préfecture de Gorakhpur*, in *Écho S. François*, 1948, t. XXXVIII, p. 56-60.

1901. — Marie-Louis [de Saint-Eloi], O.F.M.Cap., *Notre envolée vers les Indes*, in *Écho S. François*, 1948, t. XXXVIII, p. 106-108, 150-152, 279-280.

1902. — Idem, *Avec nos missionnaires des Indes. Premier contact avec notre mission et nos missionnaires*, in *Écho S. François*, 1948, t. XXXVIII, p. 339-340.

1903. — *Départ de missionnaires pour les Indes*, in *Écho S. François*, 1948, t. XXXVIII, p. 277-278, *Ann. Rép.*, 1948, t. XXII, p. 268-269.

1904. — Arthur [de Montréal, O.F.M.Cap.], *Page missionnaire. A ceux qui sont partis*, in *Ann. Rép.*, 1947, t. XXII, p. 14-17; *Écho S. Franç.*, 1947, t. XXXVII, p. 20-23.

1905. — Jérôme [de Saint-Eloi], O.F.M.Cap., *Les Capucins aux Indes*, in *Ann. Rép.*, 1947, t. XXII, p. 57-60, 88-90; *Écho S. François*, 1947, t. XXXVII, p. 84-87, 106-108.

Commemorantur Capuccinorum Missiones in Pondichery (1632), in Surat (1639), in Madras (1642), praefectura apostolica Thibeti (1704-1745), Nepal (1745-1769), Vicariatus Thibeti, Hindustani, dioeceses Agra, Simla, Lahore, Ajmer, Multan, Indore, Patna, Allahabad, et in fine novissima praefectura apostolica de Gorakhpur.

P. Julianus Eymard

1906. — Leopoldus [d'Ottawa, O.F.M.Cap.], *En route vers les Indes*, in *Ann. Rép.*, 1947, t. XXII, p. 149-152, 216-218.

1907. — Jean [de New-Carlisle], O.F.M.Cap., *La nouvelle Mission des Capucins Canadiens. La Préfecture Apostolique de Gorakhpur*, in *Ann. Rép.*, 1947, t. XXII, p. 104-106.

Ab anno 1939 Canadenses Capuccini cum Capuccinis Italicis in dioecesi Allahabadensi laborabant. S. Congregatio de Propaganda Fide, 11 iul. 1946, ab hac dioecesi Praefecturam Apostolicam de Gorakhpur seiungebat, quae Capuccinis Canadensibus committebatur. In hac Indiarum regione 14.000.000 incolarum numerantur, inter quos 12.150.000 Hindustanorum, 1.545.000 Mahometanorum, 4.500 Catholici. Adsunt tantum 14 sacerdotes, 8 fratres Laici, 45 religiosae, 11 catechistae.

P. Julianu Eymard

1908. — *Avec nos missionnaires des Indes, Mgr. Jérôme Malenfant, premier préfet apostolique de Gorakhpur*, in *Ann. Rep.*, 1947, t. XXII, p. 232-234; *Écho S. François*, 1947, t. XXXVII, p. 232-234.

1909. — *Mgr. Jérôme Malenfant, premier Préfet Apostolique de Gorakhpur*, in *Messager S. Antoine*, 1948, p. 141-142.

Natus 28 aug. 1908, indutus 3 oct. 1926, sacerdotio auctus 4 febr. 1934, missionarius primum in Aethiopia, postea in Indiis, Seminarii Apostolici Allahabadensis rector, anno 1942, mense iunio an. 1947 Praefectus Apostolicus de Gorakhpur electus est.

P. Julianus Eymard

1910. — *Avec nos missionnaires des Indes. Nouvelles de notre mission de Gorakhpur*, in *Ann. Rép.* 1948, t. XXIII, p. 245-247.

Publicantur statisticae Praefecturae Apostolicae de Gorakhpur a 1 iul. 1947 ad 30 iun. 1948: sacerdotes 20, fratres laici 9, religiosae 25, catholici 3077, catechumeni 3125. (Cf. statum anni praecedentis *supra*, n. 1907).
P. JULIANUS EYMARD

1911. — *The Lucknow Diocese*. Bulletin Recording Documents, Acts of the Curia of the Catholic Diocese of Lucknow, 1947, t. I, n. 1, October 1947. The Pioneer Press, Lucknow.

Anno Domini 1940, PIO XII feliciter regnante, Lucknowensis missio, Fratribus Minoribus Capuccinis Bononiensis provinciae alumnis commissa, in dioecesim erecta est. Anno Domini 1946 CONRADUS A PROVVIDENTI, O.F.M.CAP. (ALBERTUS DE VITO) novae dioeceseos episcopus est electus. Nunc publicatur periodicus commentarius cuius hic est primus fasciculus; continet acta publica quae novi episcopi electionem spectant, chronicam Lucknowensis missionis ab anno 1940 usque ad annum 1947, relationem de missionariis, permanente bello, in custodiam coniectis, elenchum operum et personarum dioeceseos, sicut et articulos necrologicos CAELESTINI A CASTEL DEL RIO, O.F.M.CAP. (1881-1941), MICHAELIS ANGELI A BRISIGHELLA, O.F.M.CAP. (1897-1942), DANIELIS A GRIZZANA, O.F.M.CAP. (1897-1945), AUGUSTINI A S. GIOVANNI IN PERSICETO, O.F.M.CAP. (1881-1946), JEREMIAE A CASTEL SAN PIETRO, O.F.M.CAP. (1941-1947).
P. JULIANUS EYMARD

1912. — GEREMIA DA CASTEL S. PIETRO, O.F.M.CAP., *Relatio Missionis de Lucknow, 1939-1946*, in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 69-73.

Saeviente bello, plerique patres Italici in custodias inclusi sunt; aliqui vero, post paucos menses, liberati sunt, sed ea condicione ut a sua residentia non abirent inter quos Exc.mus ANGELUS POLI, O.F.M.CAP., aderat. Decretum Pontificium 12 ian. 1940 quod dioecesim Lucknow erigebat, proclamatum est 14 oct. 1945. Nova dioecesis comprehendit 9.165.227 incolas quorum 4840 sunt catholici. Ibi laborant 17 sacerdotes et 1 frater laicus provinciae Bononiensis. In Lucknow civitate, civilis parochia 2529 catholicos computat et 2 scholas habet, quarum una pro indigenis plus quam 300 alumnos adnumerat; ferroviae parochia 282 fideles continet et militaris parochia 534. Montium stationes sunt: Naini Tal cum 125 catholicis, Raniket, cum 193, Jelikote cum 150, Bana quae tantum post viginti annos condita est.
P. JULIANUS EYMARD

1913. — *Souvenir of the Consecration and Enthronement of the Rt. Rev. Fr. Conrad de Vito, O.F.M.Cap., D.D., first Bishop of Lucknow, Feb. 16, 1947*. Allahabad, Law Journal Press, 1947. In-8°, 52 p. cum ill.

Hoc opusculum continet decretum episcopi nominationis, novi praelati brevem biographiam, eius primam ad populum epistolam, consecrationis narrationem. Textus multis illustrationibus elucidatur.
P. JULIANUS EYMARD

1914. — *Chronicle of the Diocese of Lucknow, 1 July 1947 to 30 June 1948*, in *The Lucknow Diocese*, 1948-1949, t. II, p. 27-31.

Narrantur res gestae a missionariis Capuccinis provinciae Bononiensis in dioecesi Lucknowensi, inter quas notatur praecipue visitatio Clementis a Milwaukee, Ministri generalis O.F.M.Cap. (21 decembris 1947). P. Julianus Eymard

1915. — Antonius Manganello, T.O.R., *Nostri Ordinis missionum in India, rerum ac personarum status*, in *Anal. T.O. Reg.*, 1948, t. IV, p. 123-129.

Missiones quinque constant principalioribus sedibus: Gokhla, in districtu Bhagalpur (Indiae orientales), cum 1 schola et 170 puellis indigenis, 3 stationibus et 4.144 christianis; Bhagalpur cum 1 gymnasio et 150 fidelibus; Godda cum 1 dispensario, 9 stationibus et 2932 christianis et 15 catechistis; Baccha cum 80 fidelibus et 3 stationibus; Porejahat cum 9 stationibus, 3173 fidelibus et 7 catechistis.
P. Julianus Eymard

1916. — H. Prunier, *La mission de Salem*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1947, t. XXV, p. 132-136.

Salemensis Missio, anno 1930, a Missionum Exterarum Parisiensi Societate fundata est, cuius sacerdotes a Sororibus Franciscanis Servis Mariae (Blois) adiuvantur. P. Julianus Eymard

Malacca

1917. — Raul A. Molina, *Fray Martín de Loyola*, in *Estudios*, 1948, t. LXXIX, p. 131-148, 206-221.

Cum hanc dissertationem videre non potuerimus, de Martino Ignatio de Loyola, qui an. 1583 Custos novae custodiae O.F.M.Disc. in Malacca, anno autem 1605 archiepiscopus de Charcas s. La Plata in America Meridionali nominatus est († 1612), revocamus notitias bio-bibliographicas in R. Streit, *Bibliotheca Missionum*, t. IV, p. 531, Aachen, 1928. P. Bonaventura

13. - *Asia Orientalis*

Sinae: Generalia

1918. — *Annuaire des missions catholiques en Chine*. Shangai, Imprimerie de T'ou-Sé-Wé, 1947. In-12°, XIV-88 p.

Hoc annuarium rationaria annorum 1945-1946 publicat et missionum statum die 1 iunii 1946 notum facit. Sinensis Ecclesia, quamvis tempora difficilia cognoverit, a sua fide tamen non deficit: tantum in Seminariis Minoribus alumnorum numerus decrescit. Cf. *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 436. P. Julianus Eymard

1919. — F. Legrand, C.C.M. *Apostolat intellectuel en Chine. Quelques suggestions pour l'après-guerre*. Louvain, Édition de l'AUCAM, 1947. In-8°, 100 p.

A. de modernis methodis disputat, quibus Sinenses ad Christum adduci possunt. Vicissim disseritur de ephemeridibus, de libris, de scholis, de clero, de universitatibus. Hoc opus missionariis adiutor pretiosus erit cum simul unusquisque de sua peculiari missione et de universis Sinensibus missionibus clare informatur. Cf. *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 436. P. JULIANUS EYMARD

1920. — PIERRE-XAVIER MERTENS, S.J., *Activités missionnaires dans la Chine du centre* (*Initiatives originales et méthodes fécondes*), in *Collect. Comm. Syn.*, 1947, t. XIX, p. 348.

Plures articuli ab A. publicantur de rebus nuper gestis in Sinis, inter quos illos signamus qui ad missiones franciscanas pertinent: *Mgr. Gubbels [O.F.M.] et les Franciscains belges à I Chang. La formule collège-séminaire* (p. 348): in I Chang, Mgr. GUBBELS prope suum seminarium erigit magnum collegium secundarium, a publica auctoritate probatum. Sic seminarii alumni simul et officialia diplomata obtinere et in seminario vivere poterunt; multa enim essent pericula, si in collegiis publicis professorum lectiones assidue audirent; *Un moyen rare de sauver une ville* (p. 349-350): A. narrat quomodo MICHEL, O.F.M., civitatem Kingtcheou (Hupeh) a destructione completa salvaverit et sic ad fidem multas familias adduxerit; *L'apostolat universitaire à Wuchang* (*Hupeh*) (p. 350-351): Agitur de alacritate missionaria in universitatibus et scholis quae a Fratribus Minoribus in urbe Wuchang conditae sunt; praeses est SCHNEIDER, O.F.M.; *Une fête de l'apostolat de la prière* (p. 351-353): In urbe Hankow, Fratres Minores ad Archiconfraternitatem *Apostolat de la prière* vulgo dictam accedunt et cum eis fideles et alumni qui eis committuntur. P. JULIANUS EYMARD

1921. — *Catalogus Fratrum Minorum in Sinis, compositus die I mensis Julii anno Domini 1948.* Peiping, Domus, Franciscana, 1948. In-8°, 113 p.

Omnium Fratrum Minorum, qui in missionibus apud Sinenses laborant, exhibentur dies et locus natalis, dies vestitionis, professionis, ordinationis et in missionem discessus. Die 1 iul. 1948 in missionibus Sinensibus erant 706 Fratres Minores, quorum 150 Sinenses, et eisdem concreditae erant 27 missiones (5 archidioeceses, 13 dioeceses, 9 praefecturae apostolicae). Ipsi moderantur tria seminaria regionalia, florentem scholam linguae Sinicae in Peking, Institutum Biblicum nuper e Peking in Hongkong translatum. Conventus Ordinis in Sinis exstabant 28. (*Franciscana*, 1949, t. IV, p. 47). P. BONAVENTURA

1922. — *Necrologium Fratrum Minorum in Sinis.* De mandato A.R.P. Delegati Generalis P. FR. ALPHONSI SCHNUSENBERG, O.F.M., editionem hanc secundam correxit et auxit P. FR. KILIANUS MENS, O.F.M. Peiping, Domus Franciscana, 1948. In-8°, 245 p.

Huius *Necrologii* prima editio cura JOANNIS RICCI, O.F.M., anno 1935 publicata est. In hac nova editione includuntur Fratres Minores qui defuncti sunt in terris Sinarum, vel qui post operositatem missionariam in Sinis explicatam, alibi obierunt, vel qui, iam iter ad has plagas aggressi, diversis causis impediti sunt ne advenirent.

Excluduntur Lusitani Fratres qui ab anno 1585 ad annum 1835 incoluerunt Macaonensem conventum ad S. Mariam Angelorum. Includuntur vero Tertiarii Fratres Oblati qui Missiones adiuverunt ut veri religiosi. Praebetur copiosa bibliographia quae comprehendit manuscripta et epitaphia, catalogos typis editos, commentarios menstruos, trimestres, annuarios, opera collectiva vel generalia de missionibus franciscanis, monographias diversas. Index quadruplex invenitur: personarum secundum nomen familiae; personarum secundum nomen Sinicum; personarum secundum nomen religiosum; denique index chronologicum. Cuiuscumque defuncti notitiae plerumque breves sunt et semper sine scientifico apparatu. P. JULIANUS EYMARD

1923. — *Metodi d'evangelizzazione Francescana in Cina,* in *Le Missioni Franc.*, 1948, t. XXIV, p. 90-91.

Apud Sinicam plebem conversionis methodus est liturgica. Libri Sancti traducuntur, Gregorianus cantus docetur, eucharisticae processiones, festivitates multiplicantur quae multitudines coadunant et Evangelii praedicationem permittunt. P. JULIANUS EYMARD

1924. — LINO RANDELLINI, O.F.M., *La versione della Bibbia in lingua cinese,* in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 180-184.

GABRIEL M. ALLEGRA, O.F.M., bibliorum sacrorum versionem in linguam Sinensem aggressus est (cf. *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 354) ex textibus originalibus confectam. Occasione editionis libri Psalmorum an. 1946, A. principia exegetica, quae traductores Sinenses O.F.M. in *Instituto Biblico* Pekinensi sequuntur, explanat et commendat. P. MELCHIOR

1925. — *Le R. P. Ange Timmers, O.F.M.*, in *L'Église de Chine,* 1947, p. 296-298.

1926. — THEOBALD AUMASSON, O.F.M. *La Croix sur la pagode. Le Bx. Théodoric Balat et ses compagnons martyrs.* 2e édition. Brive, Corrèze, Editions Echo des Grottes, 1947.

B. THEODORICUS BALAT, O.F.M., puer poena dignus, saepe a parocho castigatus, paulatim virtutes acquisivit quae ei martyrii palmam obtinuerunt. Cf. *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 149.

P. JULIANUS EYMARD

1927. — ALFONSO CASINI, O.F.M. *Da San Remo a Pechino sulle ali dell'amore.* Genova. A cura del Centro Studi Francescani Liguri, 1948. In-8°, XIII-143 p.

Agitur de ANGELICO ALESSANDRINI, O.F.M. (1917-1940), qui in Sinas die 26 ian. 1930 profectus, ibidem praematura morte correptus est, in diario suo multas altas fervidasque cogitationes relinquens. Dignum et iustum erat ut eius memoria nostris iuvenibus alumnis committeretur, cum eius exemplum alios etiam messores operariosque ad messem trahere valeat. Cf. *Studi Franc.*, 1949, ser. 3, t. XXI, p. 177-178. P. JULIANUS EYMARD

Sinae: missiones saec. XIII-XV

1928. — LORENZO LÓPEZ, O.F.M., *Origen de las misiones franciscanas en Extremo Oriente*, in *Itinerarium*, 1946, t. III, p. 169-176; 1947, t. IV, p. 93-107, 208-223.

1929. — PIO MARÍA DE MONDREGANES, O.F.M.CAP., *Acción diplomática y misionera de los Papas entre los Mogoles y Chinos en los siglos XIII y XIV*, in *Misiones Extranjeras* (*Burgos*), 1948, t. I, n. 2, p. 4-20.

Inter eos qui saec. XIII et XIV a Summis Pontificibus ad populos Tartaros et Sinenses ablegati sunt, ut ibi fidem christianam instaurarent et propagarent, sequentes Fratres Minores recensentur, nempe: LAURENTIUS LUSITANUS an. 1245; JOANNES A PIAN DI CARPINI, item an. 1245; GULIELMUS A RUBRUK an. 1248, qui socium habuit sodalem BARTHOLOMAEUM A CREMONA; JOANNES A MONTECORVINO an. 1289 primus Kambalicensis (Peking) archiepiscopus; B. ODORICUS A PORDENONE ca. an. 1314; et demum PASCHALIS A VITORIA an. 1333. A. breviter notitias exhibet quae has legationes illustrant; notitiae autem ex optimis fontibus excerptae sunt. P. MELCHIOR

1930. — *Joannes de Piano Carpini, O.F.M., Europae christianae ad populos Asiae Orientalis primus Legatus Pontificius. Commemoratio septies centenaria eiusdem legationis ad Tartaros* (*1245-1945*), in *Collectanea Comm. Syn.*, 1946, t. XVIII, p. 171-192, 262-283, 395-408; 1947, t. XIX, p. 40-61.

1931. — C. LHOTTE - E. DUPEYRAT. *Dame Pauvreté chez les Mongols: l'épopée franciscaine de Jean de Plancarpin et de Guillaume de Rubrouk au XIIIème siècle*. Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 189 p.

De illis illustribus franciscanis missionariis AA. iam egregium opus scripserant: *Dame Pauvreté chez les Maîtres du monde. L'épopée franciscaine en Chine au XIIIème siècle*, Paris, 1938 (cf. *Collect. Franc.*, 1941, t. XI, p. 534-535). Hoc novum opus nuper editum legere et cum priore conferre nequimus. Cf. *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 146; *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 94; *Nouv. Rev. Théol.*, 1948, t. LXX, p. 437. P. JULIANUS EYMARD

1932. — JORIS VLAMYNCK, M.S.C. *Willem van Roebroek*. Brugge, De Kinkhoren, 1947. In-8°, 46 p. cum ill. et 1 tab. geogr.

1933. — PIUS XII, *De septimo saeculo ab ortu Joannis de Montecorvino*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 175-176.

1934. — PACIFICUS M. PERANTONI, O.F.M., *Litterae encyclicae anno recurrente septies centenario ab ortu Joannis a Montecorvino Sinarum primi ac maximi Apostoli*: « *De iis qui volunt ire inter Saracenos et alios infideles* », in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 193-201.

Nunc praesertim accedendum est ad IOANNEM A MONTECORVINO, cum nunc praesertim his in miseriae temporibus opus est vitae franciscalis perfectissimo exemplari. Tota ipsius vita animarum saluti semper impensa est, ab anno 1279, cum primis missionariis adiunctus est, usque ad annum 1328, cum a suis remotus et omnino ab omni

auxilio segregatus, laboribus fractus, senio confectus, mortis osculum accipit. Ipsius praecipua laus est quod forti animo, maximis difficultatibus victis, franciscali spiritu imbutus, nihil fratrum societate suffultus, nullo amicorum plausu, nulla hominum laude percepta, totus tamen in evangelizandis populis fuit. Et nunc, eius exemplum sequentes, secundum consilia a BENEDICTO XV data (*Acta Apost. Sed.*, 1919, t. XI, p. 440-455), missionarii a nationalismo abstineant, pariter ab omni cupiditate, ostentatione et ambitione; eorum caritas animas alat, et vivendi agendique sit norma. Sint periti non tantum theologiae, sed et omnium quaestionum quae requirant notionem ac intelligentiam cum sermonis, tum morum religionisque indigenarum. Omnes denique rogantur et obsecrantur in Domino ut, suis quisque usus facultatibus, assiduam dent operam ut missiones noscantur atque efficaciter adiuventur. P. JULIANUS EYMARD

1935. — *Nel VII Centenario della nascita di Giovanni da Montecorvino* (*1247-1947*). S. l., 1947. In-4°, 20 p. cum 30 ill.

Hoc opusculum continet diversos articulos de vita et operibus magni apostoli Sinarum. Notandus est praesertim ille quem P. JORIO scripsit de primi episcopi Pekinensis loco nativitatis, de quo diu disputatum est. Cf. *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVIII, p. 31; *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 146. P JULIANUS EYMARD

1936. — *Anno septingentesimo ab ortu Ioannis a Montecorvino recurrente primi Sinarum Apostoli*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 203-204.

Postquam IOANNIS A MONTECORVINO, O.MIN., vitam breviter narravit, A. memorat primum concilium plenarium Sinense, anno 1924 Shanghai habitum, in quo unanimiter exoptatur ut cultus huic celeberrimo Apostolo exhibitus recognoscatur, deinde litteras quas PIUS XI, anno 1928, ad P. BONAVENTURAM MARRANI, Ministrum generalem O.F.M., misit, cum occurrebat sexcentesimus (et non septingentesimus) annus ab illustris missionarii exitu, denique Epistolam qua idem generalis Minister fratres suos hortabatur, eadem occasione, ut digne hanc memoriam celebrarent ac laudibus extollerent.

P. JULIANUS EYMARD

1937. — E. MARTIRE, *Giovanni da Montecorvino*, in *Oss. Rom.*, 1948, 14 febbr., p. 1-2.

1938. — IDEM, *Joâo de Montecorvino*, in *Rev. Ecl. Brasileira*, 1948, t. VIII, p. 363-366.

In hoc commentariolo sermo est de conatibus recentiore tempore factis ad glorificationem obtinendam JOANNIS A MONTECORVINO, O.MIN., primi archiepiscopi Kambalicensis (Peking), qui an. 1247 natus est et an. 1328 supremum diem clausit. P. MELCHIOR

1939. — *La geste de Jean de Mont-Corvin, premier archevêque de Pékin*, in *La Voix de S. Antoine*, 1948-49, t. III, p. 9-11.

1940. — GIOVANNI M. BASTIANINI, O.F.M.CONV., *Fra Pellegrino da Città di Castello, O.Min., II° vescovo di Zayton in Cina* († 7 lu-

glio 1332) e l'autenticità della sua «Lettera» (30 dic. 1318), in *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 152-199.

In huius articuli introductione A. res a missionariis franciscanis, praesertim a JOANNE DE PIAN DI CARPINI, GULIELMO DE RUBRUK et IOANNE DE MONTECORVINO in Extremo Oriente gestas narrat. Postea sex franciscanorum a CLEMENTE V in episcopatu electorum nomina commemorat et PEREGRINI DE CITTÀ DI CASTELLO biographiam conscribit; documenta quibus ille episcopus nominatur integre exhibentur (*Rex regum* et *Nuper considerantes*, 23 iul. 1307). Sequitur diuturna disputatio de auctoritate epistulae quam a Zayton, in Sinis, PEREGRINUS die 30 dec. 1318 ad Vicarium Ministri generalis in Extremo Oriente scripsit. Primum, epistolae textus editur iuxta *cod. Chigiano I, VII, 262*, fol. 102v. Postea exponuntur rationes quae contra huius epistolae auctoritatem militant (cf. G. GOLUBOVICH, O.F.M., *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente francescano*, t. III, p. 195; I. POU Y MARTÍ, O.F.M., *De sociis Fratris Ioannis de Monte Corvino*, in *Acta Ord. Min.*, 1928, t. XLVII, p. 221). Exponuntur quoque rationes quae pro eadem inveniri possunt (cf. L. OLIGER, O.F.M., *Conspectus brevis fontium Missionum Fratrum Minorum in Extremo Oriente*, in *Acta Ord. Min.*, 1928, t. XLVII, p. 226; A. VAN DEN WYNGAERT, O.F.M., *Jean de Mont-Corvin*, p. 38, n. 5, Lille, 1924; IDEM, *Sinica Franciscana*, p. 364, Ad Claras Aquas, 1929; H. HOSTEN, S.J., *Letter of Friar Peregrine, second Bishop of Zayton, China*, in *Journal and Proceedings of the Asiatic Society of Bengal*, 1930, t. XXVI, p. 438). Denique refelluntur rationes a G. GOLUBOVICH allatae et additur appendix de prima ecclesiastica hierarchia in Sinis, 1313-1342.

P. JULIANUS EYMARD

Sinae: missiones saec. XVI-XVIII

1941. — *Ricordando il P. Basilio Brollo Gemonese Missionario Francescano, Vicario Apostolico nello Shansi e Shensi in Cina, insigne Sinologo nel terzo Centenario della sua nascita la Città di Gemona offre, 1648-1948.* In-8°, 40 p.

Hoc opusculum continet: CANDIDO RACHELLI, O.F.M., *P. Basilio Brollo da Gemona*, p. 3-23; ALFONSO M. BERENGO MORTE, O.F.M., *La Provincia dei Frati Minori Veneti e le Missioni in Cina*, p. 24-32; AURELIANO CAMPAGNOLA, O.F.M., *Le attuali Missioni dei Francescani Veneti in Cina*, p. 33-38.

P. JULIANUS EYMARD

1942. — ANTONIO SISTO ROSSO, O.F.M., *Pedro de la Piñuela, O.F.M., Mexican Missionary to China and Author*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 250-274.

Anno 1662, ANTONIUS CABALLERO, O.F.M., qui franciscanas missiones in Sinis restauravit, in Europam BONAVENTURAM IBÁÑEZ, O.F.M., misit, qui praesertim cum novis operariis redire deberet; revera octo fratres cum isto navem ascenderunt, sed omnes in civitate Guatemala gravi morbo afflicti sunt, ex quibus duo mortui sunt. In quorum locum successerunt MICHAEL PÉREZ, O.F.M., et PETRUS DE LA PIÑUELA, O.F.M. Missionaria alacritas PETRI DE LA PIÑUELA in tres periodos dividi potest; primum ab anno 1676 usque ad annum 1679, cum Dominicanis apostolicum tirocinium posuit; postea ab anno 1679

usque ad annum 1685 novam ecclesiam in Chiang-Lo condidit; denique ab anno 1685 usque ad annum 1699, in Kuang-Tung et in Chiang-Hsi maxima industria ingentique studio laboravit. Electus est, 6 iunii 1699, Minister provincialis Fratrum Minorum in Sinis, sed mox graviter iacuit et anno 1703, in Hispaniam redire debuit, ubi die 30 iul. 1704 pie occubuit. Multos libros scripsit PETRUS DE LA PIÑUELA, qui de rebus Sinensibus tractant. Publicat A. bibliographiam, quae tredecim opera scientifico modo exhibet. P. JULIANUS EYMARD

1943. — ANASTASE VAN DEN WYNGAERT, O.F.M., *Mgr B. Della Chiesa, Evêque de Pékin et Mgr C. Th. Maillard de Tournon, Patriarche d'Antioche*, in *Ant.*, 1947, t. XXII, p. 65-91.

BERNARDINUS DELLA CHIESA, O.F.M., anno 1690 Pechinensis episcopus electus est, sed, cum eius electio Lusitaniae principibus regique non placeret, tantum anno 1700 suam dioecesim adire potuit. Anno 1702, propter maximas difficultates quae tunc in Sinensi missione religioni christianae obstabant, CAROLUS TH. MAILLARD DE TOURNON Delegatus apostolicus nominatus est. Die 2 apr. 1705, Delegatus apostolicus accedit ad Lintsingtcheou ubi cum episcopo colloquium habet. Tandem 4 decembris 1705 ad Pechinum pervenit. Imperatoris legati ab eo petunt ad quid in Sinas venerit; Delegatus respondet se venisse ut ab Imperatore catholici protegerentur; responsio benigna fuit. Die 31 dec., publica solemnisque salutatio in imperiali palatio; petita autem recusantur. BERNARDINUS DELLA CHIESA, ian. 1706, Pechinum advenit, dum, mense martii, Delegatus apostolicus, aegrotans, civitatem relinquere debet. Sequuntur graves dissensiones de diversis rebus, et 29 iun. C. TH. MAILLARD DE TOURNON a Sinis proficisci cogitur; mox missionarii in regione Sinensi permanendi veniam ab Imperatore petere debent, et Imperator eam aegerrime praebet. Episcopus Pechinensis missionem in gravi discrimine videns, vero Christi spiritu animatus, omnia placare volens, quamvis aliquoties a Delegato apostolico non intelligatur, permanendi veniam petit obtinetque et ut omnia felicem exitum habeant, conatur. Agitur quoque, hoc in articulo de ANTONIO PACECCO, O.F.M., CAROLO HORATII A CASTORANO, O.F.M.; in appendice publicatur epistola quam 16 feb. 1707 Mgr. DE TOURNON ad BERNARDINUM DELLA CHIESA misit.

P. JULIANUS EYMARD

1944. — J. VAN DEN BRANDT, C.M., *Les missionnaires franciscains au Tche-Ly*, in *Le Bulletin catholique de Pékin*, 1948, t. XXXV, p. 677-686.

Usque adhuc de franciscanis missionibus in Tche-ly pauca dicta sunt, quia deerant monumenta. Nunc A., per G. MENSAERT, O.F.M., vetus documentum habere potuit quod in Archivo Delegationis Pekinensis conservatur; non est primigenium exemplar sed secundarium et satis mendosum. His explicatis, A. documentum latinum publicat et idem gallice vertit. Est Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide super rebus Indiarum Orientalium, quo missio Tche-Ly inter Jesuitas et Fratres Minores dividitur. Citantur: JOANNES-ANTONIUS BOUCHER DE PORTU FERRAYO, O.F.M. (1701-1765), et JOANNES BAPTISTA DE LUCERIA, O.F.M. P. JULIANUS EYMARD

1945. — Bernward H. Willeke, O.F.M., *Documents relating to the History of the Franciscan Missions in Shantung*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 171-187.

Publicantur, a Sinica lingua in Anglicam translata, quattuor documenta quae de franciscanis missionibus tractant in Shantung annis 1783-1785 et quae hodie in Archivo nationali in Pechino conservantur (cf. B.H. Willeke, O.F.M., *Fray Manuel del Santísimo Sacramento, the last Franciscan in Kiangsi, China*, in *Franc. Studies*, 1945, t. V, p. 175-196). Missionarii franciscani qui his temporibus hac in regione laborabant, erant: Matthias García Ferrera, Bonaventura a Corde Jesu, Vicarius Apostolicus Antonius Maria Sacconi, Marianus Zaralli, Attus Biagini, Crescentianus Cavalli. In primo monumento narratur quomodo Attus Biagini in vincula coniectus sit; in altero idem refertur de Crescentiano Cavalli; tertium continet quaestiones quae Atto Biagini et Crescentiano Cavalli ponebantur et ea quae eorum iudicibus duo missionarii franciscani responderunt; hic commemorantur Salvator a Roma, O.F.M., Joannes a Sassari, O.F.M., Joseph a Bientina, O.F.M.; quartum documentum de Mariano Zaralli tractat et docet indagationes quae ad illum inveniendum et in carcerem coniciendum sunt eo tempore factae.

P. Julianus Eymard

Sinae: missiones saec. XIX-XX

1946. — René Bulle, O.F.M., *Courrier de Chine*, in *Les Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 306-309.

1946[a]. — *Une Mission dans la tourmente. Lettre d'une Supérieure provinciale à Mgr. Prosper Durand, O.F.M., évêque de Chefoo*, in *Les Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 108.

1947. — Léon Robillard, O.F.M., *Journal d'un broussard pendant la tourmente*, in *Les Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 27-29, 42-46, 82-87, 121-126, 144-149, 178-185, 218-222, 270-275, 297-300; 1948, t. XXVI, p. 22-24, 57-58, 110-111.

A., in Sinis missionarius, ad missionem Chefoo dictam, anno 1923, advenit. Labores suos suorumque sociorum narrat ab anno 1941 usque ad annum 1947. P. Julianus Eymard

1948. — *R.P. Leonides Bruns, Prov. SS. Martyrum Gorc. in Neerlandia*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 39.

1949. — *Een nieuwe martelaar*, in *De Stem van S. Antonius*, 1948, t. XXXII, p. 224-225.

1950. — *Victimes et bourreaux*, in *La Voix de S. Antoine*, 1948, t. III, p. 119-120.

1951. — Mgr. Prosper Durand, O.F.M., *Martyre d'un missionnaire franciscain qui rappelle les gestes et les paroles du Sauveur, d'après le récit du R.P.C.J. Mc Carty, S.J.*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 252.

Agitur de P. Leonide (in saeculo: Leonardo) Bruns, O.F.M., nato an. 1912 Amstelodami, alumno prov. SS. Martyrum Gorc. in Neerlandia ab an. 1930, missionario optimae spei in missione Kiangchow in Sinis, in statione sua Hongchoei die 20 oct. 1947 a communistis crudelissime trucidato. P. Bonaventura

1952. — ODORICH HEMMERICH, O.F.M. *Shohchow. Das Missionsfeld der bayerischen Franziskaner in China.* Peking, Domus Franciscana, Li Kwang Kiao 18, [1942]. In-8°, 163 p. cum tab. geogr.

Cf. *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 209-210.

1953. — PIUS XII, *Litterae Apostolicae: Venerabiles Dei famuli Gregorius Grassi, Ep. Orthosien. in Phoen., Vic. Ap. de Scian-si Sept., modo de Tai-yüan-fu, Franciscus Fogolla, Ep. Bagen., eius coadiutor, Antoninus Fantosati, Ep. Adraen., Vic. Ap. Hunanen. Merid., modo de Hengkow, ex Ordine Fratrum Minorum, et XXVI socii, Martyres, beati renuntiantur,* in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 213-221.

1954. — PIUS XII, *Allocutio: Ad christifideles Romae coadunatos ad beatificationem celebrandam vigintinovem Martyrum, qui in Sinis anno 1900 gloriose occubuerunt,* in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 307-311.

1955. — *Solemnia Beatificationis Martyrum Sinensium mense novembri 1946 celebrata,* in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 90-96.

Die 24 novembris 1946 in Beatorum Martyrum numerum relatae sunt 29 victimae quae anno 1900 in Sinis passae sunt et quae omnes ad I et ad III Ordinem Franciscalem pertinent; praecipue notantur ANTONINUS FANTOSATI, ep., vic. apost., O.F.M., GREGORIUS M. GRASSI, ep., vic. apost., O.F.M., IOSEPH M. GAMBARO, O.F.M., FRANCISCUS FOGOLLA, ep. aux., O.F.M., CAESIDIUS GIACOMANTONIO, O.F.M., ELIAS FACCHINI, O.F.M., THEODORICUS BALAT, O.F.M. Narrantur solemnia quae, hac occasione, habita sunt tum in Basilica Vaticana, tum in Aedibus Vaticanis, tum in Pontificio Athenaeo Antoniano, tum denique in Basilica Antoniana. P. JULIANUS EYMARD

1956. — *Les franciscains martyrs des boxers,* in *Rosier S. François*, 1947, t. XLVIII, p. 43, 99-100; *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXXIX, p. 43, 99-100.

In primis breviter narratur romana beatificationis festivitas; postea passio novorum martyrum praesertim Gallicorum describitur.

P. JULIANUS EYMARD

1957. — L.M. BALCONI. *Le Martiri di Taiyuen Madre Maria Ermellina di Gesù e Compagne uccise a Taiyuenfu il 9 luglio 1900.* Milano, Pontificio Istituto delle Missioni Estere, 1945. In-8°, 199 p.

1958. — M.-T. DE BLARER. *La Bse Marie-Hermine de Jésus et ses compagnes Missionnaires de Marie, massacrées le 9 juillet 1900 à Tai-Yuan-Fou, Chine.* Vanves, Impr. Franciscaine Missionnaire, 1947. In-8°, 146 p. cum ill.

1959. — *First Martyrs of the Franciscan Missionaries of Mary Bl. Mary-Hermine, Bl. Mary of Peace, Bl. Mary Clara, Bl. Mary of S. Natalis, Bl. Mary of S. Just, Bl. Mary Adolphine, Bl. Mary Amandine.* Ceylon, C.W.M., 1947, In-16°, 14 p.

In hoc opusculo, persecutio quae in Sinis anno 1900 exorta est, breviter exponitur. Postea de singulis his martyribus brevis notitia editur. P. JULIANUS EYMARD

1960. — *Echoes of Rome*, in *Far Away Missions*, 1947, t. XVII, p. 1-6.

Narratur beatificatio Franciscanarum Missionariarum de Maria quae anno 1900 in Sinis pro Christo sanguinem effuderunt. Vertitur lingua Anglica homelia Summi Pontificis. P. JULIANUS EYMARD.

1961. — *Praefectura Apostolica de Hinganfu in Sinis. Traditio Crucifixi Missionariis in Sinas profecturis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 85-88.

Octo Sacerdotes Sinensis nationis, Cruciatae Missionariae Franciscanae omnes adscripti, ANTONIUS TCHANG, IOANNES TCHANG, THOMAS LOU, MARCUS TCHANG, BENEDICTUS TCHANG, FRANCISCUS LAN, PAULUS SÜ, FRANCISCUS LOU et quattuor confratres Italici, BERNARDINUS PERMUTI, CAROLUS CAVALLERA, HENRICUS TURETTA, FRANCISCUS FALDANI, omnes Ordinis Fr. Min. Conventualium, in longinquam Sinensium regionem ad Evangelium praedicandum profecti sunt. Omnes, praeter FRANCISCUM LAN, Crucifixi imaginem de manibus Ministri generalis receperunt. P. JULIANUS EYMARD

1962.— *Relatio de Praefectura Apostolica O.N. de Hinganfu a 30 Iunii 1946 ad diem 30 Iunii 1947*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 193-195.

Maximum praesertim opus et simul meritum huius missionis est clerus indigena numerosus, qui intra viginti annos a missionis fundatione decem sacerdotes computat et sic primatum inter alias missiones Sinenses videtur obtinere. Tristia tamen non defuerunt. Praefectus apostolicus IOANNES SOGGIU, O.F.M.CONV., et BERARDUS BARRACCIU, O.F.M.CONV., sanguine effuso praefecturam apostolicam consecrarunt. RAPHAEL PIRAS, O.F.M.CONV., ex frigore, ANTONIUS DAU, O.F.M. CONV., typho tactus, perierunt. P. JULIANUS EYMARD

1963. — FELICE ROSSETTI, O.F.M.CONV. *La Croce sulla collina gialla: Mons. Giovanni Soggiu O.F.M.Conv. Martire dello Shen-si.* Padova, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », Basilica del Santo, 1947. In-12°, 233 p.

JOANNES SOGGIU in Norbello, 1 apr. 1883, natus est; apud Fratres Minores Conventuales, 29 iun. 1908, vestem religiosam induit et, 28 iul. 1912, sacerdotio auctus est. Doctor Sacrae Theologiae renuntiatus est anno 1913, et anno 1915 Magister eiusdem scientiae. Primum parochus in pago Bosa, deinde capellanus militaris (1916-1919), magister clericorum (1919-1922), guardianus conventus Oristanensis (1922-1925), anno 1925 in Sinas profectus est, ubi fuit primum Superior, postea Praefectus apostolicus missionis Hinganensis. Die 12 nov. 1930, a paganis trucidatus est. Cf. *Misc. Franc.*, 1947, t. XLVII, p. 632-633. P. JULIANUS EYMARD

1964. — [PACIFICO GIULIO] VANNI, O.F.M., *Cœur blessé d'un évêque. Tribulations d'un diocèse chinois sous la domination communiste*, in *Missions Franciscaines (Québec)*, 1948, t. XXVI, p. 109.

Agitur de missione Fratrum Minorum in Sian (Shensi in Sinis), ab an. 1946 archidioecesi.

1965. — MARTÍN ASTABURUAGA, O.F.M., [*Relación*] *del Vicariato Apostólico de Yenanfu*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 443-446.

Huius Vicariatus apostolici cura Fratribus Minoribus commissa est atque praesenti relatione describitur sollemnis consecratio MAURITII ROSÁ, O.F.M., primi archiepiscopi de Hankow (2 sept. 1946); et insuper notitiae afferuntur itineris per eundem Vicariatum peracti mense aprili an. 1946 a FERDINANDO SOLOETA A DIMA, O.F.M.CAP.

P. MELCHIOR

1966. — GRATIAN GRIMM [OF JÜGESHEIM], O.F.M.CAP., *Looking back*, in *The Cowl*, 1948, t. XII, p. 41-43.

Cum, bello an. 1914-1918 saeviente, Fratres Minores Capuccini prov. Rhenano-Westfalicae missionem in insulis Carolinis amiserint, ipsis commissa est missio regionis Kansu, in Sinarum parte septentrionali. Primi missionarii die 1 nov. 1922 ad novum campum profecti sunt. Per hos 25 annos multa passi sunt, praesertim quando anno 1934 omnes scholae deletae sunt. Multi tamen progressus facti sunt. Catholici qui, anno 1922, 3178 erant, nunc sunt circa 8000; in Tienshui condita est schola superior quae 300 alumnos adnumerat. Nosocomia et orphanotrophia fundata sunt, et ubique auctoritas christiana augetur. P. JULIANUS EYMARD

1967. — *Exc.mus D. D. Eugenius Massi Episcopus Tit. Ioppensis, Vicarius Apostolicus Hankowii*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 46-47.

Natus in pago Montisprandoni die 15 aug. 1875, habitum Seraphicum induit anno 1890, sacerdotio vero auctus est anno 1898. Mox destinatus est ad Vicariatum apostolicum Shansi Septentrionalis in Sinis, cum saeviret Boxerum persecutio. Postquam deleta aedificia iterum construxerit, Vicarius apostolicus Shansi Septentrionalis nominatus est et Episcopus titularis Ioppensis, ubi christiani, qui erant 21145, ascenderunt ad 25140, cum plures scholas et tria collegia condidisset. Bulla Apostolica diei 7 iulii 1916 translatus est ad Vicariatum Apostolicum Shansi Centralis; ibi fundavit Institutum Franciscanarum Indigenarum sub invocatione Ss. Cordis Iesu. Anno 1927, translatus est ad Vicariatum Hankow. Post 20 annos, cum pro missione sua multa fecisset, bello maxime flagrante Hankowii, animam Deo efflavit, cum vidisset ab agmine paganorum urbem deletam et episcopalem residentiam funditus eversam. P. JULIANUS EYMARD

1968. — *Publicaties van de Minderbroeders der Vlaamse Provincie. B. Missiegebieden. 2. China*, in *Franciscana*, 1947, t. II, p. 12-14, 57, 110.

1969. — *Publicaties over onze Missiegebieden. B. China*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 17, 96-97.

Series bibliographica omnium librorum, opusculorum, commentariolorum, sive separatim sive in ephemeridibus vel periodicis commentariis editorum de missione Fratribus Minoribus prov. S. Joseph

in Belgio concredita in Ichang (Hupeh in Sinis) continuo et accurate editur. P. BONAVENTURA

1970. — LAMBERT KORTLEVEN, O.F.M., *75 Jaar missionering in China: 1873-1948*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 126-132; 1949, t. IV, p. 49-54.

Fontibus, quibus innititur, in initio accurate indicatis, A. exhibet compendium historiae antiquae et recentis missionis catholicae in Hupeh, speciatim vero in Ichang, ubi sodales prov. O.F.M. S. Joseph in Belgio ab an. 1873 assidue laborant. P. BONAVENTURA

1971. — GABRIËL BOUTSEN, O.F.M. *De Blauwe Vallei*. Tielt, Lannoo, 1948. In-8°, 332 p.

Hic liber, ab A., per plures annos in missione Ichang in Sinis missionario, vivide eleganterque conscriptus, a censoribus in Belgio multum laudatur, quorum quaedam iudicia allata sunt in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 146-147. Ut ibi notatur, A. non solum scripto, sed etiam viva voce ad cognitionem indolis populi Sinensis et communismi nunc illic grassantis plurimum contulit, cum a mense maio 1945 ad mensem decembrem 1948 non minus quam 274 auditiones de huiusmodi argumento per totum Belgium habuerit. P. BONAVENTURA

1972. — IGNACE BEAUFAYS, O.F.M. *Pater Victorinus Martelaar in China (1870-1898)*. Vert. van P. JOANNES-JOSEPH DEPOORTERE. Sottegem, De Beiaard, 1947. In-8°, 64 p.

1973. — JEROOM VAN HECKE, O.F.M., *Pater Victorinus Delbrouck*, in *Franciscaanse Missiedagen te Sint Truiden*, p. 14-16.

1974. — LAMBERTUS-MARIA KORTLEVEN, O.F.M., *« De Bloedige Missie » 11 December 1898. Vijftig jaar geleden werd P. Victorinus vermoord*, in *De Stem van St. Antonius*, 1948-49, t. XXXIII, p. 49-52.

1975. — Mgr. THÉOTIME VERHAEGEN, O.F.M., *Le martyr du P. Victorin Delbrouck*, in *La Voix de S. Antoine*, 1946-1947, t. I, p. 135-142, 162-169; 1947-1948, t. II, p. 20-29, 47-54, 85-89, 171-174.

Publicatur nunc relatio quam olim conscripsit A., et ipse pro fide occisus anno 1904. VICTORINUS DELBROUCK, natus 14 maii 1870, anno 1897 in Sinas profectus est, et postquam multa passus est, pro Christo sanguinem effudit 11 dec. 1898, in « sanguinea » quae vocatur missione de Ichang. P. JULIANUS EYMARD

14. - *Asia Insularis*

Japonia

1976. — LEO MAGNINO. *Pontificia Nipponica. Le relazioni tra la Santa Sede e il Giappone attraverso i documenti pontifici. Parte Prima (secc. XVI-XVIII). Parte Seconda (secc. XIX-XX)*. (Bibliotheca Missionalis, vol. 5-6). Romae, Officium Libri Catholici, Piazza Ponte S. Angelo, 28, 1947 et 1948. In-8°, XXIV-189; VII-183 p.

In introductione huius operis D. SCHILLING, O.F.M., ostendit quanti momenti sit haec Nipponica collectio, cum pertineat non

tantum ad Ecclesiae historiam sed ad humanum civilemque cultum. Usque adhuc publicabantur multa documenta, ut in *Bullario Patronatus Portugalliae Regum* (1868-1879). aut in *Colección de bulas, breves y otros documentos relativos a la Iglesia de América y Filipinas*, auctore F.J. HERNAEZ, S.J., (1879), sed ad omnia haec haud facilis erat aditus; nunc A., professor in Universitate Romana, colligit et edit quod ad Nipponicum imperium relationem tenet, sive agatur de legationibus, si ve de martyribus, sive de hierarchia catholica. Post hanc introductionem, A. historicum compendium exhibet in quo enarrantur res a missionariis in his regionibus gestae ab anno 1543 usque ad nostra tempora. In fine dicit hic contineri acta quae sive a Sancta Sede, sive a diversis Congregationibus emanant.

Ex monumentis nonnulla, quae ad rem franciscanam pertinent, notamus, scilicet: Breve *Dum ad uberes*, 15 nov. 1586, quo SIXTUS V Fratribus Minoribus dat veniam ut in Indias Orientales adire possint (t. I, p. 35-39). — Breve *Cum nuper* 23 maii 1598, quo CLEMENS VIII Fratribus Minoribus in Japonia laborantibus indulgentias concedit (t. I, p. 60-62). — Constitutio *Onerosa pastoralis* eiusdem CLEMENTIS VIII quae ad Japoniam aditum moderantur, 12 dec. 1600 (t. I, p. 62-67). — *Acta audientiae publicae* in qua PAULUS V, 3 nov. 1615, legatos regis VOXU Iaponiae, inter quos LUDOVICUM SOTELO, O.F.M.DISC., recipit (t. I, p. 72-75). — Bulla *Religionis zelus*, qua idem PAULUS V commendat JOANNEM SOTELO, O.F.M.DISC., apud ANTONIUM DE TREIO, Vicarium generalem O.F.M.Obs., 2 ian. 1616 (t. I, p. 77-78). — Epistula Christifidelibus Insularum Iaponiae, qua idem PAULUS V indulgentias concedit Confraternitatibus sacrorum Stigmatum S. FRANCISCI, 27 dec. 1616 (t. I, p. 80-83). — Epistula PAULI V ad Iaponiae regem, 27 dec. 1616, in qua breviter agitur de LUDOVICO SOLETO, O.F.M.DISC. (t. I, p. 83-86). — Decreta pro regularibus Dominicanis, Franciscanis, Augustinianis et Jesuitis in Iaponia contendentibus, Congregatione de Propaganda Fide habita 13 iun. 1625 (t. I, p. 118-123). — Breve *Salvatoris*, 14 sept. 1627, quo URBANUS VIII altaris honores decernit B. PETRO-BAPTISTAE eiusque 22 sociis (t. I, p. 145-147). — Decretum Sacrae Congregationis Rituum de canonizatione B. PETRI BAPTISTAE, O.F.M.DISC., eiusque sociorum, 17 sept. 1861 (t. II, p. 5-8). — Allocutio habita in concistorio secreto die 23 dec. 1861 a PIO IX de canonizatione eorundem (t. II, p. 9-10). — Homilia PII IX in eorundem canonizatione, 8 iun. 1862 (t. II, p. 31-34). — Breve *Martyrum rigata* quo Pius IX, 7 maii 1867, 205 martyres beatificat, inter quo PETRUM AB ASSUMPTIONE, PETRUM DE AVILA, RICHARDUM A SANCTA ANNA, APOLLINAREM FRANCO, FRANCISCUM A S. MARIA, ANTONIUM A S. BONAVENTURA, omnes ex Ordine Fr. Min. Discalceatorum (t. II, p. 45-57). — Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide, quo die 12 feb. 1915, BENEDICTO XV regnante, erigitur Praefectura apostolica de Sapporo, Fratribus Minoribus provinciae Thuringiae concredita (t. II, p. 105-106). — Breve *Aucto pastorum numero*, 18 mart. 1927, quo PIUS XI erigit novam Praefecturam apostolicam de Kagoshima, Fratribus Minoribus Canadensibus concredita, cuius primus Praefectus apostolicus est AEGIDIUS ROY, O.F.M. (t. II, p. 115-116). — Breve *Quo uberiores*, 5 ian. 1939, quo constituitur nova Praefectura apostolica de Urawa, Fratribus Minoribus commissa, sed primus Praefectus apostolicus ex clero indigena desumitur, id est: PAULUS SAKUZÔ UCHINO (t. II, p. 163-164). P. JULIANUS EYMARD

1977. — DOROTEO SCHILLING, O.F.M., *Cattura e prigionia dei santi Martiri di Nagasaki*, in *Ant.*, 1947, t. XXII, p. 201-242.

Sub finem saec. XVI, Iaponiae dominus erat TOYOTOMI HIDEYOSHI (1536-1598); anno 1591, ab Hispanis qui in Philippinis degebant, petivit ut se in eius potestatem traderent redigerentque. Praefectus hispanus GÓMEZ PÉREZ DASMARIÑAS ad pacem conciliandam misit primum JOANNEM COBO, O.P., qui occisus est in insula Formosa, postea S. PETRUM BAPTISTAM BLÁSQUEZ, qui cum suis sociis mense aug. 1593 ab imperatore magnifice receptus est. Sed post tres annos, imperialis mens ab inimicis nominis christiani mutata est, ita ut in carcerem

coniecti die 9 dec. 1596, sancti Martyres 5 febr. 1597 crucifixi sint. De ipsorum captivitate A. tantum disserit. In Ôsaka, primus in vincula datus fuit MARTINUS AGUIRRE, O.F.M.DISC. In Miyako, Fratrum Minorum conventus circumsessus est, et S. PETRUS BAPTISTA cum sociis in ipso captivus permansit. Deinde 12 dec. 1596, ii qui in Ôsaka aderant, in Miyako translati sunt; omnes exinde 2 ian. 1597, in carcerem publicum immissi sunt. Ex his studiis, A. concludit Sanctorum captivitatem non nimis duram fuisse. In initio sui articuli amplam bibliographiam publicat. P. JULIANUS EYMARD

1978. — GONZÁLEZ GÓMEZ, O.F.M., *San Francisco Blanco, apóstol y mártir del Japón*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 359-380.

Inter 26 martyres qui, iussu Iaponiae imperatoris TAICOSAMAE, die 5 febr. an. 1597 Nagasakii crucibus affixi mortem pro Christo subierunt, erat, praeter alios Franciscanos Discalceatos, FRANCISCUS BLANCO, cuius lineamenta biographica A. fontibus historicis innixus hoc loco describit. Inclytus Christi athleta primam vidit lucem anno circiter 1570 et circa an. 1586 habitum franciscanum induit; deinde an. 1593 iter maritimum ad insulas Philippinas arripuit, ibique ab insequente anno apostolatum exercuit; sed iam an. 1596 ad evangelizandum Iaponiae imperium mittitur atque in coenobio civitatis Meaco (Miyako) dictae linguam regionis spatio trium mensium perfectissime didicit ita ut maximo cum fructu actionem apostolicam exercere valeret et reapse exercuit usque dum die 2 ian. an. 1597 vinculis adstrictus in carcerem detruditur. Illum eiusque socios URBANUS VIII an. 1627 inter beatos caelites accensuit et demum PIUS IX an. 1862 omnibus sanctorum honores solemniter tribuit.

Vix animadvertere necesse est quod p. 376, lin. 11, legendum est: die 5 februarii et non ianuarii; item p. 380, lin. 5, pro URBANO VIII scribendum est: CLEMENS VIII. P. MELCHIOR

1979. — DOROTHEUS SCHILLING, O.F.M., *Bereicherung der japanischen Flora durch Missionare des 16. und 17. Jahrhunderts*, in *Missionswiss. u. Religionswiss.*, 1947-1948, p. 192-197.

Inter missionarios, qui saec. XVI et XVII novas herbas vel arbores in Iaponiam introduxerunt, brevis mentio fit HIERONYMI A JESU DE CASTRO, O.F.M.DISC., qui anno 1601 prima semina herbae tabaci in Iaponiam importavit. Idem A. de hoc argumento iam antea scripsit: *Einführung des Tabaks in Japan*, in *Comissão Executiva dos Centenários, Congresso do Mundo Portugués, Publicações*, t. IV, p. 137-153, Lisboa, 1940. P. BONAVENTURA

1980. — « *Hortus* » *Immaculatae in Iaponia*, in *Comm. Min. Conv.*, 1948, t. XLV, p. 97-99.

Ab anno 1940, ob condiciones perturbatas in Iaponia, missio difficultates et tribulationes permagnas subire coacta est; attamen a devastationibus pyroboli atomici in civitatem Nagasakiensem deiecti salvata est. Missio haec adnumerat sacerdotes 9, clericos professos 16, novitios 2, probandos 73, fratres laicos votorum solemnium 13, laicos novitios 7, postulantes 5. Opera apostolica sunt: formatio spiritualis et intellectualis iuvenum, catechumenatus, publicatio periodici « Sei-

bo no Kishi » (Miles Immaculatae), orphanotrophium cum 170 pueris. In proximo est fundatio et constructio conventus in civitate Tokio; Nagasakii in terreno conventui attiguo erigitur novum aedificium, et alia proposita in deliberatione sunt. P. JULIANUS EYMARD

1981. — *Le R.P. Prudent [Monfette, O.F.M.], nous écrit du Japon*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 16-17.

1982. — PRUDENT MONFETTE, O.F.M., *Les Franciscains Canadiens à Nagasaki*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 291.

1983. — IDEM, *Chacun fait son possible*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 78-80, 83.

1984. — G. DUCHESNAY, O.F.M., *Nouvelles du Japon*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1947, t. XXV, p. 47.

1985. — *Nouveau monastère de Clarisses au Japon*, in *Missions Franciscaines* (*Québec*), 1948, t. XXVI, p. 122-123.

1986. — *Japanese Journal*, in *Far Away Missions* (*North Providence*), 1947, t. XVII, p. 35-40.

Agitur de Congregatione Sororum Franciscanarum Missionariarum de Maria; describuntur nosocomia quae ipsae moderantur in Tokio, Yokohama et Sapporo, leprosorum domus in Biwasaki, orphanotrophia in Hiroshima et Hitoyosi, denique novitiatus in civitate Totsuka. P. JULIANUS EYMARD

Philippinae Insulae

1987. — M.R. PAZOS, O.F.M., *El P. Diego de Villar extermina la idolatría entre los tagalos filipinos de Lumbang*, in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. 531-535.

An. 1593 una cum aliis franciscalibus missionariis in insulas Philippinas destinatus est DIDACUS DE VILLAR, qui, vehementi ductus zelo, quum an. 1596 communitati coenobii de Lumbang praeesset, ritus superstitiosos et idololatros illis in terris vigentes funditus abolere sategit, quare multa passus est. Id quidem iam aliunde nobis notum erat, sed ab A. edito textu novae relationis circa an. 1621-1622 exaratae penitius intelligitur et explicatur. P. MELCHIOR

1988. — MARCELO RIBADENEIRA, O.F.M. *Historia de las islas del archipiélago Filipino y reinos de la Gran China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Siam, Camboxa y Japón*. Edición, prólogo y notas por el P. JUAN R. DE LEGÍSIMA, O.F.M. (Colección « España Misionera », t. III). Madrid, Editorial Católica, 1947. In-8°, LXXVI-654 p.

Ipso operis titulo satis argumentum enuntiatur. A. testis immediatus eorum quae vidit, diserte et fuse loquitur de primordiis apostolatus sodalium religiosorum O.F.M.Disc. provinciae S. Gregorii insularum Philippinarum illis in regionibus, praesertim autem Japoniae, ubi die 5 febr. an. 1597 multi sanguinem pro Christo profuderunt (cf. n. 1978). Una cum notitiis geographicis atque ethnographicis populorum, haud pauca referuntur de methodo seu ratione apostolatum exercendi, de fructibus collectis, deque praecipuis operariis

evangelicis. Editor fideliter textum primigenium exscripsit, opportunis animadversionibus ditavit, addita copiosa bibliographia. Cf. *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 313-315. P. MELCHIOR

Indonesia

1989. — *De Katholieke Kerk in Indonesië, gegevens einde 1947*, in *Indisch Missietijdschrift*, 1948, p. 43-64.

1990. — *De Katholieke Kerk in Indonesië*. s.n.t. 17 p.

Haec folia litographica arte impressa, continent rationaria missionum an. 1942-1948, et omnium missionariorum catholicorum nomina et stationes. P. BONAVENTURA

1991. — *Borneo-almanak, tot steun der Missies van het Apostolisch Vicariaat Pontianak-Borneo en van het Apostolisch Vicariaat Medan-Sumatra. 32.ste jaargang, 1947*. Tilburg, Capucijnenklooster, 1947. In-8°, 96 p.

1992. — *Borneo-almanak tot steun der Missies van het Apostolisch Vicariaat van Pontianak-Borneo en van het Apostolisch Vicariaat Medan-Sumatra. 33.ste jaargang, 1948*. Tilburg, Capucijnenklooster, 1948. In-8°, 96 p.

Haec annuaria popularia sunt, in quibus cernitur et legitur modo narrationis status missionum de Pontianak et Padang-Medan et adduntur narrationes communes. P. MENNAS

1993. — *Uit onze missie van Borneo en Sumatra*, in *Uni Trinoque*, 1946-1948, t. VIII, p. 30-36, 46-52, 60-68, 105-116, 177-180, 200-206, 243-249.

Narrantur praesertim quae acciderunt missionariis Capuccinis in missionibus de Pontianak (Borneo) et de Padang-Medan (Sumatra) in Indonesia, Nipponicis invadentibus et occupantibus insulas. Insuper, praebentur passim indicia de statu missionum a mense maio anni 1940 usque ad initium anni 1942, cum Iaponenses operositatem missionariam impediverunt, necnon de missionibus renatis post occupationem Nipponicam (a fine an. 1945). P. MENNAS

1994. — GREGORIUS [VAN BREDA], O.F.M.CAP. *De hand aan de ploeg. Het missiewerk van de Capucijnen op Borneo en Sumatra*. s.n.t. (1940). In-8°, 183 p. cum ill. et tab. geogr.

Etiamsi praefatio subscribatur a P. GREGORIO, opusculum tamen compositum est a pluribus auctoribus. Illustrantur missiones Capuccinorum de Pontianak (Borneo) et Padang-Medan (Sumatra) in Indonesia eo modo ut uniuscuiusque populi describantur indoles ac historia et methodus missionis. Inveniuntur etiam capita brevia de S. FRANCISCO et apostolatu eius, de missionibus Capuccinorum in genere et de missionariorum cooperatoribus in Indonesia. Finis operis non est expositio scientifica, sed animi lectorum incitamentum versus has missiones mediante explicatione bene fundata, clara et modo allicienti scripta. P. MENNAS

1995. — GREGORIUS [VAN BREDA], O.F.M.CAP., *Het Missiewerk in Indonesië*, in *Het Missiewerk*, 1947, t. XXVI, p. 16-23.

1996. — GREGORIUS [VAN BREDA], O.F.M.CAP., *Die missieactiviteit in Indonesië*, in *Indisch Missietijdschrift*, 1947, p. 52-56, 73-82, 92-98, 106-113.

1997. — GREGORIUS [VON BREDA], O.F.M.CAP., *Die katholischen Missionen in Indonesien 1940-1947*, in *Neue Zeitschr. Missionswiss.*, 1947, t. III, p. 206-215.

Describitur primum status missionum catholicarum in Indonesia antequam Japonenses insulas occupaverunt, deinde gravissima damna quae missiones et missionarii a Japonensibus tempore occupationis (1942-1945) passi sunt, denique difficultates et impedimenta missionibus catholicis postea allata sub novis insularum dominis.

P. BONAVENTURA

1998. — GREGORIUS [VAN BREDA], O.F.M.CAP., *Een Apostolisch Delegaat voor Indonesië*, in *De Kath. Missiën*, 1947, t. LXVIII, p. 104-107.

1999. — *De Pontianak (De Sintang). Vicariatus Apostolicus de Pontianak dismembratur et nova erigitur Praefectura Apostolica de Sintang*, in *Acta Ap. Sedis*, 1948, t. XL, p. 440-441.

Die 11 mart. 1948 Vicariatus apostolici de Pontianak pars quae comprehendit provinciam civilem de Sintang, in Borneo Centrali, in Praefecturam apostolicam erigitur et Sacerdotibus Missionariis Societatis Mariae concreditur. P. BONAVENTURA

2000. — VALENTINUS DRIESEN [VAN SCHOONHOVEN], O.F.M.CAP., *Heropbloei van het Apostolisch Vicariaat Pontianak* [i.e. Renascentia Vicariatus apostolici de Pontianak, provinciae Neerlandicae O.F.M. Cap. concrediti], in *Indisch Missietijdschrift*, 1948, p. 28-33.

2001. — REDEMPTUS [VAN SCHIEDAM], O.F.M.CAP., *Die Zielzorg onder de Chinezen op Sumatra's Westkust* [i.e. Animarum cura apud Sinenses in regione maritima occidendali Sumatrae], in *Het Missiewerk*, 1947, t. XXVI, p. 31-40.

2002. — VALENTINUS [DRIESEN VAN SCHOONHOVEN], O.F.M.CAP., *Particuliere ziekenzorg in Indië* [i.e. Particularis infirmorum cura in Indonesia], in *Indisch Missietijdschrift*, 1947, p. 85-90.

15. - *Australia et Oceania*

Australia

2003. — ANDRÉ GSCHAEDLER, O.F.M., *Religious Aspects of the Spanish Voyages in the Pacific during the Sexteenth Century and the Early Part of the Seventeenth*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 302-315.

2004. — CELSUS KELLY, O.F.M., *The Terra Australis - A franciscan Quest*, in *The Americas*, 1947-48, t. IV, p. 429-448; 1948-49, t. V, p. 68-94.

Praemissa brevi introductione de propera Ordinis Franciscalis in Americanis plagis propagatione, A. conatus describit ab Hispanis proficiscentibus ex Mexico et Peruvia factis post medium saec. XVI, ut

ignotam et concupitam « Terram Australem » (Australiam) invenirent, ducibus praesertim A. DE MENDAÑA et P. FERNÁNDEZ DE QUIRÓS. Inspectis igitur itinerum maritimorum relationibus, in medium proferuntur singuli sodales franciscales qui tum curionum militum tum indigenarum missionariorum munere, praeside FRANCISCO DE GÁLVEZ, O.F.M.DISC., illis in expeditionibus perfuncti sunt. Porro hanc nactus occasionem A. refert etiam partes quas philosophi et missionarii Ordinis S. Francisci per saeculum XIII contulerunt ad cognitionem geographiae huius partis orbis.

Praesens pervestigatio multis certisque documentis innititur. Auctorem autem fugit quod, ineunte saec. XVII, alumni provinciae Catalauniae O.F.M.Cap. terras a P. FERNÁNDEZ DE QUIRÓS detectas evangelizare cogitaverant (cf. *Estudios Franc.*, 1949, t. L, p. 230). P. MELCHIOR

Oceania

2005. — *Insula Wake Vicariatui Apostolico Guamensi adnectitur,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIV, p. 111.

2006. — *Insulae de Ryukyu administrationi apostolicae Vicarii Apost. Guamensis committuntur,* in *Anal. Min. Cap.*, 1947, t. LXIII, p. 11.

2007. — *Mission Annual of the Seraphic Mass Association 1948.* Published at Yonkers, New York. HUGH MORLEY [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., Editor. s.n.t. In-4°, 32 p. cum multis ill. et delin. geogr.

Totum hoc annuale commentarium agit de missione Guamensi, prov. Calvariensi O.F.M.Cap. concredita. Sub titulo generali *The Story of the Guam Mission* hos continet commentariolos: *Guam - Outpost in the Pacific* (notitiae historicae de insula, p. 1-3), *The People of the Island* (notitiae ethnographicae de indigenis, p. 4-6), *The Capuchins come to Guam* (historia missionis, p. 7-9), *The Mission Work on Guam* (opera missionaria, p. 10-19), *Guam Today - and Tomorrow* (de missione renascente ope missionariorum et sororum, p. 20-29).
P. BONAVENTURA

2008. — EDMUND [OF MENASHA], O.F.M.CAP. *Capuchin Missions among the Chamorros. Diary of a trip to the Marianas, March 23 to May 6, 1947.* s.n.t. [Detroit, Province of St. Joseph of the Capuchin Order, 1947]. In-8°, 26 p.

Descriptio itineris quod A., Minister provincialis prov. Calvariensis O.F.M.Cap., visitationis causa fecit ad missionem Guamensem, eidem provinciae concreditam. P. BONAVENTURA

2009. — APOLLINARIS BAUMGARTNER [OF COLLEGE POINT], O.F.M. CAP., *On the wings of Mercy,* in *The Cowl,* 1947, t. XI, p. 50-52.

2010. — JULIUS SULLIVAN [OF COBALT], O.F.M.CAP., *Green Cliffs of Guam,* in *The Cowl,* 1947, t. XI, p. 232-233; 1948, t. XII, p. 8-9.

2011. — IDEM, *O give me land,* in *The Cowl,* 1948, t. XII, p. 38-40.

2012. — IDEM, *Guam on a picnic,* in *The Cowl,* 1948, t. XII, p. 151-152.

2013. — IDEM, *Action out front,* in *The Cowl,* 1948, t. XII, p. 90-92.

2014. — AIDAN NEENAN [OF NEW YORK], O.F.M.CAP., *Garden Isle*, in *The Cowl*, 1948, t. XII, p. 57-59.

Narratur vita missionariorum provinciae Calvariensis qui, ab anno 1939, insulam de Guam evangelizant, antea Capuccinis Hispanis concreditam. P. JULIANUS EYMARD

16. - *Europa*

Constantinopolis

2015. — E. DALLEGIO D'ALESSIO, *Un néo-martyr catholique à Constantinople, André de Chio (1465)*, in *Mémorial Louis Petit* (cf. *supra*, n. 101), p. 64-77, Bucarest, 1948.

Quis et qualis fuerit ANDREAS DE CHIO, hoc est quod A. quaerit. Dum huic inquisitioni suam dat operam, obiter de J.B. SANGALLO, O.F.M. (1616) loquitur (p. 66) sicut et de monasterio franciscano quod in S. FRANCISCI honorem Constantinopoli constructum, anno 1696 a Turcis deletum est (p. 73). P. JULIANUS EYMARD

2016. — P. PIRRI, S.J., *Lo stato della Chiesa ortodossa e le sue tendenze verso Roma in una memoria di Padre Giulio Mancinelli, S.J. (1537-1618)*, in *Miscellanea P. Fumasoni-Biondi* (cf. *supra*, n. 105), t. I, p. 79-104, Roma, 1947.

Brevissimae notitiae exhibentur de Fratribus Minoribus de Observantia, Constantinopoli degentibus (p. 93) et de SIXTO V, O.F.M. CONV. (p. 97). P. JULIANUS EYMARD

2017. — FRANCISCO QUECEDO, O.F.M. *El convento franciscano español de Tierra Santa, en Pera (Stambul)*. (Extr. de *Hispania*, n. 24). Madrid, Consejo Superior de Investigaciones Científicas, 1948. In-8°, 63 p.

Coenobium extructum est an. 1669-72; quia saepe gubernium Hispaniae suis subsidiis ad conservationem cooperabatur, ideo A. ius publicae auctoritatis Hispaniae in illud coenobium vindicat. Cf. *España Mis.*, 1948, t. V, p. 189 s. P. MELCHIOR

2018. — RAOUL DE SCEAUX, O.F.M.CAP., *Voyage du P. Robert de Dreux au Levant*, in *Amis S. François*, 1948-1949, n. 51, p. 19-24.

ROBERTUS A DREUX, O.F.M.CAP., 29 oct. 1665, cum legato Gallico D. DE LA HAYE-VANTELET Constantinopolim profectus est. In suo *Diario* res in hoc itinere gestas enarrat usque ad annum 1669, quo in Galliam regressus est. Huius *Diarii* extractum A. publicat, postquam illud breviter descripsit. In primis, missionum Capuccinarum historia, in his regionibus, ab origine (1622) usque ad annum 1660 elucidatur. P. JULIANUS EYMARD

2019. — CONSTANT DE CRAON, O.F.M.CAP., *Le T.R.P. Bruno de Paris, F.M.C., Supérieur du Séminaire Oriental de St. Louis de Pera, Aumônier de l'Ambassade de France à Constantinople (1864-1943)*.

Préface de Mgr. THÉOTIME RAYMUNDOS, [O.F.M.CAP.]. Blois, Éditions N.D. de la Trinité. In-12°, 39 p. cum ill.

Cf. *supra*, n. 1195.

2020. — CONSTANT DE CRAON, O.F.M.CAP., *Un double jubilé missionnaire*, in *Miss. Cap.*, 1947, t. XXVII, n. 125, p. 6-7.

Hic agitur de HERVAEO A CAMLEZ, O.F.M.CAP., et de OLIVERIO A MORLAIX, O.F.M.CAP., qui fuerunt missionarii, prior in missione Ajmerensi (Indiae), posterior in missione Constantinopolitana.

P. JULIANUS EYMARD

2021. — GAUTHIER [DE TONNERRE], O.F.M.CAP., *Un centenaire. Nouvelles d'Istambul*, in *Miss. Cap.*, 1948, t. XXVIII, n. 128, p. 3-6.

Publicatur oratio quam A., collegii S. Ludovici de Pera, Constantinopoli, superior habuit, cum occurreret centesimus annus ab huius collegii fundatione. Hac occasione, A. narrat alacritatem primum Fratrum Minorum, deinde Fratrum Minorum Capuccinorum in Sultanorum urbe, ab an. 1220, cum BERNARDO ARETINO, O.MIN., usque ad JOSEPHUM A PARISIIS, O.F.M.CAP. (1626), usque denique ad nostra tempora. P. JULIANUS EYMARD

Graecia

2022. — J. LONGNON, *L'organisation de l'Église d'Athènes par Innocent III*, in *Mémorial Louis Petit* (cf. *supra*, n. 101), p. 336-346, Bucarest, 1948.

In huius articuli fine, A. loquitur de Fratribus Minoribus qui Athenis in Frangamonastiri monasterium condiderunt (cf. G. MILLET, *Le monastère de Daphni*, p. 82, Paris, 1899). P. JULIANUS EYMARD

Russia

2023. — M. HABIG, O.F.M., *Franciscans in southernmost Russia*, in *Franc. Herald and Forum*, 1948, t. XXVII, p. 166-170.

Inde a saec. XIII Fratres Minores in regno Kipchak nuncupato usque versus finem saec. XV apostolatum exercuerunt, et adeo fides catholica eorum opera propagatur ut decurrente saec. XIV duodecim dioeceses instaurarentur. A. summatim haec omnia refert, praetermissis fontibus historicis e quibus notitias hausit, quia negotium in divulgationem proferre habuit in animo. P. MELCHIOR

2024. — ZACHARIAS VAN HAARLEM, O.F.M.CAP., *Romeinse nasporingen over het werk der Capucijnen in Rusland*, in *Franc. Leven*, 1946, t. XXIX, p. 201-209, 241-247; 1947, t. XXX, p. 23-27, 180-184; 1948, t. XXXI, p. 52-57.

De missione Capuccinorum in Russia usque ad an. 1725 A. iam plures dissertationes in *Collect. Franc.*, 1941-1942, t. XI-XII, edidit. Nunc primum harum inquisitionum praecipuas notitias compendiose repetit, et deinde historiam missionis usque ad exitum circa an. 1783 describit. Expositio primigeniis fontibus innititur, qui tamen hic non afferuntur, cum de tota historia missionis Capuccinorum in Russia A. opus unicum edere in animo habeat. P. BONAVENTURA

V. - RELATIONES DE SECUNDO ORDINE S. FRANCISCI SEU DE ORDINE S. CLARAE

A. - De S. Clara eiusque Ordine in genere

2025. — *L'Ame de sainte Claire d'Assise. La petite Plante de saint François.* Rennes, Éditions Franciscaines Saint-Yves, 1948. In-8°, 138 p. cum ill.

Praesens opella, a quadam Clarissa monasterii Redonensis conscripta, praecipuas S. Clarae Assisiensis virtutes describit atque simplici et efficaci stilo monialibus proponit imitandas. Fontes biographici summarie afferuntur. P. Melchior

2026. — Odoricus Col, O.F.M. *Het plantje van S. Franciscus. Sint Clara van Assisi.* (Don Bosco's Lees-serie, n. 57). Ledeberg, Van Heden, [1947]. In-8°, 40 p.

2027. — Jean du Saguenay, O.F.M.Cap., *Sainte Claire d'Assise, fondatrice des Clarisses (1194-1253)*, in *Messager S. Antoine*, 1947, t. LIII, p. 217-223.

2028. — F.S. Attal. *La casa paterna e il parentado di S. Chiara. Falsi e falsari dei secoli XVI e XVII. Studio critico.* (Estr. da *Miscellanea Francescana*, vol. 46-1946). Gubbio, Soc. Tip. «Oderisi», 1947. In-8°, 41 p.

2029. — P. Chiminelli, *Ricerche storiografiche su Santa Chiara.* in *Oss. Rom.*, 1947, 5 gen., p. 3.

Olim J. Abate, O.F.M.Conv., novis documentis innixus, hanc duplicem quaestionem aggressus est exponere ac demonstrare, nimirum: ubinam sitam esse domum paternam S. Clarae Assisiensis et qualem eiusdem veram genealogiam esse (cf. *Collect. Franc.*, 1946-47, t. XVI-XVII, p. 348-350). Porro AA. dissertationum, quas nuntiamus, easdem prorsus conclusiones amplectuntur. Itaque statuunt S. Clarae domum ponendam esse prope ecclesiam cathedralem Assisiensem, et insuper Clarissarum institutricem minime ortam esse ex comitibus Saxirubei (Sassorosso) seu ex genere *Scifi*, sed ex divite, nobilique prosapia *Favaroni* nuncupata. P. Melchior

2030. — Aurelian Van Dijk, O.F.M., *The Breviary of Saint Clare*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 25-46, 351-387.

De *Breviario* in monasterio S. Clarae Assisii adservato, labentibus annis, multi multa scripserunt. Has igitur monographias A. attente legit et examinavit, sed potissimum diurna nocturnaque manu ipsum venerabilem codicem versavit, et exinde novas conclusiones viris eruditis proponere potuit, quae summatim his verbis enuntiari possunt: *a)* *Breviarium* Assisiense coalescit ex triplici elemento, nimirum: ex *Ordo I* Innocentii III, ex officiis franciscalibus ante Hay-

MONEM A FAVERSHAM, O.MIN. (1240-1244), exaratis, ex liturgia ecclesiae Assisiensis; *b*) tempus compositionis protrahendum est ad an. 1231-1241; *c*) ex examine palaeographico concludendum est Fratrem LEONEM, socium S. P. FRANCISCI, non fuisse *Breviarii* scriptorem. Demum omnino commendanda nobis est accurata et fusa codicis Assisiensis descriptio (p. 352-366), quae singulas partes seu sectiones clare ac distincte exhibet. Ad instar appendicis editur Kalendarium ex *Breviario* excerptum. P. MELCHIOR

2031. — JEAN DE DIEU DE CHAMPSECRET, O.F.M.CAP. *Qu'est-ce qu'une Clarisse?* (Collection « Nos Religieux», n. 16). Paris, Éditions de l'Arc, 1947. In-12°, 32 p.

Praemissis notitiis biographicis S. CLARAE ASSISIENSIS et S. COLETAE, A. breviter explicat in quo consistat peculiare genus vivendi sanctimonialium Clarissarum. Opusculum commendatur praesertim adulescentulis, quae a Deo vocatae sunt ad hanc regulam amplectendam. P. MELCHIOR

2032. — MANSUETO M. FRISON, O.F.M. *Diario spirituale per le Monache e Suore francescane.* Nocera Superiore (Salerno), Convento S. Mariae degli Angeli, 1947. In-12°, 798 p.

E vitis sanctarum mulierum secundi et tertii Ordinis S. Francisci plurima excerpuntur exempla atque per singulos anni dies ita distribuuntur ut decursu totius anni moniales et sorores franciscales monita et excitamenta varia prae oculis habere possint ad virtutes religiosas excolendas et ad pias vitae religiosae exercitationes sancte peragendas. P. MELCHIOR

B. - DE HISTORIA PARTICULARI ORDINIS S. CLARAE

2033. — A. MASSERON, *Une Clarisse dans la Divine Comédie*, in *Amis S. Franç.*, 1948, n. 49, p. 10-15.

Agitur de PICCARDA DONATI, quam DANTE ALIGHIERI in celeberrimo poemate commemorat. A. subtili commentario illustrat paucas notitias ibi significatas. P. MELCHIOR

2034. — JEAN DU SAGUENAY, O.F.M.CAP., *La Bse. Enselmine, Vierge Clarisse* (*1208-1242*), in *Messager S. Antoine*, 1948, t. LIV, p. 227-230.

2035. — JEAN DU SAGUENAY, O.F.M.CAP., *La Bse. Baptiste Varani, Princesse de Camerino, Clarisse* (*1458-1527*), in *Messager S. Antoine*, 1948, t. LIV, p. 255-260.

Hae relationes simplici eloquio exaratae sunt ad spiritualem christifidelium aedificationem et consolationem. P. MELCHIOR

2036. — J. MESEGUER FERNÁNDEZ, O.F.M., *Devoción de las Clarisas de Calabazanos* (*Palencia*) *a la Asunción de la Sma. Virgen. Un privilegio papal* (*25 de octubre de 1463*), in *Arch. Ib. Amer.*, 1948, ser. 2, t. VIII, p. 129-137.

Die 25 oct. an. 1463 PIUS II indulsit ut sanctimoniales Ord. S. Clarae monasterii oppidi Calabazanos singulis sabbatis officium Assumptionis Beatae Mariae Virginis recitarent. A. textum huius Bullae, quae in *Bullario* Ordinis deest, ex archivo illius monasterii exscripsit et edidit. P. MELCHIOR

2036[a]. — J.M. CORDEIRO DE SOUSA, *Una imagen de la Virgen que perteneció a Santa Isabel de Aragón, reina de Portugal*, in *Anal. Sacra Tarrac.*, 1947, t. XX, p. 249-250.

Brevis descriptio cuiusdam effigiei B. V. Mariae, in lignum incisae et lamina aurea contectae, quam S. ISABELLA de Aragonia an. 1327 legavit monasterio S. Clarae Conimbriae, ubi nunc in *Museo Machado de Castro* adservatur. P. BONAVENTURA

2037. — J. KIST. *Charitas Pirckheimer. Ein Frauenleben im Zeitalter des Humanismus und der Reformation.* (Kleine allgemeine Schriften zur Philosophie, Theologie und Geschichte herausgegeben von O. Ö. BENEDIKT KRAFT. Geschichtliche Reihe. Heft 2/3). Bamberg, Mesenbach & Co., 1948. In-8°, 118 p.

Monasterium Norimbergense Ordinis S. Clarae celeberrimum obtinuit nomen in tota Germania, praesertim ob egregias dotes CHARITATIS PIRCKHEIMER (1467-1532), quae ab an. 1503 ad obitum usque (19 aug. 1532) sapienter illud rexit atque moderata est. A. multis instructus documentis (p. 115-118) res gestas huius praeclarae religiosaeque feminae enarrat, sed fusiore calamo duo capita praecipua describit. Ob lectorum oculos A. ponit celebris abbatissae eruditionem, quippe quae in bonarum litterarum disciplinis optime instructa erat, quapropter cum viris doctis illius aevi consuetudinem habuit litterariam. Maiorem tamen laudem assecuta est ob invictam fortitudinem qua contra magistratus Norimbergenses fidem catholicam et unionem cum Ecclesia Romana strenue tuita est. Siquidem an. 1525 urbs illa a fide catholica defecit, et senatus qua minis qua suasionibus monasterium S. Clarae ad sectam lutheranam trahere contendebat. Incassum tamen, nam mulier fortis CHARITAS PIRCKHEIMER ab haereticorum labe prorsus immunis evasit, atque sanctimoniales sibi commissas efficaciter constanterque defendit.

Praesens erudita dissertatio omnem meretur laudem. Optandum tamen foret ut animadversiones non omnes simul ad libri calcem apponerentur, sed in imis paginis exhiberentur. P. MELCHIOR

2038. — GERTA KRABBEL. *Caritas Pirckheimer. Ein Lebensbild aus der Zeit der Reformation.* 3/4. Auflage. Münster i. W., Verlag Aschendorff, 1947. In-8°, VIII-240 p.

Cf. recensionem secundae editionis huius operis in *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 86-87.

2039. — J.F. HENRY. *Philippe de Gueldre, Reine, Duchesse et Pauvre Dame. 1547-1947.* Briey, Apud auctorem: Clinique des Minimes, (1947). In-8°, XII-168 p.

Recensio legitur in *Collect. Franc.*, 1950, t. XX, p. 162-163.

2040. — FIRMIN DE SAINT ÉTIENNE, O.F.M.CAP., *Nos chefs de file: Marguerite Sinclair*, in *Annal. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 66-68, 90-92.

Brevis commemoratio huius piae feminae, quae uti Tertiaria regularis Clarissarum coadiutrix, novitiatus anno nondum absoluto, ad superos migravit an. 1925. Cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 437.

P. MELCHIOR

2041. — SILVERIUS VAN DEN BROECK, O.F.M. *Sœur Marie de la Trinité (Louisa Jaques), Clarisse de Jérusalem (1901-1942). Conversion. Vocation. Carnets.* 2 ed. Malines, Impr. S. François, 1948. In-8°, XIV-333 p.

2042. — AIMÉ [DE EPIQUEREZ], O.F.M.CAP., *Sœur Marie de la Trinité, Clarisse (1901-1942)*, in *Message S. Franç.*, 1947, t. XXVI, p. 122-124, 148-151, 172-174, 264-267; 1948, t. XXVII, p. 10-13, 107-112, 132-137, 178-183.

Mox post pium obitum MARIAE A TRINITATE an. 1942, mira eius doctrina spiritualis innotuit (cf. *Bibl. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 336, n. 5274-5275), quae, uti allata opera commonstrant, magis in dies divulgatur. L. JAQUES primam lucem vidit an. 1901 in Africa meridionali; anno autem 1928, abiurata protestantismi secta, in qua nata et enutrita fuerat, religionem catholicam amplectitur et post varias vitae vissitudines die 30 iun. an. 1938 monasterium hierosolymitanum Ordinis S. Clarae ingreditur. Singulari animi candore *Diarium* seu *Autobiographiam* scripsit, et ex his paginis duo memorati AA. selecta fragmenta mutuati sunt, quae spiritualis vitae normam animabus patefaciunt quam ipsamet Christi ancilla secuta est, quamque tuto sequi possunt quotquot perfectionis et sanctitudinis apicem assequi anhelant.

P. MELCHIOR

2043. — ANTONIO DA STIGLIANO, O.F.M.CAP. *Nel segreto di un'anima* [*Suor Teresa Antenore, delle Clarisse di Sezze*]. Sezze (Latina), Monastero delle Clarisse, 1947. In-8°, 160 p.

TERESIA ANTENORE (1910-1945) in oppido, quod vulgo Triggiano appellatur, honesto genere nata, quattuor et triginta tantum annos innocentissime vixit, aegrotationibus afflicta variisque exercitata doloribus tum domi apud parentes et fratres primum, tum deinde in binis patriis monasteriis, Carmelitidum virginum unum, ex quo infirmae valetudinis causa discedere mature coacta est, et itidem in altero S. Clarae sanctimonialium sororum monasterio, inter quas cooptata est atque usque ad pium obitum permansit. Patienter et aequo animo multas perpessa est adversitates pro Dei amore, cui semel ab infantia, veluti caritatis victimam ad impetrandam peccatorum conversionem sponte se obtulerat. Res narratae illarumque fides in laudatae virginis diario innituntur et aliarum sanctimonialium sororum, quae illam noverant, gravibus testimoniis. P. MARINUS

2044. — L. ETEROVIC, *Le Figlie di S. Francesco in Palestina*, in *Oss. Rom.*, 1948, 16 sett., p. 3.

Summarie recensentur monasteria monialium S. Clarae, quae decursu temporum in Terra Sancta exstructa sunt, necnon difficultates et tormenta quae sanctimoniales passae sunt. P. MELCHIOR

2045. — JOSEFINA MURIEL. *Conventos de monjas en la Nueva España.* México, D.F. Editorial Santiago, 1946. In-8°, 556 p. cum ill.

Primum monasterium mulierum, scil. Conceptionistarum, in America fundandi facultatem an. 1540 archiepiscopus JOANNES DE ZUMÁRRAGA obtinuit a Summo Pontifice et rege Hispaniarum pro civitate Mexici. Eaedem Conceptionistae, quae Regulam S. Clarae profitebantur, postea etiam domos habebant *Jesús María, la Encarnación, Santa Inés, Nuestra Señora de Balvanera, San José de Gracia, San Bernardo.* Clarissae Urbanistae primum monasterium *Santa Clara* in civitate Mexici obtinuerunt an. 1570, postea alia monasteria habebant *San Juan de la Penitencia, Santa Isabel, San Felipe de Jesús, Nuestra Señora de Guadalupe, Corpus Christi.* Omnium harum domorum historiam A. accurate iuxta primigenia documenta exposuit, quamvis non methodologiam modernam secuta sit, ut notavit censor in *Rev. Indias,* 1947, t. VIII, p. 585-589, unde hanc notitiam deprompsimus.

P. BONAVENTURA

2046. — CUNIBERTUS SLOOTS, O.F.M., *Onze Lieve Vrouw van de Brand te Megen,* in *Bijdr. Gesch. Prov. Minderbr. Nederl.,* 1948, fasc. V, p. 361-363.

Brevis notitia de quadam imagine B. V. Mariae, quae inde a medio saec. XVIII adservatur in monasterio Ord. S. Clarae in Megen.

P. BONAVENTURA

2047. — PIUS XII, *Epistula (de) quinto vertente saeculo ab obitu claralis virginis Sanctae Coletae e Corbeia,* in *Acta Ap. Sedis,* 1948, t. XL, p. 104-106.

2047[a]. — *Schrijven van Z.H. Paus Pius XII aan de Generaals der Minderbroedersorde naar aanleiding van het eeuwfeest der H. Coleta,* in *Franc. Leven,* 1948, t. XXXI, p. 33-35.

Die 13 ian. an. 1381 nata est Corbeiae in Picardia (Gallia) COLETA; adulescentula Tertio Ordini franciscali nomen dedit atque an. 1406 sanctimonialium S. Clarae claustrum ingreditur. Exinde maximam impendit operam in religiosa reformatione instauranda; itaque in Flandria et Gallia praesertim monasteria non pauca vel ad pristinam evangelicae vitae formam restituit vel funditus condidit. Tandem die 6 martii an. 1447 Gandavi pientissime obiit.

Quinto igitur vertente saeculo a praeclarae virginis obitu, rogantibus Moderatoribus generalibus trium familiarum primi Ordinis Seraphici, Summus Pontifex rescripsit die 5 dec. an. 1947 in hominum memoriam reducens illius sanctitatis specimina eximia ad eiusque excelsa animi ornamenta sedulo imitanda excitans omnes. Porro hae Litterae Apostolicae autographae prostant etiam in *Anal. Min. Cap.,* 1947, t. LXIII, p. 192-193; *Acta Ord. Min.,* 1948, t. LXVII, p. 1-2; *Comment. Min. Conv.,* 1948, t. XLV, p. 4-6. Exstant etiam versiones in linguis vernaculis. P. MELCHIOR

2048. — *Sainte Colette de Corbie*, in *Amis de S. Franç.*, 1947, n. 42, fév.-mars, p. 1-2.

2049. — *Mort de Sainte Colette* [documenta], *in Amis de S. Franç.*, n. 42, fév.-mars, p. 3-6.

2050. — *Derniers avertissements que Sainte Colette donne à ses filles*, in *Amis de S. Franç.*, 1947, n. 42, fév.-mars, p. 7-9.

2051. — Godefroy de Paris, O.F.M.Cap., *Sainte Colette de Corbie et notre Sœur la Maladie*, in *Amis de S. Franç.*, 1947, n. 42, fév.-mars, p. 10-13.

2052. — Pidoux de la Maduère. *Sainte Colette de Corbie*. Lyon, 1947. In-8°, 50 p.

2053. — A. Attili, *Nel centeriario di S. Coletta di Corbie*, in *Oss. Rom.*, 1947, 17 luglio, p. 3.

2054. — Constant Knaepen, *Sainte Colette de Corbie*, in *Message Franc.*, 1947, t. II, p. 27-32.

2055. — Germain M. des Noyers, O.F.M., *Cinquième centenaire de Sainte Colette de Corbie*, in *Revue Franc.*, 1947, t. LXIII, p. 153-155.

2056. — *Die hl. Coletta. Zum 500. Jahrestag ihres Todes*, in *Vita Seraph.*, 1947, t. XXVIII, p. 276-280.

2057. — *Hommage jubilaire à Ste. Colette à l'occasion du 5ème centenaire de son décès à Gand*. Sottegem, De Beiaard, 1947. In-8°, 24 p.

2058. — Quirinus [van Alphen], O.F.M.Cap., *Zuster Coleta † 6 Maart 1447*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 33-43.

2059. — *Grootse Huldiging van Ste Coleta bij de 500e verjaring van haar afsterven te Gent*. Sottegem, De Beiaard, 1947. In-8°, 32 p.

2060. — Francesca, *Coleta de Hervormster*, in *Bode van den H. Franciscus*, 1947, t. LXVII, p. 194-200.

2061. — P.B. De Meyer, O.F.M., *De Heilige Coleta te Gent*, in *Bode van den H. Franciscus*, 1947, t. LXVII, p. 328-331.

2062. — Norbert of Newcastle, O.F.M.Cap., *The fifth centenary of a valiant woman* (*St. Colette of Corbie*), in *Franc. Annals*, 1947, t. LXIX, p. 59-62.

2063. — Firmin de Saint Étienne, O.F.M.Cap., *Nos chefs de file: Sainte Colette de Corbie*, in *Annal. Franc.*, 1948, t. LXXX, p. 93-97.

2064. — *Manuel-Souvenir des fêtes commémoratives de Sainte Colette à Poligny*. Poligny, Cordier, 1947. In-8°, 16 p.

Quinto vergente saeculo ab obitu S. Coletae, virginis e II Ordine S. Francisci, multi illius virtutes resque gestas populari modo enarrarunt ad piorum lectorum consolationem et hortamentum. Etsi huiusmodi dissertatiunculae, quarum aliquas speciminis gratia afferimus, nihil novi ad scientiae emolumentum conferant, nullum dubium quin animos excitare valeant ad illius virginis exempla sectanda et admiranda. Quod articulorum scriptoribus erat in votis. P. Melchior

2065. — *Het 5e eeuwfest van de H. Coleta in België*, in *Franciscana*, 1948, t. III, p. 46-50.

Elenchus sollemnium quibus quingentesimus annus a morte S. Coletae elapsus, imprimis impulsu Monialium S. Clarae Primoque Or-

dine S. Francisci efficaciter cooperante, in 36 locis per totum Belgium celebratus est. P. Bonaventura

2066. — Colette Yver. *Sainte Colette de Corbie.* (Profils Franciscaines). Paris, Éditions Franciscaines, 1945. In-8°, 140 p.

Cum hoc opus videre non potuerim, refero laudem huic biographiae tributam in *Franc. Leven,* 1948, t. XXXI, p. 96, ubi censor iudicavit descriptionem hanc, iuxta vitas antea editas conscriptam, istis nulla in re inferiorem esse, sed eminere ratione ambitus historici S. Coletae eiusque operis bene depicti necnon indolis eiusdem sanctae mulieris per mulierem subtilius comprehensae et explicatae.

P. Bonaventura

2066[a]. — Albert Paul Schimberg. *Tall in paradise. The story of Saint Coletta of Corbie.* Francestown, N.H., Marshall Jones, 1947. In-8°, 184 p.

2067. — Poirot, Chne. *Sainte Colette. Sa vie, son œuvre et ses monastères en Franche-Comté.* Besançon, Imprimerie de l'Est, 1947. In-8°, VIII-205 p.

Cf. *Collect. Franc.*, 1950, t. X, p. 160.

2068. — *Petit Ordo Seraphique. 1447-1947. Cinquième centenaire de Sainte Colette de Corbie.* Paris, Libr. Saint François d'Assise, 1947. In-12°, 24 p.

In hoc kalendario pro anno Domini 1947, singulis mensibus inseritur brevis lectio de vita S. Coletae.

2069. — Pierre Damien de St-Aubin-Épinay, O.F.M.Cap. *Sainte Colette de Corbie (1381-1447) et l'Action Catholique féminine française.* (Pour le V[e] Centenaire). Paris, Libr. Saint François d'Assise, (1947). In-12°, 29 p.

Vis arcana operositatis S. Coletae oritur ex intima cum Deo unione; exinde efficaciter adlaborare potuit ad iura Ecclesiae tuenda et mores reformandos. Itaque exemplar proponitur sodalibus Actionis Catholicae, qui in Gallia idem propositum exsequi cupiunt et satagunt.

P. Melchior

2070. — P.B. De Meyer, O.F.M. *De H. Coleta van Corbie (1447-1947). Van Boergondie naar Vlaanderen.* Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1947. In-8°, 142 p.

Opus nobis transmissum non est. Cf. *Arch. Franc. Hist.*, 1947, t. XL, p. 291; *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 64; *Collect. Mechl.*, 1947, t. XXXII, p. 477.

2071. — P.B. De Meyer, O.F.M. *De Heilige Coleta van Corbie. Hervormster der arme Klarissen.* 2 vol. (Don Bosco's Lees-serie, n. 65 et 66). Ledeberg, Van Heden, (1947). In-8°, 32 et 40 p.

2072. — *La vie austère des Pauvres-Claires*, in *Le Patriote illustré*, 1947, t. XLIII, n. 25, p. 681.

2073. — *Pauvres Claires Colettines de Tournai. Qu'est ce qu'un Monastère de Pauvres Claires?* Tournai, Casterman, 1946. In-8°, 48 p.

Opusculum continet, praeter descriptionem fundationis, propagationis et rationis vivendi monialium S. Clarae, elenchum 38 monasteriorum eiusdem Ordinis in Belgio et brevem bibliographiam (*Franciscana*, 1947, t. II, p. 25). P. BONAVENTURA

2074. — ISIDORO DA MILANO, O.F.M.CAP., *Contributi ad una Causa. D. Bartolomeo Ghitti di Marone e la B. Maddalena Martinengo Cappuccina*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XXII, p. 235-243.

An. 1719-1720 sacerdos B. GHITTI (1680-1758) exstitit spiritualis moderator B. MARIAE MAGDALENAE MARTINENGO, atque post servae Dei obitum in processibus ordinario et apostolico pretiosa protulit documenta, quae sane multum contulerunt ad causam beatificationis promovendam. P. MELCHIOR

2075. — *Monastero delle Cappuccine di Lugano (1747-1947)*. Lugano, La Buona Stampa, 1948. In-8°, 79 p. cum ill.

2076. — C.M. DE HEREDIA, S.J., *La cabrita de las Capuchinas*, in *Verdad y Caridad*, 1947, t. XXIV, p. 101-102.

Lepide describitur modus quo sanctimoniales Capuccinae monasterii in civitate Mexici res ad victum necessarias obtinuerunt an. 1847, quum urbs a militibus Civitatum Foederatarum Americae Sept. capitur.

Sciendum tamen est quod monasterium « Corpus Christi » nuncupatum in civitate Mexici numquam pertinuit sororibus Capuccinis, nam illud an. 1725 fundavit MARIA TERESIA BETANCOURT A S. JOSEPHO, O.S. CLAR. (1706-1772), pro virginibus Clarissis, in quo indigenae adulescentulae suscipiendae erant. Cf. MIGUEL THADEO DE GUEVARA, O.F.M.OBS., *Oración fúnebre en las exequias que el religiosísimo convento de* Corpus Christi *de México consagró a la ven. fundadora y dignísima prelada, la M.R.M. Sor María Teresa de Sr. S. Josef Vetancurt, el 22 de abril de 1773*, México, [1773]. P. MELCHIOR

2077. — LORENZO SALES, MISS.CONS. *Il Cuore di Gesù al mondo*. Dagli scritti di Suor M. CONSOLATA BETRONE, religiosa cappuccina. Pref. del P. CESLAO PERA, O.P. Alba, Edizioni Paoline, 1948. In-8°, 216 p.

Recensio huius operis legitur in *Collect. Franc.*, 1949, t. XIX, p. 343-344.

2078. — CLAUDE SAINT-YVES. *Jehanne de France, fille de Louis XI*. (Collect. «Les Saints de France»). Paris, Bonne Presse, 1948. In-8°, 128 p.

De B. JOANNA DE FRANCIA seu JOANNA DE VALESIA, quam PIUS XII anno jubilari 1950 die Pentecostes sollemniter in Sanctorum numerum retulit, iam plura scripta edita sunt, cf. v.g. *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 111-115; 1941, t. XI, p. 560-561; *Bibliogr. Franc.*, t. VI (1938-1939), p. 698-699, nn. 3664-3665; t. VII (1940-46), p. 342, nn. 5354-5359. Quae de ea scitu digna sunt, conferas breviter exposita in *Collect. Franc.*, 1940, t. X, p. 114. Hic satis est meminisse quod praesens opusculum, incitatiori eloquio ac vivaci conscriptum, scientifica methodo

praetermissa, potissimum evulgationi, approquinquante canonizationis tempore, atque animarum praesertim rebus perculsarum adversis, bono inservit ac dicatum est. P. IGNATIUS M.

2078ª. — R. ENGERAND, *Une statue de sainte Jeanne de Valois*, in *Bull. Soc. archéol. de Touraine*, 1948, t. XXIX, p. 343-344.

2079. — JEAN FR. BONNEFOY, O.F.M., *La dévotion au Sacré-Cœur et l'Ordre de l'Annonciade*, in *Rev. Asc. Myst.*, 1947, t. XXIII, p. 51-67.

Ex hac dissertatione satis constare videtur iam ineunte saec. XVII cultum erga sacratissimum Cor Jesu in Ordine Smae. Annuntiationis seu Annuntiatarum floruisse. Hanc autem veritatem ab aliis obiter adsertam A. multis argumentis et documentis explicat atque roborat. Et primo quidem vestigia huius devotionis pervestigat in vita fundatricis S. JOANNAE VALESIAE (1464-1505) et in scriptis GABRIELIS MARIAE (al. GILBERTI NICOLAI), O.F.M.OBS. († 1532), qui con-fundatoris illius Ordinis titulum promeruit atque peculiaria statuta condidit. Deinde autem progressio devotionis in historia Ordinis explicatur, atque A. potissimum disserit de duabus tabulis pictis, quae sacratissimum Cor Jesu exhibent eodem fere modo, quo postmodum opera S. MARGARITAE MARIAE ALACOQUE publicae fidelium adorationi expositum est. Prima imago ab artifice J. BOUCHER facta est an. 1604 pro monasterio Annuntiatarum Bituricensi (Bourges); altera vero, forsitan ante id tempus, ab artifice anonymo picta est pro monasterio eiusdem Ordinis in Margaret's Bay (Douvres). P. MELCHIOR

2080. — GASTON LECROQ, O.S.B. *Les Annonciades de Fécamp, filles de Jehanne de France. Contribution à l'histoire de la ville de Fécamp et du pays de Caux (1648-1792)*. Fécamp, L. Durand, 1947. In-8°, XX-334 p. cum ill.

Annuntiatarum monasterium in civitate Fécamp an. 1648 exstructum est, sed tempore perturbationis Gallicae an. 1792 abrogatur. Fontes praecipui, quibus A. ad hanc texendam historiam usus est, hi sunt: a) *Actes d'examens des religieuses avant de la prise d'habit et la profession (an. 1648-1734)* (ms. *Arch. dép. de Seine-Inférieure*); b) necrologium sororum ab an. 1734 ad an. 1792 (ms. *Bibl. mun. de Fécamp*); c) Acta visitationum (ms. *Arch. dép. de Seine-Inférieure*). Ab an. 1651 in hoc monasterio instaurata est schola ad puellas erudiendas. A. collegit quoque notitias circa processum beatificationis S. JOANNAE VALESIAE et circa cultum sacratissimo Cordi Jesu exhibitum (*Rev. Hist. Église de France*, 1949, t. XXXV, p. 280-281). P. MELCHIOR

VI. - RELATIONES DE TERTIO ORDINE S. FRANCISCI

A. - De Tertio Ordine Regulari

1. - *De Fratribus Tertii Ordinis Regularis*

2081. — Raniero Luconi, T.O.Reg. *V Centenario del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco (1447-1947)*, in *Anal. T.O.Reg.*, 1945-1947, t. IV, p. 31-76; separatim: Roma, Curia Gen. ai SS. Cosma e Damiano, 1947. In-8°, 53 p.

A., breviter quidem at concinne et dilucide, origine, spiritu variisque fructibus Tertii Ordinis Franciscalis commemoratis (art. I), historiam retexit T.O.Reg. S. Francisci (art. II), qui ex T.O.F.Saeculari ortum duxit, legibus profecto novae Ordinis formae aptatis (p. 54-56) et a Pio XI, nova data Regula, temporibus nostris iurique canonico die 4. oct. 1927 accommodatis (p. 76). Operam quoque sociorum multiplicem quinque per saecula indefessam illustrat (art. III), praecipue vero quae ad sanctimoniam adipiscendam pertinent, quae ad caritatem in proximos sive infideles sive pestiferis morbis afflictos, quae ad disciplinas in primis sacras addiscendas tradendasque attinent commemorans, copia documentorum saepe suffragante, effata ubique confirmando exemplis illustriorum in re pertractata sodalium, oratione autem semper alacri et perspicaci. Haec elucubratio videtur esse epitome quaedam, V Centenario T.O.Reg. recurrente, maioris operis ipsius A. (Raniero Luconi, T.O.Reg., *Il Terzo Ordine Regolare di S. Francesco*. Pref. del Prof. G. Joergensen, Macerata, 1935; cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 459-462). P. Ignatius M.

2082. — Raniero Luconi, T.O.Reg., *Una visita a Montefalco*, in *Anal. T.O.Reg.*, 1948, t. IV, p. 153-158.

A., suam cum quibusdam sodalibus ad urbem Montefalco profectionem, excursus in modum descriptam, nobili semper sibi proprio et expedito eloquio narrans, plurima historiae nuntia intexit, quae urbem T.O.Reg. matrem regionemque respiciunt. Montefalco enim in urbe an. 1448 primum Capitulum generale T.O.Reg. habitum est in colle Camiano (p. 156-157; cf. quoque A. elucubrationem *V Centenario del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco, 1447-1947*, de qua *supra*, n. 2081) apud aediculam B. Rocho sacram nunc autem undique collabentem; immo iam multo ante, Joanne XXII Summo Pontifice (1324), fratres quidam de T.O.F. vitam agebant eremiticam in viciniore « Silva Matutina », vota religiosa nuncupantes; quos Pontifex litteris apostolicis Avinione datis laudavit. Aediculam autem nunc instaurandam suscipiunt.

Fontibus historiae omnino praetermissis, A. aliquas sententias in descriptionem inicit enucleatius non pertractatas, v.g.: S. Franciscum non in oppido Alviano, sed Cannara T.O.F. primum excogitavisse (p. 154); tholum S. Mariae An-

gelorum opus esse Jacobi Barozzi de Vignola *vel Alexii* (Alessi, qui non est idem ac de Vignola) (ib.); et his similia. Multa autem nuntia studio digna sunt.

P. Ignatius M.

2083. — Serafino Brizzola, T.O.Reg., *L'obbligo del coro nelle Comunità del Terz'Ordine Regolare di S. Francesco*, in *Anal. T.O. Reg.*, 1948, t. IV, p. 163-175, 222-238; 1949, t. V, p. 37-47, 101-118, 184-199, 281-296; etiam separatim: Roma, 1949. In-8°, 106 p.

Pulchra haec dissertatio dividitur in duas partes, quarum priore A. analysim, ut ita dicam, historico-iuridicam, copiosis suffultam documentis, instituit totius Psalmodiae generatim in Ecclesiam invectae, initia repetens ab aetate Apostolica ad B. Pii X usque tempora Breviarium renovantis; in altera vero parte, relata variarum T.O.Reg. congregationum historia, enucleatius agit de Officii Divini recitandi obligatione in T.O.Reg., praesertim post emendatam a Pio XI (die 4 oct. 1927) Regulam et novas Constitutiones Ordinis ab eodem Summo Pontifice die 7 mart. 1927 probatas, Regulam diligentissime et Constitutiones examinans, consuetudinem perscrutans et acta Ordinis scriptaque maiorum, ita ut recte concluserit veram adesse obligationem in T.O.Reg. Divini Officii communiter recitandi.

Congregationes autem, de quibus praecipue in dissertatione sermo est, praeter T.O.F.Saec. (1949, t. V, p. 39 ss.), enumerantur: Congr. Hollandica (ib. p. 42), Belgica (p. 43), Gallica (p. 44), Hispanica (p. 46) et Italica (p. 101-118).

P. Ignatius M.

2084. — T. Badurina, T.O.Reg., *De obligatione Fratrum Laicorum recitandi quotidie duodecim Pater Noster pro matutino et laudibus, pro qualibet hora canonica quinque, vel Officium Beatae Mariae Virginis*, in *Anal. T.O.Reg.*, 1948, t. IV, p. 113-118.

Cum A. in novissimo Constitutionum T.O.Reg. textu, die 2 aug. 1940 a S. Congr. Religiosorum approbato, nullam reppererit mentionem de privilegio fratribus laicis concesso Officium B.M.V. pro summa quadam orationum Dominicarum *Pater Noster* recitandi, idem privilegium nihilominus plene adhuc vigere strenue defendit. Quod ut probet, officii fratrum laicorum cum Primi Ordinis Franciscalis tum Tertii Ordinis Regularis, collatis inter se praescriptis Regulae I et II de officio fratrum conversorum I Ordinis cum Regulis T.O.F. ac rationibus documentisque auctorum hac de re agentium confirmantibus, historiam retexit.

Notandum in capite « Ex hucusque dictis » (p. 117), praeter alia alibi minora typorum menda, aliqua errore excidisse; quod contextus claritati obest.

P. Ignatius M.

2085. — *The Franciscan Missionary Brothers of the Sacred Heart*. Eureka, Mo., apud Auctores, 1948. In-8°, 30 p.

Proponuntur breves notitiae historicae de Congregatione « Fratrum Missionariorum S. Francisci de Ss. Corde Jesu », fundata an. 1927 in archidioecesi S. Ludovici (St. Louis, Mo.). Sodales curae senectute vel infirmitate invalidorum incumbunt. Princeps Congregationis sedes exstat in civitate Eureka, Mo., in Statibus Foed. Americae Septentrionalis.

P. Bonaventura

2. - *De Sororibus Tertii Ordinis Regularis*

2086. — Maria Eunice Hanousek, O.S.F. *A new Assisi. The first hundred years of the Sisters of St. Francis of Assisi.* Milwaukee, Wis., The Bruce Publishing Co., 1948. In-8°, XIV-231 p.

Describuntur institutio, propagatio, vicissitudines, operositas Congregationis Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, quae an. 1849 in Statibus Foederatis Americae Sept. fundata, nunc in 22 dioecesibus iuventuti instruendae incumbit. Sedes centralis est in civitate Milwaukee. Accuratiora afferre non possum, cum ipsum opus inspicere nondum potuerim. P. Bonaventura

2087. — *Franciscan Sisters of Saint Joseph. Golden Jubilee Souvenir.* Hamburg, N.Y., apud Auctores, 1947. In-8°, 208 p.

Congregatio Sororum Franciscanarum a S. Joseph an. 1897 in Statibus Foederatis Americae Sept. pro iuventute in scholis instruenda et infirmis curandis instituta est. Domum centralem in civitate Hamburg, N.Y., in 17 autem dioecesibus plurimas sedes habet. Huius Congregationis historia et operositas in praesenti libro describuntur, quem quidem ipse inspicere nondum potui. P. Bonaventura

2088. — Mother Clarissa - Sister Mary Oliva, T.O.R. *With the Poverello. History of the Sisters of Saint Francis, Oldenburg, Indiana.* [Impressio privata]. New York, P.J. Kenedy & Sons, 1948. In-8°, XII-333 p.

Est historia Congregationis Sororum Tertii Ordinis Regularis S. Francisci, quae fundata est a Maria Teresia Hackelmaier et sedem centralem habet in civitate Oldenburg (Indiana), archidioecesis Indianapolitanae. Quia ipsum librum videre nondum potui, remitto pro prima notitia ad *Conspectus Trium Ordinum religiosorum S. P. N. Francisci*, p. 422-424, Romae, 1929. P. Bonaventura

2089. — *The Congregation of the Franciscan Sisters of Blessed Cunegunda, Chicago, 1894-1944. A sketch of its foundation and progress.* Chicago, apud domum Sororum (2649 N. Hamlin Av.), 1944. In-8°, 52 p.

Congregatio Sororum Franciscalium a B. Cunegunda (O.S.F.K.) fundata est an. 1894 in civitate Chicago. Praecipuus scopus huius Congregationis est institutio iuventutis et cura infantium, orphanorum et puellarum operariarum. P. Bonaventura

2090. — Sister Maria Donata, C.S.S.F. *Ksiażeczka informacyjna o Zgromadzeniu Sióstr Felicjanek.* Buffalo, N.Y., Sióstr Felicjanek (600 Doat st.), 1944. In-8°, 64 p.

Notitiae historicae de Congregatione Sororum Polonarum Franciscalium vulgo «Felicianarum» in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis. Hanc Congregationem Sororum S. Felicis Tertii Ordinis Fr. an. 1855 Varsaviae fundavit P. Honoratus Koźmiński a Biala Podlaska, O.F.M.Cap. P. Bonaventura

2091. — *Album jubileuszowy Sióstr Bernardynek, Mt. Alvernia, 1894-1944.* Reading, Pa., Sacred Heart Convent, 1944. 91 p.

2092. — *The Bernardine Sisters.* Scranton, Pa., apud auctores (816 12th av.), 1948. 24 p.

Congregatio Sororum Bernardinarum T.O.Regularis S. Francisci, an. 1457 Cracoviae in Polonia fundata, ab an. 1894 in Statibus Foederatis Americae Sept. institutioni iuventutis imprimis gentis Polonicae incumbere coepit, ubi nunc duas provincias habet, sede centrali in civitate Reading constituta. De huius instituti propagatione et operositate in America notitiae breves in praesentibus opusculis proponuntur. P. Bonaventura

2093. — Paul [of Thetford], O.F.M.Cap., *Franciscan Religious Foundations of Great Britain. The Franciscan Minoresses,* in *Franc. Annals,* 1947, t. LXIX, p. 133-136.

Haec Congregatio Sororum Tertii Ordinis instituta est. an. 1888 a sodali tertiario card. H.E. Manning († 1892) atque agente prima eius antistita Maria Francisca († 1927) propagatur. Actionem exercet potissimum inter pauperes et usque adhuc nonnisi approbationem episcopalem obtinuit. P. Melchior

2094. — M. English, *Het hospitaal te Oostende,* in *Handelingen van het Genootschap voor Geschiedenis: Société d'Émulation te Brugge,* 1948, t. LXXXV, p. 5-58.

Notitiae historicae iuxta fontes ineditos, Brugis in *Archives de l'Évêché* adservatos, proponuntur de antiquo hospitali in Oostende, quod circa an. 1537 Sororibus Tertii Ordinis S. Francisci commissum fuit (*Franciscana,* 1949, t. IV, p. 31). P. Bonaventura

2095. — A. Van Dijk, O.F.M. *Cornelius Musius. Een delftse martelaar van 1572.* (Reeks Batavia Sacra). Utrecht, Het Spectrum, 1948. In-8°, 72 p.

Cornelius Musius (1500-1572), rector Sororum T.O.Reg. conventus S. Agathae (St. Aechte) in Delft, a Geuziis horrificis suppliciis cruciatus et necatus est. Hanc biographiam inspicere nequivimus. P. Bonaventura

2096. — Lod. Moereels, S.I., *Moeder Ursula van Ariën en de beoefening van de tegenwoordigheid Gods bij de eerste Capucinessen,* in *Ons Geest. Erf,* 1947, t. XXI, p. 190-205.

In monasterio Capuccinarum Antverpiae adservatur vita manuscripta Matris Ursulae (in saeculo Margaritae Pauchet) ab Ariën (Aire-sur-la-Lys), quae socia fuit Matris Franciscae a Saint Omer, fundatricis Capuccinarum in Flandria, et primo conventui sui Ordinis in Sint-Winoksbergen praefuit ab an. 1620 usque ad mortem, 21 nov. 1638, sanctae vitae famam apud suas relinquens. A. primum codicem manuscriptum describit, deinde notitias breves affert de biographiae auctrice, Matre Maria Magdalena [Ludovica Vlamynk] a Kassel (1599-1663), denique, post biographicas notitias de ipsa Matre Ursula, eiusdem vitae spiritualis praecipua lineamenta illustrat, e biographia selectos textus afferens, et de praecipuo argumento, scil. exer-

citio praesentiae Dei, in appendice totum eiusdem biographiae caput edens.

Adiungimus quod vita Sororis Clarae Franciscae ab Antverpia, ab eadem M. Maria Magdalena a Kassel primum descripta et postea a P. Mansueto a Neufchâteau, O.F.M.Cap., an. 1673 gallice edita, etiam germanice prodiit, interprete P. Leonardo ab Aachen, prov. Coloniensis O.F.M.Cap. alumno: *Die getrewe Büsserin Aller Tugend vnd Busz befliessene zur Wegweiserinnen vorgestelt in dem Leben der Tugendreicher Schwester* Clarae Franciscae *von Antwerpen, Büsserin Capucinesse. Von dem R.P. Mansueto Novocastrensi Capuciner Ordens Prediger beschrieben in der Frantzösischer Sprach; Jetzt aber in der reiner teutscher trewlich übersetzt Von R.P. Leonardo Aquensi, desselbigen Ordens Predigern;* Cöllen, Hermann Weyer, 1676; in-8°, XLVI-340 p.

P. Bonaventura

2097. — Daniël Van Wely, O.F.M., *De Poenitenten-Recollectinen van de Vergadering van Limburg. Eeuwfeestviering ter ere van de stichteres, Moeder Joanna van Jezus († 26 Augustus 1648)*, in *Neerl. Seraph.*, 1948, t. XVIII, p. 194-200.

Tertio recurrente centenario a morte Ven. Servae Dei Matris Joannae de Jesu, T.O.Recoll. Institutricis, plura edita sunt scripta ad eius vitam ac sanctimoniam operamque illustrandam, cuius capita haec sunt: M. Joanna de Jesu, in baptismo Jeanne-Baptiste Neerinck (vel Neerincx aut Neerynck), in Flandria nata est die 3 aug. an. 1576 in urbe Gandavensi (cf. *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 10-13). Piis atque honestis orta parentibus, quibus immature orbata est, cum iuniore fratre virtutis plenam transegit iuventam. Ante an. 1626 Congregationem Sororum T.O.Reg. instituit, quas Poenitentes-Recollectas vocavit, prima suae reformationis domo in urbe Limburg constituta. Anno autem 1626 cum aliquibus sororibus ad urbem Philippeville se contulit alterius domus erigendae causa. Vita sanctissime functa claraque miraculis ac donis supernis, piissime obiit die 26 aug. 1648, annos 72 nata, 16 Religiosarum domos post se relinquens. Causa eius beatificationis iam pridem introducta est. P. Ignatius M.

2098. — Lucianus Ceyssens, O.F.M., *De dienares Gods Moeder Johanna van Jesus, Stichteres der Congregatie van de Penitenten-Recollectinen van Limburg*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 3-15, 44-50, 86-92.

In hac lucubratione A. non quidem veri nominis biographiam Ven. Matris Joannae de Jesu, Institutricis Congregationis Recollectarum-Poenitentium, quam de Limburg appellant, delineat, sed potius manuscriptum «*Relaas der Overste van Roermond 1669*» edit, criticis a se exornatum enarrationibus, cuius auctricem Matrem Elisabeth Dechamps a S. Didaco, antistitam coenobii de Roermond, fuisse demonstrat quodque testimonia veterum Sororum, Servae Dei contemporanearum, continet de sanctitate ac miraculis eiusdem Institutricis.

P. Ignatius M.

2099. — Lucianus Ceyssens, O.F.M., *Drie belangrijke documenten in verband met Moeder Johanna van Jesus*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 169-180.

Describuntur et eduntur tria documenta, hucusque nondum edita, quae sunt alicuius momenti pro vita et indole Ven. M. Joannae de

JESU penitius recognoscenda, scil. 1) epistula quaedam eiusdem M. JOANNAE (sine loco et die; probabiliter scripta mense ianuario 1638); 2) instructio eiusdem sororibus professis data, e qua P. SIMON MARS aliique post hunc magnam partem sententiarum quas *maximes* vocant extraxerunt; 3) brevis quaedam relatio de morte Matris JOANNAE.

P. BONAVENTURA

2100. — LUCIANUS CEYSSENS, O.F.M., *Overzicht der geschiedschrijving in verband met Moeder Johanna van Jezus*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 58-62, 71-87, 102-110.

In hoc generali fontium conspectu A. recenset et scrutatur, examinat ac discutit varia scripta et documenta, quae plurima continent testimonia de vita et actis, de virtutibus atque opera Ven. M. JOANNAE DE JESU, Institutricis Reformationis Recollectarum-Poenitentium in Neerlandia, sic ea disponens: scripta ante Servae Dei mortem, obitus nuntia, opus P. PHILIPPI RUTII, O.F.M.REC., primamque biographiam a P. SIMONE MARS, O.F.M.REC., conscriptam.

P. IGNATIUS M.

2101. — LUCIANUS CEYSSENS, O.F.M., *De stamboom van Moeder Johanna van Jezus*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 9-21.

Ex aliquibus documentis A. studet genealogiam Matris JOANNAE NEERINCK DE JESU comprobare (cognomen vero diversis adhibetur formis: Neerinck, Neerinc, Neerincx, Neerynck, Neerync, Neeryncx); tentamen autem hoc, documentis inter se collatis, probabilitatem quidem, non vero certitudinem gignit, ut ipse A. fatetur. P. IGNATIUS M.

2102. — *Doodsbericht van Moeder Johanna van Jezus volgens de necrologie van Fontaine l'Évêque*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 115-117.

Hoc nuntium mortis Matris JOANNAE DE JESU iuxta necrologiam coenobii de Fontaine-l'Évêque testatur de Institutricis Recollectarum-Poenitentium dilectione in Deum ardenti ac de praecipuis eius virtutibus seu excellentissimis eius animi dotibus. P. IGNATIUS M.

2103. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *Enige desiderata voor een moderne biografie over Moeder Johanna van Jesus*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 145-148.

A., ut saec. XVII-XVIII tempora, mores et animos bene novit, exprimit hic vota quaedam ac consilia componendae biographiae Ven. M. JOANNAE DE JESU hodiernis legentibus accommodatae perutilia, haec praecipue excipiens: criticam instaurandam esse perscrutationem historicae dignitatis fontium, vitae descriptionem conficiendam scientifice esse probatam, ex analysi ad synthesim transeundo, in primis ea quae ad *spiritum* Servae Dei pertinent illustrando eumque ostendendo Recollectarum-Poenitentium, quas instituerat, informasse spiritualitatem, quam in praesenti quoque tempestate usui facilem esse ac valde utilem. Neque praetereundum esse, inquit, Sanctos quoque homines fuisse atque in terris operatos esse; non igitur conficiendam esse biographiam animae cuiusdam heroicae vel sanctae, quam quidem mirari possumus, non autem imitari, sed e contrario hagio-

graphiam esse describendam, quam quisque in propria vitae condicione aliquomodo sequi possit. Ad haec obtinenda veritatem historicam temporum morumque aevi, quo sanctus homo describendus vixit, scriptor prae oculis habere debet. P. IGNATIUS M.

2104. — OPTAT [DE VEGHEL], O.F.M.CAP. *Heureux tricentenaire de la Ven. Mère Jeanne de Jésus, fondatrice des Pénitentes-Récollectines. 1648-1948.* [s.n.t.]. In-8°, 13 p.

2105. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *Moeder Joanna van Jezus. De betekenis van haar geest voor onze tijd*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 134-146.

Est allocutio ascetica quam A., quibusdam Servae Dei locis usus, habuit ad comprobandum spiritum, quo Ven. M. JOANNA DE JESU regebatur, disserens nempe de eius summo dilectionis amore in Jesum Christum, de poenitentiae fervore atque de eius animo rebus indesinenter divinis intento. P. IGNATIUS M.

2106. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP. *De geest van de dienares Gods Moeder Joanna van Jesus († 1648), Stichteres der Congregaties van Penitenten-Recollectinen.* Tilburg, Uitg. «Franciscaans Leven», 1948. In-8°, 128 p.

2107. — OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.CAP., *Geestelijke Gestalten. Een grote uit eigen stam. Moeder Joanna van Jezus. Bij het 3e eeuwfeest van haar dood († 26-8-1648)*, in *Tijdschr. voor geest. leven*, 1948, t. IV, p. 105-117.

2108. — FRANCESCA [C. TUYPENS], *Johanna van Jezus*, in *Eigen Leven*, 1948, t. XI, p. 2-4.

2109. — FRANCESCA [C. TUYPENS], *Johanna van Jezus*, in *Ordesleven*, 1948, t. IV, p. 32-36.

2110. — *Bij het aanstaande eeuwfeest van het zalig sterven der dienares Gods Moeder Johanna van Jesus (26 Aug. 1648-26 Aug. 1948)*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 1-2.

Breviter annuntiatur annus CCC occurrens a Serva Dei JOANNA A JESU mortua, cuius institutionis momentum et propagatio brevissime adumbratur. P. BONAVENTURA

2111. — QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP. *Alles voor allen. Geschiedenis van de Congregatie der Zusters Penitenten-Recollectinen van de Haagdijk te Breda.* Roosendaal, N.V. Grafische Kunstinrichting J. van Poll Suykerbuyk, 1947. In-8°, 247 p. cum ill.

Cum die 14 novembris an. 1926 Congregatio Sororum Hospitalarium Poenitentium Recollectarum de Haagdijk in civitate Breda centesimum annum fundationis celebraret, ALOYSIUS FERDINANDUS SMET, tacito quidem nomine, huius Instituti religiosi historicum conspectum edidit, qui inscribitur: « *Alles voor allen* ». *De Congregatie van de Gasthuiszusters van Breda.* Qui quidem conspectus cum brevior esset, quam ut iustis desideriis imprimis sodalium ipsius Instituti aliorumque eiusdem studiosorum respondere posset, A. laborem non exiguum sibi assumpsit totam historiam iuxta fontes accurate perquirere et dilucide explanare. Quamquam nullibi documenta vel editos libros indicat, quia opus suum inprimis sodalibus ipsius Congregationis desti-

natum erat, tamen descriptio omnino in serio fontium studio nititur, ut ex ipsa expositione facile quisque percipiet. Saepius etiam textus nonnullorum documentorum fideliter exscribitur. Itaque de fide narrationis dubitari non licet. Nihilominus opus religiosis alumnis ipsius Instituti vix aliquod damnum vel incommodum, studiosis vero historiae huiusmodi Institutorum in Neerlandia maiorem utilitatem attulisse nobis videtur, si ante vel post ipsam expositionem quendam elenchum fontium praebuisset.

Cum e Congregatione Sororum Poenitentium Recollectarum quattuor aliae eiusdem Instituti Congregationes ortae sint, scil. Congregatio Charitas nuncupata in Roosendaal (1853), S. Catharinae in Bergen op Zoom (1830), Sororum Franciscanarum in Bennebroek, et Sororum Franciscanarum de Hendrikstraat (i.e. Via Henrici) in civitate Breda, etiam de his perutiles notitiae in opere inveniri possunt. Insuper saepius A. tractat de operositate Sororum in missione de Curaçao, ubi tria nosocomia ipsae moderantur. Denique in ultimo capite A. plures notitias proposuit de historia sororum infirmis inservientium in genere, de leprosorum cura in Ordine S. Francisci, de Tertio Ordine Franciscali infirmis serviente, de Sororibus Griseis in Neerlandia, de Sororibus Tertii Ord. Regularis a PETRO MARCHANT, O.F.M. REC., reformatis quae Poenitentes Recollectae nuncupabantur, de particulari indole franciscana Congregationis Sororum Poenitentium Recollectarum de Haagdijk. In fine libri invenitur elenchus omnium Sororum defunctarum dicti Instituti, accuratissime confectus.

P. BONAVENTURA

2112. — PONTIANUS POLMAN, O.F.M. *Franciscaanse Zielenijver. De Congregatie van Bennebroek (1847-1947)*. Bennebroek, S. Luciaklooster, 1947. In-8°, XVI-192 p.

2113. — G[ERLACHUS VAN 'S HERTOGENBOSCH], O.F.M.CAP., *Bij het eeuwfeest van de Congregatie van Bennebroek*, in *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 185-186.

A. historiam retexit Congregationis Sororum Recollectarum-Poenitentium de Bennebroek, paucis ante resumptis annis, ab anno 1847, quo Sorores a domo institutionis matre (cf. n. 2111) se separantes novam, auctoribus M. LUCIA DIERIKX atque M.A. LONINK, O.F.M., Congregationem instituerunt, usque in praesens. Ut ipse titulus clare edicit (*Franciscalis animarum zelus*), A. probat eandem Congregationem multiplicibus vicissitudinibus spiritu franciscali imbutam atque a sodalibus O.F.M. usque ad an. 1898 plerumque directam fuisse. Librum prae manibus habere non potuimus.

P. GERLACUS in n. 2113, ex quo supra allata nuntia hausimus, recensuit opus P. POLMAN.

P. IGNATIUS M.

2114. — CHRISTIAN [DE LIBERCOURT], O.F.M.CAP. *La Très Honorée Mère Osmanne, Supérieure Générale des Franciscaines de Calais (1865-1945)*. Étampes, «La Semeuse», 1947. In-8°, 72 p.

Opusculum duas veluti partes complectitur; in prima non solum notitiae biographicae antistitae OSMANNAE traduntur, sed historia quoque externa totius Congregationis Sororum Franciscanarum de Calais describitur a tempore quo illa habitum religiosum induit (an. 1885)

usque ad obitum (3 dec. 1945), quippe quod continenter munia superioris obivit et ab an. 1919 universam Congregationem moderata est. In altera autem opusculi parte delineantur praecipua antistitae lineamenta physica, intellectualia et moralia. P. MELCHIOR

2115. — L. BOHLER, O.F.M. *Une petite fleur du pays Basque: Marie-Louise Aguerre, en religión: Sœur Marie-Marguerite.* Préface de P. LHANDE, S.I. Bordeaux, La Servante Chrétienne - Paris, Lethielleux, 1947. In-8°, 95 p. cum ill.

M.L. AGUERRE (1913-1945), postquam variis in domibus domestica munia obivit, Congregationi Sororum Franciscalium Immaculatae Virginis nomen dedit. Eius simplex ac operosa vita veluti exemplar proponitur puellis domesticis. P. MELCHIOR

2116. — *Acta Secretariatus Generalis. De precibus et operibus communicandis,* in *Tert. Ord.,* 1948, t. IX, p. 75-79.

Describitur opus vulgo *L'Institut Franciscain du Foyer Séraphique* nuncupatum, cuius auctor fuit Rev. Dom. CEGAUT, T.O.S., in urbe Divionensi parochus (c. an. 1890) eiusque historia per summa capita retexitur. Ex eo associatio Sororum T.O.R. orta est, quae vitam communem agentes ac publica vota nuncupantes orationibus et poenitentiae operibus mundi peccata reparare atque Tertianis auxilium praestare student; quibus institutorum saecularium instar additae sunt aliae Sorores, quae *Sœurs Auxiliaires du Foyer Séraphique* dicuntur quarumque Statutorum compendium ibidem gallice editur.

P. IGNATIUS M.

2117. — *Vita Matris M. Crescentiae Hoess, Monialis Kauffburanae, a* JOANNE BAPT. PAMER S.J. *propria manu conscripta 1758, edita ab* A. MARTIN, *puerorum magistro, 1946, per* P. JOANNEM GATZ, O. F.M., *Vicepostulatorem B.M. Crescentiae, auctoritate Superiorum,* s. n.t. (Typis: München, M. Greska, 1946; prostat apud Crescentiakloster, Kaufbeuren). In-8°, 24 p.

Huius *Vitae* B.M. CRESCENTIAE HOESS in archivo monasterii Kauffburani Sororum Tertii Ordinis Regularis S. Francisci duae recensiones, ab eodem J. PAMER exaratae, adservantur, altera expleta, altera non integra atque a prima differens nonnullis lectionibus quae in praesenti editione accurate notantur. Additum est insuper glossarium eorum vocabulorum quae rarius in lexicis communibus linguae latinae inveniuntur. P. BONAVENTURA

2118. — *Mutterhaus Gengenbach. Franziskanerinnen vom Göttlichen Herzen Jesu,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 58-59.

Hodiernus status personalis huius Congregationis exhibetur. Recensentur domus in Germania, Helvetia et Chilia. Congregatio fundata est in Seelbach an. 1866 et an. 1904 Ordini Fratrum Minorum aggregatur. In *Conspectus trium Ordinum Religiosorum S.P.N. Francisci,* p. 190 (Romae, 1929), nuncupatur «Congregatio Sororum Franciscalium a Misericordia», et an. 1861 in Tretenhof, archidioec. Friburgen., fundata esse dicitur. P. MELCHIOR

2119. — K. S., *Die Franziskanerinnen von Siessen,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 82-84.

Exhibetur status personalis et localis Congregationis Sororum Scholarum Tertii Ordinis S. Francisci, finis quem sibi praestituit significatur atque vicissitudines tempore belli an. 1939-1945 describuntur. Congregatio fundata est an. 1853 atque an. 1860 instauratur in Siessen (Saulgau, dioec. Rottenburgen.). P. MELCHIOR

2120. — K. S., *Obviam Christo! Schwester M. Innocentia Hummel,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 84-86.

Brevis notitia biographica huius religiosae alumnae Congregationis Sororum Scholarum Tertii Ordinis S. Francisci in Siessen, quae die 6 nov. an. 1946 vitam clausit. Singulari gaudebat dexteritate in operibus artificiosis conficiendis, quae sub nomine BERTAE HUMMEL vulgavit. P. MELCHIOR

2121. — SCHW. M. AQUINA, *Klänge in Dur und Moll aus dem Mutterhause Thuine,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 22-23.

Enarrantur tristes vicissitudines Congregationis Sororum Franciscanarum a S. Georgio Martyre de Thuine prope Freren (Hannover) tempore immanis belli an. 1939-1945. P. MELCHIOR

2122. — *Dienerinnen der heiligen Kindheit Jesu, Mutterhaus Würzburg-Oberzell,* in *Bruder Franz,* 1948, t. I, p. 116-119.

An. 1855 hanc Congregationem Sororum Franciscalium Famularum S. Infantiae Jesu fundavit in Oberzell, dioec. Herbipolen., ANTONIA WERR (1813-1868). Suasionibus FRANCISCI EHRENBURG, O.F.M., congregatio amplectitur Regulam Tertii Ordinis S. Francisci; an. 1888 approbationem episcopalem, et an. 1936 approbationem pontificiam obtinuit. Sorores potisimum operam impendunt in instituendis puellis atque in infirmis curandis. Significantur quoque pietatis exercitia, quae colunt ad propriam sanctificationem facilius obtinendam.

P. MELCHIOR

2123. — A. REICHERT, O.F.M.CONV. *Mother Frances Streitel: her Life and Work.* Trans. from the German. Milwaukee, Convent of the Sorrowful Mother, 1948. In-8°, XIV-262 p.

2124. — *Decretum introductionis causae pro beatificatione Servae Dei Franciscae Streitel, fundatricis Instituti a Matre Dolorosa,* in *Acta Ap. Sedis,* 1947, t. XXXIX, p. 502-504.

Die 13 iun. an. 1947 obsignata est commissio introductionis causae beatificationis servae Dei AMALIAE FRANCISCAE ROSAE STREITEL. Dei famula nata est die 24 nov. an. 1844, atque quum decimum septimum aetatis annum ageret, Institutum Sororum Tertii Ordinis S. Francisci amplectitur, in quo ab an. 1866 ad an. 1882 variis functa est muneribus. Postea tamen illud reliquit atque Institutum Sororum a Matre Dolorosa fundavit; porro ob ardentem paupertatis amorem, quo S. FRANCISCUS ASSISIENSIS flagrabat, ipsa nomen FRANCISCAE assumpsit. Multa exinde passa est, et meritis plena obdormivit in Domino die 6 mart. an. 1911. P. MELCHIOR

2125. — SALVATOR MASCHEK [VON MUOLEN], O.F.M.CAP. *Frau Mutter Maria Anna Bossard. Ein kleines Lebensbild*. Solothurn, Selbstverlag des Namen-Jesu-Klosters, 1947. In-8°, 78 p.

Testimoniis collectis ex testibus directis et immediatis, sed potissimum ex *Diario* quod ipsamet M. ANNA BOSSARD scripsit, A. huius religiosae feminae biographiam exaravit. M.A. BOSSARD primam lucem vidit die 6 maii an. 1880 atque die 8 aug. an. 1905 vota religiosa nuncupavit Soloduri in monasterio Tertiariarum Capuccinarum et vitam clausit mense iul. an. 1943. Puellis instituendis incubuit atque in aliis monasterii officiis obeundis suam indolem maternam egregie manifestavit. P. MELCHIOR

2126. — IMMACULADA RIVERA, T.F., *Las Terciarias Franciscanas de la Purísima (Murcia) en Centro América*, in *España Mis.*, 1947, t. IV, p. 255-261.

Describuntur primordia huius Congregationis religiosae, quam FRANCISCUS EMMANUEL MALO, O.F.M. († 1892) et PAULA A JESU († 1913) erexerunt an. 1881 ad opera misericordiae exercenda; ab anno autem 1933 in America Media idem opus sodales prosequuntur atque religiosae domus propagantur. P. MELCHIOR

2127. — J.S. VERNI, *Terciarias Franciscanas de los SS. Corazones*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 82-83, 114.

Sociata opera BARNABAE AB ASTURICA, O.F.M.CAP., hanc Congregationem religiosam fundavit an. 1884 MARIA A CARMINE JOSEPHA GONZÁLEZ († 1899) ad puellas pauperes vel derelictas custodiendas et erudiendas. P. MELCHIOR

2128. — *El M. Rvdo. Sr. D. Gabriel Mariano Ribas y Gallard, fundador de las Religiosas Franciscanas Hijas de la Misericordia, de Mallorca (1814-1873)*. Palma de Mallorca, Impr. «Mossén Alcover», 1948. In-8°, 142 p.

2129. — *The Indian Franciscan Tertiary Sisters (1922-1947)*, in *Collect. Punjab.*, 1947, t. II, p. 190-191.

Hoc sodalitium institutum est an. 1922 ab episcopo Lahorensi FABIANO EESTERMANS A MEERLE, O.F.M.CAP. († 1931), ut eius sodales, Regulam Tertii Ordinis Franciscalis amplectentes, curam filiorum indigenarum illius missionis susciperent. Primus novitiatus aperitur die 24 iun. eiusdem anni 1922. P. MELCHIOR

2130. — *Sister Alphonsa, Franciscan Poor Clare (1910-1946)*, in *Voice of Assisi*, 1947, t. XII, p. 99, 118-119, 147-148, 164, 166; 1948, t. XIII, p. 5, 19-20, 59-60.

Soror ALPHONSA A MARIA IMMACULATA, nata die 9 aug. 1910 parentibus catholicis ritus Syro-Malabarici in Kudamaloor prope Mannanam (Travancore, India), die 19 maii 1930 ingressa est Congregationem indigenarum Sororum Tertiariarum Franciscanarum a S. Clara, an. 1886 a CAROLO LAVIGNE, S.J., postea Episcopo tit. Milevitano et Vicario apostolico de Kottayam institutam. Infirma valetudine, gravibus morbis fere continuo implicata, mirae patientiae, humilitatis, caritatis in Deum et proximum exempla praebuit. Mortua est die

28 iul. 1946 in conventu Bharananganam. Mox sepulcrum eius, propter plurium aegrotantium miras sanationes, per totam Indiam Meridionalem gloriosum factum est, et milia hominum, tam fidelium quam infidelium, illuc conveniunt intercessionem humilis sororis imploraturi. Haec in praesenti commentariolo simpliciter narrantur.

P. Bonaventura

2131. — R. Gustaw, (*Monasterium et ecclesia S. Joseph Sororum Bernardinarum Cracoviae, 1646-1946*: polonice). Kraków, S. Kamiński, 1947. 207 p.

Moniales Bernardinae monasterii S. Joseph Cracoviae sunt Tertii Ordinis Regularis S. Francisci cum clausura (cf. *Conspectus Trium Ordinum Religiosorum S.P.N. Francisci*, p. 379, Romae, 1929).

P. Bonaventura

B. - De Tertio Ordine Saeculari

1. - *Generalia de Tertio Ordine Saeculari*

2132. — Burchardus a Wolfenschiessen, O.F.M.Cap., *De Tertii Ordinis Saecularis S. Francisci Regula Pauli III et Statutis quae Innocentii XI nuncupantur*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 13-26, 51-60, 88-94, 125-133; 1949, t. X, p. 11-37, 115-123.

Nonnullis de historia huius Regulae praemissis, eduntur tres Regulae Pauli III, nempe: 1) Regula Fratrum Primi Status; 2) Regula Monialium Secundi Status; 3) Regula Fratrum et Sororum Tertii Status, hominum scilicet utriusque sexus etiam coniugatorum. Dein, aliquibus historicis nuntiis a tempore Pauli III ad Innocentii XI Statuta interiectis, de Directorio trium Ordinum S.N.P. Francisci, auctore Francisco Díaz, O.F.M.Obs., sermo est; ac denique examinantur Statuta Innocentii XI, quae, sicut triplex Regula Pauli III, integra referuntur et explanantur, de eorum indole et fine, auctoritate et momento disserendo. P. Ignatius M.

2133. — Georg Roth, O.F.M., *Das Wesen des Dritten Ordens*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 60-62.

Exposita Tertii Ordinis in genere natura ex verbis Pii XI et ex Cod. J.C. desumpta, A. id penetrare studet, in quo T.O.F. ab aliis Tertiis Ordinibus discernatur, atque probat S. Francisco discipulisque eius ac sectatoribus Evangelii praecepta et perfectionem regulam fuisse et vitae formam, immo vitam ipsam, quae perfecta acquiritur animi aversione a modo cogitandi agendique hominibus communi et conversione ad Deum perfecta. P. Ignatius M.

2134. — Felicianus Bessmer [ab Oberägeri], O.F.M.Cap., *Ein Papstwort Pius XI. über das tiefste Wesen und die Sendung des Dritten Ordens*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 76-77.

Est allocutio Pii XI die 26 febr. 1923 habita ad Tertiarios Franciscales, nunc excerpta ex opere Auctoris «*Botschaft des hl. Franz an die Gegenwart. Päpstliche Kundgebungen über franziskanische Geistig-*

keit und Lebensform», p. 45-48 (Schwyz, 1945; cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 242, n. 3793); quae allocutio de intima T.O.F. natura ac de iis, quae Tertiani Franciscales nostris temporibus praestare debent, agit. Totum opus P. FELICIANI BESSMER evulgat allocutiones aliaque verba Summorum Pontificum de franciscana spiritualitate ac vivendi norma. P. IGNATIUS M.

2135. — A. PERUFFO, O.F.M. *Il Terz'Ordine Francescano nel pensiero dei Papi*, Roma, Commissariato Generale del T.O.F. dei Frati Minori, 1944. In-8°, XXXI-546 p.

Allata P. LEONARDI BELLO, tunc Ministri generalis O.F.M., epistola, qua et laudatur opus, ut par est, et omnibus T.O.F. cultoribus atque praefectis merito commendatur, passim dotes praecipuas ac laudes extollendo, A. in introductione quam brevissime T.O.F. historiam delineat (p. XVII-XXIV), Summorum Pontificum ab HONORIO III ad PIUM XII usque curas de eo sollertiamque in mentem lectoris revocando, cui addit notam bibliographicam diligenter quamvis brevem redactam. Dein A. in volumine ipso, praemissa scriptis et effatis cuiusque Pontificis a PIO IX ad PIUM XII per summa capita vitae descriptione, praesertim ea referendo, quae — sive verba sive facta — nominatim de T.O.F. agunt, mentem sex Pontificum exponit, scriptis documentisque eorum confirmatam, ita ut lector ipse, conferens doctrinam Christi Vicarii de T.O.F. cum ipsius temporibus moribusque concludere cogatur T.O.F., ubi revera deducatur in actum, vim habere instaurandae ac promovendae vitae christianae ad Evangelii praecepta ac profecto societatis humanae quoque moraliter sanandae.

Regulas T.O.F. referens, post Leonianam reformationem (p. 126-134), A. ex antiquis primae Regulae manuscriptis codicem Venetum, quem B. BUGHETTI, O.F.M., an. 1921 edidit quemque ipse A. Regulae a S. FRANCISCO exaratae fideliorem perfectioremque existimat, praefert eique addit quae in cod. Capistranensi (1228) plura habentur; dein NICOLAI IV Regulam tradit (p. 134-160; cf. TH. ZAREMBA, O.F.M., *Franciscan Social Reform*, p. 112 s., *infra*, n. 2136).

Perutile hoc opus pleno commendamus animo moderatoribus T.O.F. ipsisque Tertiariis, in primis iuvenibus studiosis, qui pietatem ac fidem validis cupiunt firmare fulcireque rationibus.

Minus placet quidam defectus in referendis ad calcem operibus, cum pluries (uti p. 4, 11, 48, 50, et alibi) paginae non citentur neque alio modo facilitas consultandi praebeatur studiosis lectoribus. P. IGNATIUS M.

2136. — THEODORE ANTHONY ZAREMBA, O.F.M. *Franciscan Social Reform. A study of the Third Order Secular of St. Francis as an agency of social reform according to certain Papal documents.* (The Catholic University of America. Studies in Sociology. Vol. 26). Washington, The Catholic University of America Press — Pulaski (Wisconsin), The Franciscan Printery, 1947. In-8°, XXII-407 p.

A. in Introductione, enuntiatis breviter quidem at clare malis hoc superiori saeculo (1850-1945) grassantibus, vario nomine notis (v.g. «morbi», «problemata», «quaestiones sociales»), tentaminibus quoque complurium hominum ad mala illa sananda vel auferenda — remediis quidem tantum humanis — significatis, socialium quaestionum solutio-

nem ab Ecclesia Catholica propositam exponit, ut locum et momentum Tertii Ordinis Saecularis S. Francisci pro restauratione vitae christianae ac societatis humanae sanatione iuxta Summorum Pontificum mentem accuratius explanet.

A. textus documentorum pontificiorum de T.O.F., anglico redactorum sermone, in partes dividit suisque explicationibus singillatim illustrat, mentem illorum Pontificum investigans atque interpretans ex eorum minoribus documentis, allocutionibus vel effatis: quem quidem modum A. anteponit explanationibus ab aliis de eodem argumento peractis; nam «the views of the Pontiffs are *the important* views», i.e. quid Romani Pontifices de aliqua re senserint, id magni momenti est (p. XX). Item, cum T.O.F. iam sua quadam historia gaudeat eiusque spiritus coniunctissime a «Pauperculo Assisiensi» dependeat necnon ab aliis spiritualibus saltem I Ordinis filiis, necessario visum est hoc vel illud plus minusve ex eorum historia depromere ad genuinam Pontificum mentem plane explicandam et intelligendam, quibusdam saltem in locis documentorum, quae A. investiganda interpretandaque suscepit quaeque sunt: 1) Litt. Encycl. *Auspicato*, die 17 sept. 1882 a LEONE XIII emanatae, eiusdemque Pontificis Constitutio *Misericors Dei Filius* diei 30 maii 1883; 2) Epist. *Tertium Franciscalium* B. PII Papae X, die 8 sept. 1912 edita; 3) Litt. Encycl. *Sacra propediem* BENEDICTI XV, die 6 ian. 1921 datae; 4) itemque Litt. Encycl. *Rite expiatis* PII Papae XI, die 30 apr. 1926 in lucem prolatae.

A., data occasione, libenter commemorat vel etiam longius pertractat varia Ordinum S. Francisci opera, non omisso franciscano in artes influxu (cf. v.g. influxum in litteras italicas, p. 68 ss.; in artem pingendi p. 72 ss.; in alias artes p. 75 ss.). Studio item dignum invenies, quod Regulas T.O.F., quae iamdiu viguerunt, referat et inter se conferat (p. 111-146): Regulam nempe antiquam iuxta *cod. Capistranensem* (quem ex quattuor codicibus eiusdem Regulae elegit, eo quod tres alii codices iam habeantur in *Arch. Franc. Hist.*, nimirum *cod. Regiomontanus*: *ibid.*, 1918, t. VI, p. 242-250; *cod. Mariani*: *ibid.*, 1925, t. XIII, p. 3-77; *cod. Venetus*: *ibid.*, 1926, t. XIV, p. 109-121), qui non post an. 1228 conscriptus est; Regulam NICOLAI IV (an. 1289) ac Leonianam (1883). Ita in opere multa tibi occurrent, quae ad T.O.F. illustrandum, intelligendum, aestimandum propagandumque valde utilia sunt, quibus perpensis attentus et nullo praeiudicio irretitus lector cuiusvis societatis gradus eadem, quae A., merito inferet, nempe: 1) Pontifices, quos supra memoravimus, Tertium Ordinem Saecularem S. Francisci iure existimant institutum reformandae societati aptum; 2) iidem T.O.F. non quidem unicum, at validissimum habent et efficacissimum institutum ad perficiendam societatis humanae reformationem moralem; 3) item censent T.O.F. optime reformare posse moralia humanae societatis, si omnes Tertiarii imprimis diligentissime suam vitae regulam servent atque in vita privata se conformare studeant exemplo sancti ipsorum Institutoris; 4) colligitur quoque ex scriptis Pontificum T.O.F. efficacius propagandum esse, ut quam plurimis causa et optio detur sequendi eius normam vitae; 5) demum concluditur Pontifices peroptare, ut coniunctius omnes Franciscalium vires inter se copulentur ad maius Tertiariorum robur efficaciusque componendum. Non est mirum, si ad hunc obtinendum finem iidem adhortentur et clericos omnes et praecipue Franciscales, ut propagando T.O.F. dent operam, et ordinandis ac dirigendis efficientius Tertiariorum viribus summopere instent (p. 374).

Documentorum commentationem sequitur *nota bibliographica* (p. 378-398), quae, etsi imperfecta, ut ipse A. fatetur, sed etiam rationes profert, ob quas noluit nec potuit integram de argumento bibliographiam referre, duplicem tamen finem, quem A. sibi proposuerat, bene obtinet: 1) ut communes lectores fontes « populares » noscant, quibus studium de re franciscana T.O. prosequi valeant; 2) ut detur quoque studiosis hominibus optima occasio et usu facilis oppor-

tunitas requirendi atque investigandi fontes quos vocant « scientificos » ad studia hac de re animose strenueque conficienda.

Indice tandem nominum aliquorumque argumentorum (p. 399-407) opus digne concluditur. P. IGNATIUS M.

2137. — *Directives Pontificales sur le Tiers-Ordre de Saint François.* Troisième édition. Montréal (Canada), L'Echo de St.-François (La Réparation, Pointe-aux-Trembles), 1948. In-8°, 79 p.

Fasciculus iste, a Capuccinis provinciae Sacri Cordis (Canada) editus, opusculum est vulgationis documentorum pontificiorum de T.O.F. Praebet enim legentibus, nulla explanatione addita, versionem gallicam Litt. Encycl. *Auspicato* LEONIS XIII diei 17 sept 1882 (p. 5-15), Constitutionis *Misericors Dei Filius* eiusdem Pontificis d. 30 maii 1883 (p. 17-20) cum subsequenti Regula Leoniana et elencho indulgentiarum T.O.F. (p. 20-26), Epist. *Tertium Franciscalium* PII X d. 8 sept. 1912 (p. 27-32), Litt. Encycl. *Sacra Propediem* BENEDICTI XV d. 6 ian. 1921 (p. 33-41), allocutionis PII XI ad Tertiarios Romanos die 26 febr. 1923 habitae (p. 43-45), eiusdem Pontificis Litt. Encycl. *Rite Expiatis* d. 30 apr. 1926 (p. 47-67), sermonis PII XII die 20 sept. 1945 habiti de Spiritu Christi in T.O.F. contento (p. 69-73) necnon decreta Concilii Plenarii urbis Québec (Canada) an. 1909 emanata, quae de piis associationibus agunt quorumque caput II T.O.F. dicatum est.

Cum ex his documentis aliquae excerptae formulae et publici iuris factae tam notae sint, ut fere non amplius attendantur, potissimum interest eas iterum in contextu relegere ac perpendere, ut genuinam earum significationem comprehendamus atque extensionem, ad veram T.O.F. naturam dignoscendam et finem, eius Regulae restaurationem nostrisque accommodationem temporibus, diffusionis eius opportunitatem ac momentum bene illum dirigendi, quidve rationis T.O.F. habeat cum caeteris piis associationibus. Quisque studiosus lector poterit ex sese de magno momento iudicare ac praestantia rei, atque adlaborare, ut Tertiarii congregati multiplicentur et reflorescant (cf. praefationem opusculi, ubi etiam commemorantur Episcopi Canadenses, qui iam ante LEONEM XIII propagando T.O.F. plurimum institerunt). P. IGNATIUS M.

2138. — JOAN-MARIA [PUTS VAN KASTERLEE], O.F.M.CAP., *Paus Leo XIII en de Derde Orde*, in *Priesterblad*, 1947-1948, t. XXIX, p. 238-244.

In hac dissertatione A. studet mentem dignoscere animumque LEONIS XIII ad quaestionem de reparanda humana societate solvendam: quod ex ipsius documentis tum ante cum inter Summum eius Pontificatum editis magnopere ac nusquam aliter melius quam per Tertium Ordinem S. Francisci fieri posse comprobat. Numquid ipse Pontifex errore captus est, cum Tertium Franciscalem Ordinem tamquam illuminantem christicolis portendens facem aiebat: « Haec mihi via ad salutem societatis humanae: Tertius Ordo S. Francisci »? (p. 239). Atque ita A., documenta valida multaque hominum utriusque sexus insignium exempla referens, luculenter probat quid T.O.F. apud quamplurimos valuerit quidque potuerit in eorum animis efficere (p. 239-240), quot quantosque tulerit fructus (hic praesertim eos tangit in Neerlandia ac Belgio partos) (p. 240-242), quam in societatem humanam efficacem exercuerit operam atque exerceat usque in praesentem diem, si recte sapienterque eum toto animi fervore sodales eius, viribus unitis, in quotidianam reducant praxim et usum, in-

tima praecipue cuiusque renovatione (p. 242-243). Iure igitur A. concludit T.O.F. ex mente LEONIS XIII remedium praecipuum esse ad instaurandam societatem humanam. P. IGNATIUS M.

2139. — ANTONINO DA S. ELIA A PIANISI, O.F.M.CAP. *Manuale storico-giuridico-pratico sul Terz' Ordine Francescano.* Appendici: *Cordigeri - Amici di S. Francesco - Testi e Documenti - Cerimoniale.* Roma, Segretariato Generale del Terz'Ordine Francescano dei Frati Minori Cappuccini, 1947. In-8°, XXXII-614 p.

Hoc manuale, imprimis pro clericis studiosis nostris ac pro moderatoribus T.O.F. exaratum, in tres dividitur partes, quarum prima de Tertiis Ordinibus, indole ac momento T.O.F. praecipue spectatis, scite disserit (p. 1-67); altera vero pars conspectum T.O.F. historicum praebet, varias quae ad eum pertinent quaestiones polite attingens (p. 69-160); tertia autem leges canonicas fuse pertractat de potestate et modo Congregationis T.O.F. constituendae et ordinandae, promovendae regendaeque, de officiis Tertiariorum atque iuribus ac beneficiis spiritualibus (p. 161-431). Adduntur appendices de Chordigeris (p. 433-459), de novo Amicorum S. Francisci instituto (p. 461-467), de fontibus ac documentis maxime iuridici coloris a primigenia Regula usque ad pleraque T.O.F. Statuta nostrae aetatis (p. 469-567), denique de caeremoniis in T.O.F. usitatis (p. 569-593). Opus, post praefationem P. BURCHARDI A WOLFENSCHIESSEN, O.F.M.CAP., brevemque A. introductionem, praeclaro rerum aperitur ordine et enumeratione fontium adhibitorum, atque perspicuis canonum rerumque indicibus concluditur.

Ut clare ex ipso patet operis titulo, A. momentum T.O.F. historicum, iuridicum, practicum (ut aiunt) ample diligenterque penetrare et pertractare studuit, consociatam Seraphicae Militiae et Actionis Catholicae operam defendens (p. 12-17) ac falsas adversariorum opiniones de origine T.O.F., testantibus documentis, refutans (p. 85-90). Notabilis quoque exagitatur quaestio de primo T.O.F. institutionis loco (p. 82-83) ac tempore (p. 90-91). Ast longum valde foret vel enumerare, etsi per summa tantum capita, praestantiae dotes utilitatisque huius manualis, aut licet summatim generalem operis materiarum conspectum reddere, quamvis aliqua forte enucleatius desiderentur (v.g. definitior et accuratior indolis T.O.F. descriptio necnon diversitas inter T.O.F. aliasque associationes ecclesiasticas; cf. eiusdem A. *Brevis excursus in can. 686 de erectione associationum fidelium cum respectu ad quasdam quaestiones Tertios Ordines attingentes;* cf. *infra*, n. 2145), mendave quaedam irrepserint (v.g., praeter ea quae dicuntur typographica, inter Summos Pontifices ex Ordine S. Francisci Assis. p. 25 commemoratos oblitteratus est CLEMENS XIV). At haec minime laudi, quae tum operi tum eius A. iure debetur, officiunt omnibusque cultioribus Tertianis vel T.O.F. cultoribus opus perutile evadet. P. IGNATIUS M.

2140. — BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.CAP., *Historia de la Orden Tercera* (*Organización de la Orden Tercera*), in *Apost. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 77-78, 103-104.

His duobus locis A. brevem quidem at perspicuum offert legentibus historiae T.O.F. conspectum, praecipuis firmatum documentis, necnon evolutionem Regulae T.O.F. atque uniuscuiusque summarium, additis interdum peculiaribus nuntiis vitae disciplinaris, usque ad Statutum Internationale T.O.F. (1946). In tertia adnotatione ad calcem p. 77 mendum habetur *Pedro* Sabatier loco *Paul* Sabatier.

P. IGNATIUS M.

2141. — Burchardus a Wolfenschiessen, O.F.M.Cap., *Relatio de rebus in Tertio Ordine Saec. obedientiae O.F.M. Capuccinorum anno Domini 1946 gestis*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 43-66.

Compendiose quidem, ast clare sufficienterque referuntur ea omnia, quae operam T.O.F. praecedentis anni tum generatim spectatam cum singulis in nationibus perfectam respiciunt. Memoramus inter alia constitutionem Consilii Internationalis T.O.F. (p. 46) novique Statuti pro Italia editionem (p. 47). P. Ignatius M.

2142. — Burchardus a Wolfenschiessen, O.F.M.Cap., *Relatio de rebus in Tertio Ordine Saec. O.F.M.Cap. anno Domini MDCCCCXLVII gestis*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 43-50.

Referuntur quae T.O.F. anno 1947 praeclare gessit ubique terrarum. Memoratu digna habes scripta de T.O. edita atque Tertianos insignes (p. 48-49) vita functos. P. Ignatius M.

2143. — *Statutum Internationalis Consilii Tertii Ordinis S.P.N. Francisci Assisiensis*, in *Comm. Min. Conv.*, 1947, t. XLIV, p. 150-152.

Nonnullis de historia huic Consilio Internationali T.O.F. constituendo praecedente relatis, editur integrum eiusdem Consilii Statutum, a tribus Ministris Generalibus I Ordinis S. Francisci necnon a Ministro generali T.O.Reg. subsignatum. P. Ignatius M.

2144. — *Un document fameux: Statuts du Conseil International du Tiers-Ordre de Saint François d'Assise*, in *Écho S. Franç.*, 1947, t. XXXVII, p. 42-43.

Referuntur tria priora capita Statuti Internationalis Consilii T. O.F., Romae die 5 sept. 1946 adprobati, nempe 1) quid Consilium spectet; 2) quid ei auctoritatis competat; 3) qui ei moderentur (p. 42). Consequitur exhortatio ad T.O.F. Directores ipsosque sodales, quae ex *Tert. Ordo*, 1946, t. VII, p. 76, desumpta est. Notatur mendum: dicendum erat Fr. Jean *Parisi*, quod eius familiae nomen est, non vero *de Paris* (p. 42). P. Ignatius M.

2145. — Antoninus a S. Elia ad Planisium, O.F.M.Cap., *Brevis excursus in can. 686 de erectione associationum fidelium cum respectu ad quasdam quaestiones Tertios Ordines attingentes*, in *Tert. Ordo*, 1946, t. VII, p. 111-120; 1947, t. VIII, p. 18-24, 123-128.

A. clare doctrinam exponit canonicam de erectione associationum ecclesiasticarum: quae sint, quis eas erigere possit et qui Ordinarii loci requiratur consensus ad eas valide erigendas, additis exemplis, quaestionibus ac documentis ante Codicem desumptis. Dein variae proponuntur quaestiones aetatis nostrae, ad quas solvendas tum antiqui nostrique temporis auctores afferuntur cum inter se confertur praxis ante et post Codicem usitata, iis praesertim spectatis, quae T.O.F. respiciunt. P. Ignatius M.

2146. — Burchardus a Wolfenschiessen, O.F.M.Cap., *De communione precum aliorumque operum inter Franciscanos Regulares et Tertiarios saeculares efficienda*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 80-89.

2147. — *De precibus et operibus communicandis*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 75-79.

2148. — *De iure praecedentiae T.O.F.*, in *Acta Ord. Min.*, 1947, t. LXVI, p. 62-64.

Resumitur quaestio plurimum exagitata de iure praecedentiae inter pias laicorum associationes in processionibus praesertim eucharisticis: cui ius illud competat, qui ordo sit servandus, quae condiciones requirantur. Hic in primis ea quae T.O.F. spectant referuntur, pluribus documentis pontificiis responsisque S. Congregationum inde a BENEDICTO XIII (1725) ad Codicem usque (1918) allatis, quibus innititur can. 701. P. IGNATIUS M.

2149. — FERGUS A BROOKLYN, O.F.M.CAP. — *Normae visitationis Tertii Ordinis. Dissertatio a R. P. Fergo a Brooklyn, O.F.M.Cap., Prov. Calvar., in Nationali Consilio Exsecutorio Tertii Ordinis Statuum Foederatorum Americae mense Octobri 1946 habita* [quam latine vertit P. VITUS A BUSSUM, O.F.M.CAP.], in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 115-122; 1948, t. IX, p. 5-12.

Ut ipse dicit titulus, disseritur de normis in visitando Tertio Ordine Saec. adhibendis, nempe: quae requirantur condiciones, quae visitationi praemittenda sint, et quo ipsa visitatio peragi debeat modo, notando praesertim quae prospicienda sunt; ac denique illa attinguntur quae post visitationem sunt agenda. - Si omnes, quorum est, has sequerentur normas, profecto maiores ex T.O.F. melioresque perciperentur fructus. P. IGNATIUS M.

2150. — *De scapulari et cingulo gestandis*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 3-11.

Cum anno superiori (cf. *Tert. Ordo*, 1946, t. VII, p. 5 ss.) circulares litterae ad Min. Provinciales ac Delegatos Prov. T.O.F. missae sint, quaestionem de gestando necne scapulari cinguloque attingentes, referuntur hic variae undique transmissae responsiones, dein vero quaestio ipsa disceptatur ac diiudicatur, demum autem difficultates solvuntur, quae contra habitum T.O.F. gestandum fuerant enuntiatae. P. IGNATIUS M.

2151. — AEMILIUS M. A SOLLANA, O.F.M.CAP., *Quomodo moderator seu director sit et sodales Tertii Ordinis efformare debeat?*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 118-124.

Est sermo, quem A. habuit in conventu Delegatorum Provincialium Hispanorum de moderatore cuiusvis congregationis T.O.F. efformando, ut recte, apte fructuoseque munere suo fungi valeat.

P. IGNATIUS M.

2152. — AGAPITO DE SOBRADILLO, O.F.M.CAP. *La Tercera Orden, su Regla e Indulgencias.* 4ª Edición. Salamanca, Imprenta Comercial Salmantina, 1947. In-32°, 50 p.

2153. — IDEM. — — 5ª Edición. Salamanca, Imprenta Comercial Salmantina, 1948. In-32°, 60 p.

Libellus hic quanto mole humilior, tanto facilior usu est. A. tam brevi tamque perspicue totam, ut ita dicam, tractationem de T. O.F. exaravit, ut Sodales opusculo pie utentes certe fructu carere non poterint: quod liquido patet ex iteratis eius editionibus.

P. IGNATIUS M.

2154. — AGAPITO DE SOBRADILLO, O.F.M.CAP., *¿Gozan los terciarios franciscanos de algún privilegio acerca de la sepultura eclesiástica?*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 95-114.

Ad solvendam hanc de sodalium Tertii Ordinis franciscalis sepultura controversam quaestionem, A. diligenter pervestigavit omnes de hac re anteactis temporibus prolatas normas tum in ipsa Tertii Ordinis Regula tum in Summorum Pontificum vel Sacrarum Congregationum documentis. Quibus omnibus perspectis et examinatis, A. legitime concludere videtur nunc sodalium Tertiariorum ecclesiasticam sepulturam ad normam unius iuris communis faciendam esse, etsi iisdem concedatur ius consodalium funeribus collegialiter interesse cum suis insignibus sub cruce propria. P. MELCHIOR

2155. — AGAPITO DE SOBRADILLO, O.F.M.CAP., *¿Gozan los sacerdotes terciarios franciscanos de altar privilegiado?*, in *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 270-278.

Quum an. 1933 S. Paenitentiaria abrogaverit piis associationibus cuiuscumque nominis vel naturae facultatem concedendi indultum sic dicti altaris privilegiati personalis, exinde inter auctores lis orta est utrumne hoc privilegium, quo certe sacerdotes Tertio Ordini adscripti gaudebant ter in hebdomada, adhuc vigeat. A. qui olim in suo opere *La tercera Orden de San Francisco*, p. 155 s. (Santander, 1935) affirmativam sententiam propugnaverat, hodie anceps haeret et consultius esse affirmat a S. Sede privilegii confirmationem impetrare.

P. MELCHIOR

2156. — ANTHONY PATTISON [OF REDCAR], O.F.M.CAP., *The Third Order and Social Order*, in *The Cowl*, 1948, t. XII, p. 176-178, 209-212, 221-223, 238, 246-248, 258.

Ex quorumdam erroribus, qui prave evangelica interpretantes effata in commodum unius terrestris vitae detorquerunt quosque alii plerique T.O.F. similiter falso explanantes imitati sunt, A. exponit quo modo Tertiarii Franciscales doctrinae Evangelii inhaerentes societatem humanam reparare queant atque instaurare. P. IGNATIUS M.

2157. — F. BESSMER, O.F.M.CAP., *Il convento senza clausura.* Roma, Centro Nazionale T.O.F., 1948. In-12°, 48 p.

Versio italica opusculi *Das Kloster ohne Mauern*, Schwyz, 1942, etiam in linguam Neerlandicam conversi (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 351 s., n. 5519-5521).

2158. — P. TELESPHORUS [VAN LEUR], O.F.M.CAP., *Kan de Derde Orde van S. Franciscus iets betekenen voor de Katholieke Actie?*, in *Priesterblad*, 1947-1948, t. XXIX, p. 337-344.

A., ex dioecesano moderatorum Catholicae Actionis conventu in urbe Roermond (Neerlandia) die 13 oct. 1947 habito aliqua resumens ab Exc.mo Dom. FERON prolata, ea praesertim quae ad formationem asceticam sodalium Associationum piarum Actionisque Catholicae pertinent, hanc ponit quaestionem: Quid T.O.S. Francisci valeat ad sodales Actionis Catholicae ascetice instituendos? Atque ipse respondet quattuor haec illustrando: 1) S. FRANCISCUS Patronus Catholicae Actionis est a suprema Ecclesiae auctoritate declaratus (p. 338); 2) S. FRANCISCUS exemplar quoque est cuivis Actionis Catholicae sodali (p. 338-341); 3) ipsemet omnibus Actionis Catholicae sodalibus vivendi normam tradit (p. 341-342); 4) idemque canonicam eis praebet dispositionem agendi ac formam (p. 343-344): quae omnia A. explanationibus locisque allatis congruentibus clare discutit atque interpretatur. Quod autem T.O.F. operae Actionis Catholicae afferre potest, nullo modo contra agendo, sed concordissime et consociatim operando perficere debet pro una eademque causa, renovandis nempe singulorum animis moribusque totius humanae societatis castigatioribus instaurandis. P. IGNATIUS M.

2159. — JERÔME DE PARIS, O.F.M.CAP., *Conférence mensuelle: Le tertiaire franciscain dans les conjonctures actuelles*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1947-1948, t. XVII-XIX, pages hors texte.

In hac collationum spiritualium serie A. monita et excitamenta proponit in commodum eorum qui sodalitia moderantur, ut singulis mensibus eisdem opportunitatem offerat sodalibus instruendi de eorum officiis et muneribus in praesentibus rerum adiunctis. P. MELCHIOR

2160. — P. PEANO, *Communauté du Tiers-Ordre*, in *Regards sur la Communauté* (*Lumières d'Assise*, n. 4), p. 53-61, Paris, 1947.

S. FRANCISCI primus et secundus Ordo vitam communem agunt. Contra, Tertius Ordo pro singulis christianis conditus est. Quomodo ergo fratres et sorores de Poenitentia «in domibus propriis existentes», prout ita vocantur in ipsa Regula, societatem componere possunt? A. primitivum Tertium Ordinem cum primitiva Ecclesia confert. Sicut primi christiani inter se convenerant, quin adessent praecepta quae illa concilia iuberent, sed tantum propter amorem communem Christi et mutuam caritatem, sic primi Tertiarii statim ab initio, quia eadem volebant et nolebant, communia concilia tenebant ut orationi simul vacarent. Deinde Tertiarii veras consociationes condiderunt, praesertim secundum artem quam exercebant; unde paulatim nascitur Tertius Ordo Regularis. Nunc, post ardua tempora, LEONE XIII Summo Pontifice, Tertius Ordo saecularis ad suum primum fervorem redit et iterum invenitur hic caritatis spiritus, quo vivebant primi Tertiarii. Possumus ergo sperare mox Tertiariorum saecularium societatem iterum florere et S. FRANCISCI mentem caritatemque in laicis ad vitam revocare. P. JULIANUS EYMARD

2161. — H. KLITZ, O.F.M., *The Third Order Rule and the Virtue of Charity*, in *Troubadour*, 1946-1947, t. X, p. 25-38.

Continet pleraque S. FRANCISCI ASSISIENSIS effata, quae A. accommodat adhibetque T. O. Franciscano.

2162. — T. LUDES, O.F.M., *The Third Order and the Virtue of Hope*, in *Troubadour*, 1946-1947, t. X, p. 4-13.

Theologicum de virtute spei commentariolum, iudicio franciscano ac ratione investigatae.

2163. — DIDACUS I. AB ALZO, O.F.M.CAP., *Meditatio de excellentia vocationis ad Tertium Ordinem*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 129-131.

A., animae Tertiariae persona fungens fervidaque ac Sanctorum effatis plena utens oratione, homo, christianus, tertiarius meditatur divinam bonitatem Creatoris et Patris, qui eum ad altiora in T.O.F. vocavit, ut caritate in primis Deum possidere mereatur. Concluditur exemplo Seraphici Patris FRANCISCI, qui fervide in oratione meditando vocationem suam maxime peculiarem adeptus est. P. IGNATIUS M.

2164. — VITUS A BUSSUM, O.F.M.CAP., *Schemata sermonum de oratione*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 132-135; 1948, t. IX, p. 27-31, 61-64, 99-103.

2165. — *Profils Franciscains*. Paris, Éditions Franciscaines (9, rue Marie-Rose), 1939-1948. In-16°.

Est opusculorum collectio de Sanctis et Beatis utriusque sexus necnon de viris ac feminis illustribus ad triplicem S. Francisci Ordinem pertinentibus. Opuscula haec, plerumque imaginibus non paucis illustrata, quamvis a rigida methodo historica non adhorrent, indolem tamen coloremque non scientificum, sed popularem prae se ferunt, communium nostrae aetatis legentium menti accommodatissima, currenti calamo stiloque conscripta eleganti; scriptis enim beneficis disseminandis plurimum inserviant oportet contra librorum, ephemeridum, volitantium paginarum colluviem aliorumque genus omne scriptorum animabus in primis iuventae nostrae tam exitialium.

Laudandum est ergo ac promovendum huiusmodi auctorum propositum, qui his illustrium hominum veri nominis franciscalium descriptionibus, «Profils Franciscains» nuncupatis, tot tantaque beneficia in plures animas effundunt, ut societatem quoque humanam sanare valde iuvent.

Opportunum esse ducimus elenchum omnium fasciculorum pulchrae huius collectionis usque ad exitum an. 1948 editorum hoc loco breviter describere:

JEAN ADHÉMAR, *Fr. André Thévet* (cf. *supra*, n. 820); JEAN SOULAIROL, *St. Antoine de Padoue* (cf. hanc *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 96 n. 1456); AGNÈS DE LA GORCE, *St Benoît Labre* (cf. *infra*, n. 2171 s.); HENRI CLOUARD, *St Bernardin de Sienne* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 128 n. 1945); HENRI GHÉON, *Ste Claire d'Assise* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 334 n. 5241); COLETTE YVER, *Ste Colette de Corbie* (cf. *supra*, n. 2066); ALEXANDRE MASSERON, *Dante Alighieri* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 51 n. 704); GENEVIÈVE DUHAMELET, *St Elzéar et Bse Delphine* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 374 n. 5936); PAUL RENAUDIN, *St Félix de Cantalice* (cf. *supra*, n. 1433a); RENÉE ZELLER, *St François d'Assise* (cf. *Bibliogr. Franc.* t. VII (1940-46), p. 33 n. 376; JOSEPH WILBOIS, *St François Solano* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 213 n. 3325); ALBERT GARREAU, *Bse Isabelle de France* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 335 n. 5262); PIERRE BARBET, *Bx Jacopone de Todi* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 110 n. 1662); RENÉ CARDALIAGUET, *St Jean Discalceat* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 312 n. 4898a); PIERRE LADOUÉ, *St Jean-Marie Vianney* (cf. *infra*, n. 2253); MARIA DE CRISENOY, *Bse Jeanne-Marie*

de Maillé (cf. *infra*, n. 2278); Léon Chancerel, *St Louis d'Anjou* (cf. *supra*, n. 1189); Jacques Madaule, *St Louis de France* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 383 n. 6100); Rina-Maria Pierazzi, *Ste Marguerite de Cortone* (cf. *infra*, n. 2336); A. Mabille de Poncheville, *Bx Olivier Maillard* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 246 n. 3874, 318 n. 4995); Omer Englebert, *St Pascal Baylon* (cf. *supra*, n. 1292); Étienne Jos. Piat, O.F.M., *St Pierre d'Alcantara* (cf. *supra*, n. 1290a); Alexandre Masseron, *Bx Pierre de Sienne* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 386 n. 6158); Albert Garreau, *Fr. Roger Bacon* (cf. *Bibliogr. Franc.*, t. VII (1940-46), p. 108 n. 1628); Jacques Christophe, *Ste Rose de Viterbe* (cf. *infra*, n. 2346); Marcel Brion, *V. Cardinal Ximénès* (cf. *supra*, n. 801); Marie-Paule Salonne, *St Yves* (cf. *infra*, n. 2292). P. Ignatius M.

2. - *Particularia de Tertio Ordine Saeculari*

Archiconfraternitas Chordigerorum S. P. Francisci

2166. — Jean-Gabriel d'Eysden, O.F.M.Cap., *Confréries des Cordigères*, in *Rev.Sac.T.O.*, 1947, t. XVIII, p. 72-77, 99-103, 127-130.

Neminem latet quanti momenti sint ad Tertium franciscalem Ordinem efficaciter instaurandum et propagandum Chordigerorum archiconfraternitates, ideoque laudandus est A. qui ad normas vigentes iuris communis et particularis clare disseruit de earundem iuridica institutione, de moderatoris nominatione et facultatibus, de sodalium inscriptione in associationis albo, deque privilegiis et indulgentiis. Demum enucleantur facultates an. 1941 a Ministro generali O.F.M.Conv. Beda M. Hess concessae ad decennium Ordini O.F.M.Cap. (cf. *Tert. Ordo*, 1941, t. II, p. 79-83) quoad Chordigeros S. Francisci adscribendos eorundemque sodalitia erigenda. P. Melchior

2167. — J. Campelo, O.F.M., *Privilégios dos Cordígeros*, in *Rev. Ecl. Brasil.*, 1948, t. VIII, p. 911-917.

Ex opere eiusdem auctoris, cui titulus: *De indulgentiis Seraphici Ordinis hodie vigentibus*, p. 540-549, Compostellae, 1943, exscribitur caput de indulgentiis et requisitis ad illas lucrandas in archiconfraternitatibus Chordigerorum S. Francisci. Textus latinus exhibetur. P. Melchior

2168. — *Estatutos de la Seráfica Cofradía de Cordígeros, establecida canónicamente en la Iglesia de los PP. Capuchinos de Ribadeo.* La Coruña, Editorial Litografía e Imprenta Roel, 1948. In-8°, 83 p.

Vide *supra*, n. 1283.

2169. — Donatiaan [van Brugge], O.F.M.Cap. - Renaat [van Izegem], O.F.M.Cap. *Ons Zonneboekje. Handboekje voor Franciscaanse Koorddragers en Zonnekinderen* [i. e. libellus manualis pro Chordigeris hilaribusque sequacibus S. Francisci]. Brugge, Franciscaanse Standaard, 1948. In-8°, 86 p.

2170. — A. Blontrock. *H. Benoît Labre, de pelgrim zonder vaderland.* Mechelen, Sint Franciscus-Drukkerij, 1948. In-12°, 150 p.

2171. — Agnès de la Gorce. *Saint Benoît Labre.* (Profils Franciscaines). Paris, Éditions Franciscaines, 1945. In-8°, 105 p.

2172. — AGNÈS DE LA GORCE. *Saint Benoît Labre. 2e centenaire de sa naissance (1748-1948).* Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 104 p. cum tab.

Huius biographiae nec primam nec alteram editionem inspicere potui. Censor primae editionis in *Franc. Leven,* 1948, t. XXXI, p. 96, dicit descriptionem quidem sanctum virum in ambitu illius temporis ostendere et lectoris animum devincire, sed potius mirificam esse quam pulchram.

P. BONAENTURA

2173. — PIERRE DOYÈRE, O.S.B. *Saint Benoît Joseph Labre. Ermite Pélerin (1748-1783).* Paris, Éditions Self (20, Place Dauphine), 1948. In-8°, 120 p.

Quamvis A. in praefatione (p. 9) se non vitam S. BENEDICTI JOSEPHI LABRE, Chordig. Franc., altero ab ipsius ortu centenario recurrente, ordine historico describere voluisse, sed potius lineamenta quaedam adumbrare adfirmet, temporum notationes tamen plerumque secutus, veluti pictis tabulis, praecipuos vitae eius conspectus ac perpetuas fere peregrinationes ante legentium oculos, eruditione magis praestans quam scientia, ponit, psychologiae considerationibus indulgens. De eo qua sodali Ordinis Franciscalis merum affert nuntium (p. 57), quod inter Chordigeros adnumeratus est Assisii mense nov. an. 1770.

Quaedam vero ad pervestigationem scriptorum fovendam hic ponenda putamus. A. p. 47 commemorat quendam iuvenem a St. Malo qui, sua omnia pauperibus elargitus, in Hispaniam se recepit, ubi Capuccinorum habitum sumpsit. PIA RAMELLI, virgo sancto viro nota, ex eius prophetico spiritu perducta, inter religiosas Capuccinas cooptata est (p. 74). Quidam Procurator generalis O.F.M. Cap. illius temporis, nomine P. CHAUDON, dicitur curasse ut pictor LABRUZZE (LABRUZZI; utrum Carolus an Thomas Petrus, non dicitur) imaginem S. BENEDICTI J. LABRE adhuc viventis conficeret; quae pictura inter meliores eiusdem Sancti imagines habetur (p. 92). Animadvertimus tamen, quod Procuratorum generalium O.F.M.Cap. tunc temporis Romae exsistentium nulli nomen *Chaudon* erat; forsitan erat ABEL A LISIEUX, ab an. 1782 Definitor generalis O.F.M.Cap., vel quidam secretarius gallicus Curiae generalis. Ubi A. de pio XL Horarum exercitio disserit (p. 108-109), videtur penitus ignorasse opus summi momenti hac in re: ANGELO DE SANTI, S.J., *L'Orazione delle Quarant'Ore e i tempi di calamità e di guerre,* Roma, 1919 (cf. etiam MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.CAP., *Historia Generalis Ord. Fr. Min. Cap.,* pars I, p. 267 ss., n. 246, Romae, 1947). Quae enim de XL Horarum institutione et propagatione, uti a saec. XVI usque in hanc diem ubique peraguntur, A. affert, veram historiam originis, institutionis ac propagationis Orationis XL Horarum praetermittunt.

His non obstantibus, cum opusculum prae se ferat evulgationis popularis indolem vitamque S. BENEDICTI JOS. LABRE tam inusitatam bene illustret atque psychologice explanare contendat, certo in legentes beneficia diffundet.

P. IGNATIUS M.

2174. — F. GAQUÈRE. *Saint Benoît-Joseph Labre, 1748-1783.* Avignon, Aubanel père, 1948. In-16°, 127 p. cum ill.

2175. — ELIE MAIRE. *Trois gueux du Seigneur: Benoît Labre, Charles Maire, Germain Nouveau.* (Collect. Les grands serviteurs de Dieu). Montréal, Éditions Fides, 1946. In-8°, 208 p.

2176. — J. RIVERAIN. *Saint Benoît Labre.* Paris, Éditions Saint-Paul, 1948. In-16°, 125 p. cum tab.

2177. — P.A. WIMET. *Les ancêtres de S. Benoît-Joseph Labre.* (Extr. ex *Études historiques dédiées à la mémoire de M. Roger Rodière*). Arras, 1947. In-4°, p. 183-187.

2178. — H. LASSERRE. *Sainte Bernadette, la voyante de Lourdes, la religieuse, la sainte.* Paris, P. Lethielleux, 1948. In-16°, 272 p. cum ill.

2179. — B. LEBBE, O.S.B. *The soul of St. Bernadette.* Tralee (Ireland), Kerryman Press, 1947. In-8°, 72 p.

2180. — B. LEBBE, O.S.B. *L'âme de Sainte Bernadette.* Maredsous, Abbaye, 1947. In-8°, 82 p.

A., optimis fontibus innixus, veram et authenticam imaginem spiritualem huius sanctae feminae delineavit contra adulterationes et exaggerationes, quae inveniuntur in notissima fabula romanica scripta a FR. WERFEL, *Das Lied von Bernadette.* P. MELCHIOR

2181. — *Optima Tertii Ordinis messis,* in *Tert. Ordo,* t. VIII, 1947, p. 107(-108).

Referuntur quam brevissime ii qui anno 1947 in Beatorum vel Sanctorum album relati sunt quique T.O.F. adscripti fuerunt. Pag. 108 sermo est de S. MARIA BERNARDA (BERNADETTE) SOUBIROUS, cuius adscriptio in Archiconfraternitatis Chordae S. Francisci documentis vindicatur ac probatur. P. IGNATIUS M.

Africa - Asia

2182. — *Manuel Serafika-n' ny Tiers-ordre naorin' i MD. François d'Assise.* Tananarive, 1948. In-12°, 162 p.

Manuale Tertii Ordinis Franciscani in missione Capuccinorum Strasburgensium in Ambanja (Madagascar).

2183. — CUTHBERTUS A CHICAGO, O.F.M.CAP., *De Tertio Ordine Franciscali in Commissariatu Indico,* in *Tert. Ordo,* 1948, t. IX, p. 138-139.

Commemorantur quaedam quae T.O.F. respiciunt in meridiana Indici Commissariatus O.F.M.Cap. parte longe lateque diffusum quaeque notatu digna, visitante P. CLEMENTE A MILWAUKEE, Ministro gen. O.F.M.Cap., cum A. socio, peracta vel comperta sunt. P. IGNATIUS M.

America Septentrionalis, Media, Meridionalis

2184. — ROMUALD VILLENEUVE, O.F.M. *La clef du paradis. La règle du Tiers-Ordre.* Montréal, Éditions Franciscaines, 1947. In-24°, 63 p.

Est catechismus T.O.F. novitiis non tantum, sed et professis valde utilis.

2185. — *Manuel du Tiers-Ordre de Saint François.* 10e Édition. Montréal, Éditions Franciscaines, 1947. In-12°, 543 p.

Manuale hoc, Tertiariis usu facile utilissimumque, exemplar esse potest omnium huiusmodi librorum cum nihil ei deesse videatur. Post directiones postales commissariorum ordinemque rerum, haec habet summa capita: 1) textus officiales cum brevissima T.O.F. historia (p. 19-33); 2) quibusdam de T. O. explanationibus praemissis, Regula ipsa datur opportunis quaestionibus more catechismi illustrata (p. 35-152); 3) Tertianorum indulgentiae privilegiaque spiritualia

(p. 155-189); 4) Ordinis caeremoniae ac ritus (p. 191-306); 5) Vesperae Officii parvi B.V.M. modusque recitandi communiter Officii Regulae «Pater noster» (p. 309-363); 6) plura consilia vitae Tertiariorum saecularium quotidianae perutilia (p. 365-406); 7) variae precum formulae (p. 409-494); 8) institutiones franciscales illustrantur, additis precationibus matutinis ac serotinis (p. 497-522). Indice alphabetico opus concluditur. P. IGNATIUS M.

2186. — *Congrès Régional du T.-O., Montréal 3 octobre 1948*, in *Écho S. Franç.*, 1948, t. XXXVIII, p. 291-315.

Conventus hic Tertiariorum regionis Montréal (Canada), cui etiam aliarum regionum quamplurimi T.O.F. sodales interfuerunt, parantibus ac dirigentibus praesertim Rev. Dom. F.L. DÉCAIRE et JOANNE-JOSEPHO A ST. CYRILLE DE WENDOVER, O.F.M.CAP., habitus est in paroecia S. Stanislai de urbe Montréal. In hoc commemorationis fasciculo quae in illo gesta sunt coetu referuntur habitaeque allocutiones publici iuris fiunt, quae id potissimum spectant, ut inter Tertianos Franciscales opera moribus christianorum reparandis in praesenti tempore quam maxime necessaria toto animorum ardore promoveatur. Oratores praecipui fuere: JOSEPHUS A SALEM, O.F.M.CAP., Min. prov., LÉON PASCAL LEBLANC, O.F.M., et J.W. GAUDETTE, T. O. SAEC. P. IGNATIUS M.

2187. — BASIL GUMMERMAN [OF KIRMSEES], O.F.M.CAP. *Handbook of the Third Order Secular of St. Francis of Assisi*. Paterson, N.J., St. Anthony's Guild Press, 1947. In-8°, X-454 p.

Recensio habetur in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 362-363.

2188. — *Manual of prayers of the Congregation of the Third Order of St Francis of Mary Immaculate, Joliet, Ill.* 4th edition. New York, Benziger Brothers, 1947. In-8°, VII-340 p.

2189. — PHILIP MARQUARD, O.F.M. *Brother or Sister of the Third Order secular of St. Francis*. Chicago, Franciscan Herald Press, 1948. In-8°, 22 p.

2190. — P. MARQUARD, O.F.M. *The sixth National Congress of the Third Order of St. Francis, 1947*. Chicago, Office of the National Secretary, 1948. In-8°, 74 p.

2191. — R. LUCONI, T.O.R. *Sulla via di Roma. Conferenze per l'unità della Chiesa*. Con lettera del Em.mo Card. L. LAVITRANO. Roma, Società S. Paolo, 1947. In-8°, 186 p.

Describitur vita P. WATSON qui primum cum novorum errorum propugnatoribus sentiit; sed S. FRANCISCI virtutibus correptus, extra Ecclesiam Catholicam Tertium Ordinem condidit, postea ad eandem Romanam Ecclesiam se convertit et Tertii Ordinis S. FRANCISCI acerrimus fuit propagator. P. JULIANUS EYMARD

2192. — PIUS PP. XII. *Litterae Decretales: Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini, Fundatrici Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu, Sanctorum honores decernuntur*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 41-54.

2193. — PIUS PP. XII, *Allocutio: Summus Pontifex exaltat ac illustrat mirabilem vitam Sanctae Franciscae Xaverii*[!]*Cabrini, adstantibus christifidelibus ob sollemnia eius canonizationis Romae coadunatis*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 292-300.

Summus Pontifex, die 7 iul. an. 1946, decrevit sanctorum honores esse tribuendos beatae FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI, cuius laudes die 9 eiusdem mensis publica oratione celebravit. P. MELCHIOR

2194. — EDWARD VINCENT DAILEY. *The citizen saint: the life and miracles of St. Frances Xavier Cabrini*. Chicago, Clyde Elliott Publications, 1947. In-8°, (32) p. cum ill.

2195. — MABEL ADELAIDE FARNUM. *American saint* (i.e. vita S. Franciscae Xaveriae Cabrini). *A story for youth*. Introd. by ARISTEO V. SIMONI. New York, Didier Publishers, 1947. In-12°, IX-151 p.

2196. — ANNA KUHN. *Watching at my gates. Biographies of Rose Hawthorne, Francesca Xavier Cabrini and Theresia Martin*. Milwaukee, Bruce Publishing Company, 1948. In-8°, (11)-160 p.

2197. — Benedictine of Stanbrook Abbey. *Frances Xavier Cabrini*. Second edition. London, Burns, Oates & Washbourne, 1948. In-12°, 196 p.

2197ª. — MAIRE COTTER. *Westward by command* [vita S. Franciscae X. Cabrini]. Foreword by PHILIP BARRY, O.P. Cork, Mercier Press, 1947. In-8°, VIII-159 p.

2198. — E.M. VILLASIS TERÁN. *Vida de la Beata Mariana de Jesús, azucena de Quito. Una gran figura hispanoamericana de los siglos de oro*. Madrid, Apostolado de la Prensa, 1948. In-8°, 118 p.

An. 1950 albo sanctarum solemniter accensetur MARIA ANNA A JESU DE PAREDES, virgo e Tertio Ordine saeculari S. Francisci, quae e vita migraverat an. 1645. A. huius biographiae necessitudinem, quam sancta femina cum Ordine Franciscali habuit, apte exponit atque explicat. Cf. *Estud. Franc.*, 1948, t. XLIX, p. 312-313.

P. MELCHIOR

2199. — P.V. HOX. *García Moreno, Tertiaris, President en Martelaar*. Vertaald door M. POLFLIET. Mechelen, Sint Franciscus-Drukkerij, 1948. In-12°, 60 p.

Simplex vitae descriptio ad usum sodalium Tertii Ordinis animarumque piarum. P. LAURENTIUS

2200. — *A ven. Ordem terceira de Sâo Francisco*. Bahia (Bras.), s.a. In-8°, 23 p. cum ill.

Opusculum continet imagines, arte photographica depictas, ecclesiae domusque T.O.F. in urbe Bahia (Brasilia), addita brevi explanatione. P. IGNATIUS M.

2201. — SAMUEL TETTEROO, O.F.M., *Subsídios para a história da Ordem III de S. Francisco em Minas*, in *Rev. Ecles. Brasil.*, 1947, t. VII, p. 332-356, 361-373.

Ex tabulariis sodalitatum Tertii Ordinis saecularis S. Francisci Brasiliae in provincia vulgo Minas inde a medio saec. XVIII erecta-

rum A. plurimas hausit notitias, quae tum earum fundationem, tum habitudinem cum primo Ordine franciscali, tum sedes et oratoria ab ipsis exstructa illustrant. Agitur praesertim de sodalitiis in Vila Rica, Ouro Preto et Sabará erectis. P. MELCHIOR

2202. — AMBROSIO DE ROSARIO, O.F.M.CAP. *Violeta del Vergel Franciscano, Delicia Concepción Masvernat. « Totón ». († 1940).* Montevideo, Impresora « Thau », 1948. In-8°, 130 p.

Anglia - Hibernia

2203. — ALPHONSUS [OF OXFORD], O.F.M.CAP., *Exposition of the Rule of the Third Order*, in *Franc. Ann.*, 1947, t. LXIX, p. 40-43, 67-71, 103-106, 121-124, 194-197, 307-309, 355-357.

Cum A. persuasum habeat T.O.F. sodalibus mentem Regulae ac dignitatem potius quam exteriora observantiae exercitia necessaria esse, ad perfectionem evangelicam adipiscendam, aliqua e secundo, aliis omissis, T.O.F. Regulae capitulo excerpit interpretanda illustrandaque, praesertim quae de franciscana paupertate agunt (p. 103-106, 121-124), de modestia seu de fuga periculorum ac de momento hac in re prolis instituendae (p. 194-197, 307-309), demum de moderato ciborum aliarumque rerum usu (p. 355-357).

P. IGNATIUS M.

2204. — A. CASTELLI. *S. Tommaso Moro e l'umanesimo inglese.* (Pubblicazioni dell' Università del Sacro Cuore. Appunti delle lezioni). Milano, Vita e Pensiero, 1947.

2205. — R.W. CHAMBERS. *Thomas More. Ein Staatsmann Heinrichs des VIII.* München-Kempten, Kösel, 1946. In-8°, 467 p.

2206. — R. O'SULLIVAN. *The King's good servant* [Thomas More]. Oxford, Blackwell, 1948. In-12°, 112 p.

2207. — D. SARGENT. *Thomas Morus.* [Ex anglico sermone vertit H. ZWARTEBROECKX]. Brussel, Sheed & Ward, 1948. In-12°, 218 p.

2208. — *The Utopia of Sir Thomas More, including Roper's Life of More and letters of More to his daughter Margaret.* Modernized texts with notes and introd. by M. CAMPBELL. New York, W.J. Black, 1947. In-8°, XLI-312 p.

2209. — THEODORE MAYNARD. *Humanist and Hero: The Life of Sir Thomas More.* New York, The Macmillan Co., 1947. In-8°, VIII-261 p.

2210. — *The Correspondence of Sir Thomas More.* Edited by ELIZABETH FRANCES ROGERS; foreword by HELEN MARY ALLEN. Princeton, N.J., Princeton University Press, 1947. In-8°, XXII-584 p.

2211. — HENRY DE VOCHT. *Acta Thomae Mori. History of the Reports of his Trial and Death, with an unedited contemporary Narrative.* (Humanistica Lovaniensia. Tom. 7). Louvain, Institute for Economics, 1947. In-8°, 227 p.

Eduntur hoc opere omnia in S. THOMAM MORUM acta hucusque nota (1535-1536), id est: a) *Expositio I* causae sancti Martyris et expositionis critices; b) *Expositio II*, cui nomen « fidelis » (mirabile dictu!) datum est, dum contra probatur esse ambigua et captiosa eius-

dem causae retractatio litteraria, cuius auctor non MONTAIGNE, ut plerumque putabatur, sed ipse ERASMUS ROTERODAMENSIS fuisse convincitur (cf. tamen KARL BÜCHNER, *Die Freundschaft zwischen Hutten und Erasmus, infra*, n. 2212). c) novus « Ordo », quem A. nuper manuscriptum invenit quemque nunc primum edit, conferens cum *Expositione II*. Atque hoc est novum in Actis S. THOMAE MORI, cuius causa ita vera historiae luce illustratur, ut falsae quaedam opiniones de ea omnino dissipentur; nam A. comprobat hunc « Ordinem » esse versionem latinam *vere fidelem* ex anglica causae expositione, quam WILLIAM RASTELL, ipsius S. THOMAE nepos, exaravit, statim ac de Martyre actum fuit. P. IGNATIUS M.

2212. — KARL BÜCHNER. *Die Freundschaft zwischen Hutten und Erasmus. Brief des Erasmus an Ulrich von Hutten über Thomas Morus.* Zweisprachige Ausgabe. Deutsch von KARL BÜCHNER, mit einem biographischen Essay und Anmerkungen des Übersetzers. (Dokumente Abendländischer Bildung). München, Verlag Karl Alber, 1948. In-8°, 76 p.

In epistola, quam A. refert ad probandam ERASMI ROTERDAMENSIS cum UDALRICO DE HUTTEN amicitiam, ERASMUS depingit magister humanitatis humanum THOMAM MORUM, quem « ex diutina domesticaque consuetudine » propius noverat; humanum dico, cuius dotum animi et corporis meminit, vitae rationem delineat eiusque miros domi, in foro atque aula regia effectus describit, bis tantum brevique de tanti viri pietate in Deum et altae vitae christianae conscientia loquens. Magnum quidem et valde magnum est testimonium integritatis, licet humane tantum spectatae, illius praeclari viri S. THOMAE MORI, T.O.F. P. IGNATIUS M.

2213. — J.F. LARKIN, *The status of scholarship on St. Thomas More*, in *Eccles. Review*, 1947/2, t. CXVII, p. 33-42.

FRANK and MAJIE SULLIVAN nuper ediderunt *A Preliminary Checklist of Materials by and about Saint Thomas More*, Kansas City, 1946. Hanc occasionem nactus A. impensos aestimationis sensus editoribus obtestatur, addens alias editiones vel scripta omissa, quae THOMAE MORI propria opera, sanctitatem, martyrium ipsiusque locum et auctoritatem in historia litterarum illustrant. P. LAURENTIUS

2214. — *Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Matthaei Talbot, viri laici*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 317-319.

Enumeratis sanctis et beatis viris, qui ex Hibernia ortum habuere, narratur brevibus verbis vita M. TALBOT (1856-1925). Notum est ipsum per quindecim circiter annos vitio ebriositatis indulsisse usquedum divina opitulante gratia a malo recedere et ad bonam redire frugem statuit. Emisso voto a quolibet inebrianti liquore se abstinendi, mirabiles in virtutibus progressus fecit. Tertio franciscali Ordini adiunctus, huius regulas sancte observabat, ita ut inter aequales vir sanctus haberetur. Die 25 februarii 1947 Commissio introductionis causae pro beatificatione signata fuit. P. LAURENTIUS

2215. — SALVATOR PALMEN, O.F.M. *Een Heilige met klak en klompen of Levenschets van de werkman Matt Talbot, Derde-Ordeling.* 5de uitg. Mechelen, St. Franciscus-Drukkerij, 1947. In-8°, 46 p.

Enarrantur vita, vitia et virtutes MATTHAEI TALBOT ex Tertio Ordine francescali.

2216. — A.H. DOLAN, O. CARM. *We knew Matt Talbot: visits with his relatives and friends.* Englewood, N.J., The Carmelite Press, 1948. In-8°, IX-129 p. cum ill.

Austria - Germania - Helvetia

2217. — *Pastor Seraphicus.* Werkblatt für die Leitung des III Ordens. Beilage zu « *Bruder Franz* »: Heft. 1-2, Mai-Juni 1948, p. 1-8. Fulda, Verlag Parzeller & Co., 1948.

Novo commentario T.O.F. *Bruder Franz* inscripto additur folium octo paginarum, continens institutiones pro novitiis Regulam T.O.F. explanantes, hodiernis hominum condicionibus accommodatas; quae institutiones caeteris quoque Tertiariis perutiles sunt, quamvis in commodum Directorum T.O.F. exaratae. P. IGNATIUS M.

2218. — PETRUS DAMIANUS PICHLER VON ST. MARTIN-PASS., O.F.M.CAP. *Regelbüchlein für die Mitglieder des Dritten Ordens des heiligen Vaters Franziskus.* Vierte, vermehrte Auflage. Innsbruck, Felizian Rauch, (1948). In-12°, 136 p.

2219. — OTTO VON ROPPEN, O.F.M.CAP. *Der franziskanische Weg. Lebensschule für die Mitglieder des Dritten Ordens des hl. Franziskus.* Innsbruck, Drittordenszentrale der Kapuziner, 1948. In-12°, 232 p.

2220. — ERWIN VON SILENEN, O.F.M.CAP. *Unterricht über den dritten Orden des heiligen Franziskus für Kandidaten und Novizen.* Schwyz, Drittordenszentrale, 1947. In-8, 48 p.

2221. — GERHARD DECKER. *St. Elisabeth von Thüringen - Das Rosenwunder.* (Heiligen-Leben im Kirchenjahr. Heft 12). Höchst (Vorarlberg), Seeverlag H. Schneider, 1947. In-12°, 48 p.

2222. — ODORICUS COL, O.F.M. *De H. Elisabeth van Hongarije.* 2 vol. (Don Bosco's Leesserie, n. 55 et 56). Ledeberg, Van Heden, [1947]. In-8°, 39 et 32 p.

2223. — FIDENTIUS VAN DEN BORNE, O.F.M., *De H. Elisabeth in het licht van de nieuwste Biografie*, in *Franc. Leven*, 1948, t. XXXI, p. 161-166.

A. opus J. ANCELET-HUSTACHE, *Sainte Elisabeth de Hongrie* (Paris, 1947; cf. recensionem in *Collect. Franc.*, 1948, t. XVIII, p. 361 s.) debitis laudibus extollit et quaedam capita optime pertractata ad legentium utilitatem complectitur. P. LAURENTIUS

2224. — ANN GROH SEESHOLTZ. *St. Elizabeth, her brother's keeper.* New York, Philosophical Library, 1948. In-8°, 136 p.

Belgium - Neerlandia

2225. — HUGUES [D' EERNEGEM], O.F.M.CAP. *À l' École de S. François d'Assise. Essai de Commentaire systématique de la Règle du Tiers-Ordre.* Ciney, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 384 p.

Est commentarium ascetico-practicum, systematico exaratum ordine, Regulae T.O.F., spiritualitati Tertiariorum Franciscalium promovendae dicatum. A., nonnullis de indole ac fine peculiari T.O.F. praepositis, unctione quadam ac suasione pollens scite disserit de necessaria Tertianorum submissione obedientiaque Romanae Ecclesiae auctoritati praestanda, de eorum officiis erga Deum, seipsos, alios homines explendis atque, sodalibus magis magisque ad celsiora adductis, de caelesti appetenda beatitudine, quippe fidelibus Regulam colentibus promissa. Opus tum moderatoribus seu directoribus cum sodalibus Militiae Seraphicae, qui revera ardenti flagrant sui perficiendi desiderio, quam maxime est commendandum.

P. IGNATIUS M.

2226. — BONIFACIUS [VAN BEERNEM], O.F.M.CAP. - MARCEL [VAN BORGERHOUT], O.F.M.CAP. *Ken Uw Regel? Novicen-Onderricht.* (Tau-reeks, I). Brugge, Derde-Orde-Centrale, 1947. In-8°, 62 p.

Et brevis interpretatio Regulae T.O.F. historica, iuridica et ascetica novitiis ceterisque sodalibus accommodata et in duodecim capitula divisa. P. IGNATIUS M.

2227. — OCTAVIANUS SAGAERT, O.F.M. *Handboek voor de wereldlijke tertiarissen. Franciscaanse Derde Orde.* St. Truiden, Centraal Bureau, 1948. In-12°, 282 p.

2228. — P. MARCEL [VAN BORGERHOUT], O.F.M.CAP. *Practische Handleiding voor Bestuurders van Derde-Orde-Sodaliteiten.* Brugge, Franciscaanse Standaard, 1947. In-8°, 35 p.

2229. — *Les œuvres du Tiers Ordre en Hollande*, in *La Revue Franciscaine*, 1947, t. LXIII, p. 59-60, 313.

2230. — VITUS A BUSSUM, O.F.M.CAP., *Consultatio Juvenum T.O. Hollandiae et Belgii*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 35-36.

Commemoratur conventus Juvenum utriusque sexus T.O.F. Hollandiae ac Belgii, die 26-27. iulii 1947 in urbe Tilburg habitus, ubi tribus allocutionibus ipsorum vita franciscalis explanata est consultationesque habitae sunt, quid eis agendum sit praesertim quoad religionis et caritatis opera exercenda. P. IGNATIUS M.

2231. — *Franciscaanse jongeren.* (Rivo-Torto-reeks, no. 2). Nijmegen, D.O.-centrale, [1947]. In-8°, 36 p.

2232. — F. FAVRESSE, *Actes inédits du Magistrat et de la Gilde de Bruxelles relatifs à la draperie urbaine, depuis 1343 environ jusqu'à l'apparition de la « nouvelle draperie » vers 1440*, in *Bulletin de la Commission Royale d'Histoire*, 1947, t. CXII, p. 1-100.

Inter plura documenta, hic critice edita, duo (n. 3 de die 31 oct. 1359, et n. 19 de die 27 mai. 1416) pertinent ad beghardos, qui

an. 1359 Tertio Ordini S. Francisci Bruxellis aggregati sunt (*Franciscana*, 1948, t. III, p. 103). P. BONAVENTURA

2233. — MARIE DIDRY - AM. WALLEMACQ, *La Stigmatisée belge. La Servante de Dieu Louise Lateau de Bois-d'Haine. Histoire abrégée.* 3e éd. Louvain, E. Warny, 1947. In-8°, 294 p.

2234. — E. JANSSENS, *La vie de Louise Lateau*, in *Collect. Mechl.*, 1948, t. XVIII, p. 319-322.

Articulus E. JANSSENS est brevis praefati libri conspectus, nullo interserto iudicio critico. Opus ipsum ad nos missum non fuit; itaque solum animadvertimus quod L. LATEAU Tertio adscripta erat Ordini S. FRANCISCI anno 1868, a quo tempore stigmata interna sentiebat, quae mox in visibilia signa proruperunt. P. LAURENTIUS

Europa Orientalis et Septentrionalis

2235. — *A Ferences Világi Rend* [i.e. Franciscalis saecularis Ordo]. Budapest, A Magyar Barát kiadása, 1947. In-16°, 256 p.

2236. — MÓR MAJSAI, O.F.M. - INCE DÁM, O.F.M. *Assziszi Szent Ferenc Világi (Harmadik) Rendjének Vezérkönyve* [i.e. Manuale Tertii Ordinis Saecularis S. Franc. Ass.] Budapest, A Magyar Barát kiadása, 1947. In-24°, 304 p.

2237. — JOACHIM BAR, O.F.M.CONV. *Szkola Seraficka.* (*Podrecznik dla czlonków trzciego zakonu Sw. Francizca z Asyzu*). Wroclaw, Naklad OO. Francizkanów, 1948. In-8°, 151 p.

Parvum hoc manuale de T.O.F. vero nomine « Schola Seraphica » nuncupatur, quia nuntia, documenta pietatisque exercitia Tertianorum Franciscalium propria utiliter tradit. P. IGNATIUS M.

2238. — LADISLAUS [VON ASTEN], O.F.M.CAP., *Komm, Bruder Franz! Eine Erwägung und eine Erfahrung*, in *Bruder Franz*, 1948, t. I, p. 6-8.

Ex consideratione tristium novissimi belli eventuum condicionumque morum et religionis sive domi sive in castris miserandarum, A. meminit quod ipse in urbe Riga Lettoniae principe annis 1933-1941 parochus expertus est, confirmatus exemplo S. JOANNIS VIANNEY, T.O.F.: renovationem scilicet animorum quamplurium fidelium ab invecto T.O.F. peractam, quam per idem Institutum hodie quoque in turbatis ac de via deductis vitiisque implexis christianis populis effici posse sperat. P. IGNATIUS M.

2239. — SAINTE BRIGITTE. *Le Secret du bonheur. Les quinze oraison révélées par Notre-Seigneur à Sainte Brigitte dans l'église de Saint Paul à Rome.* Nice, Éditions Sainte Rita (Bellegarde, Impr. SADAG), (1948). In-16°, 15 p.

2240. — P. CHIMINELLI. *La mistica del Nord, Santa Brigida di Svezia.* Roma, Fr. Ferrari, 1948. In-8°, 218 p.

2241. — G. JOERGENSEN. *Santa Brigida di Vadstena.* Traduzione di RICCARDO GISMONDI. Brescia, Morcelliana, 1947-48. In-8°, 263 et VI-305 p.

In altero huius operis volumine (primum prae manibus habere non potuimus) A. vitam describit S. BIRGITTAE ab an. 1349, quo in Italiam pervenit, usque ad eius felicissimum obitum die 23 iul. an. 1373. Supervacaneum foret in egregiis dotibus litterariis notissimi hagiographi commendandis diutius immorari; ea enim dexteritate atque subtilitate pollet in narrando, ut lectio dulce oblectamentum animo afferat. Ut A. morem gerit, quandoque momenta et circumstantiae artificiose creantur, sed haec realitati historicae adeo consona apparent, ut nullam narrationi inferant violentiam. Sit exemplo caput 19 lib. IV (p. 83-90), quo venuste describitur iter S. BIRGITTAE ad Assisium, ut indulgentiam Portiunculae lucraret mense aug. an. 1352, simulque eius revelationes afferuntur ad Ordinem S. Francisci spectantes. Uti A. animadvertit (p. 83), religiosissima femina Tertio Ordini franciscali adscripta erat. P. MELCHIOR

2242. — A. MASSERON, *Sainte Brigitte de Suède par Johannès Joergensen*, in *Amis S. Franc.*, 1948, n. 50, sept. oct., p. 10-13.

Laudibus extollitur biographia religiosissimae feminae sodalis Tertii Ordinis, de qua cf. n. 2241.

2243. — H. REDPATH. *God's ambassadress. St Bridget of Sweden.* Milwaukee, Bruce Publ. Co., 1947. In-8°, XV-216 p.

Gallia

2244. — *Manuel du Prêtre Tertiaire de St. François d'Assise et du Directeur de Fraternité.* 2e édition. Lyon - Saint-Étienne, Petit Messager de St. François, 1947. In-16°, 283 p.

Haec epitome, ut patet ex titulo, confecta est pro sacerdotibus Tertiariis necnon pro iis, qui sodales T.O.F. dirigere debent, utpote sunt Directores alicuius confraternitatis T.O. et confessarii.

Dividitur in tres libros, quorum primus de Sacerdote Tertiario agit (p. 11-171), alter de Directore confraternitatis T.O.F. disserit (p. 173-194), et tertius de Caeremoniis in quibusdam actibus vitae congregationis T.O.F. servandis loquitur (p. 195-272). - Primi vero libri partes hae sunt: a) Ordo de Poenitentia seu historia et praestantia T.O.F. quoad sacerdotes; b) Regula T.O.F. (textus latinus et versio gallica) cum commentationibus, spectatis praesertim sacerdotum operibus; c) confraternitates sacerdotales, quarum institutio, agendi modus et utilitas pertractantur. In libro de confraternitatis Directore autem describuntur ipsius requisitae animi dotes, potestas, officia et ars dirigendae confraternitatis seu congregationis. Ubi denique sermo est de liturgia T.O.F., delineantur caeremoniae in quibusdam actibus vitae cuiuslibet confraternitatis servandae, ut v.g. in habenda collatione menstrua, in visitatione peragenda, in admittendis ad habitum vel ad professionem sodalibus, etc.; itemque de calendario franciscano agitur atque de indulgentiis in T.O. vigentibus.

Quod praecipue in hoc opere notandum est eique laudem et utilitatem confert, iam supra meminimus: dirigitur nempe ad omnes sacerdotes T.O.F. inscriptos atque ad eos, quorum est Tertiariorum mentes ac mores spiritu franciscali effingere et imbuere, ut revera S. FRANCISCI filii vitam agant, quique sunt Directores T.O.F. et confessarii sodalium. Itaque in Regulae explanatione opportune

agitur de praecipuis sacerdotum operibus maximi huius nostrae aetatis momenti explendis, utpote est Actio Catholica (p. 92 ss.), christianarum vulgatio ephemeridum (p. 96 ss.) et alia; itemque de collationibus habendis ac sodalitiis sacerdotum Tertiariorum erigendis vel moderandis (p. 118-121, 130-171), ubi hoc exprimitur votum: « Si qui in dioecesibus sunt sacerdotes Tertiarii, optandum valde est, ut et ipsi in confraternitates sacerdotales constituantur » (p. 119, III). De virtutibus quoque disseritur ab iisdem sacerdotibus T.O. exercendis atque de normis servandis ad maximum ex huiusmodi instituto emolumentum capiendum.

In explanationibus cuiuscumque partis traditis et in exhortationibus saepe eas praecedentibus habetur quidem interdum modus scribendi emphaticus, nimis oratorius seu moralis-adhortatorius, ut ipsi Editores concedunt (p. 47); ast hoc modo efficacius revocantur atque in mentes sodalium infiguntur stabiles firmaeque rationes tenendae et officia exsequenda ac praecepta. Sicque fit, ut hoc summarium, quamvis lingua gallica conscriptum, perutile evadat etiam aliarum nationum sacerdotibus Tertiariis vel T.O.F. directoribus, qui hanc linguam intellegere queant. P. IGNATIUS M.

2245. — *Pélerinage National du Tiers-Ordre à Lourdes*, in *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 165-195, et in *Rosier de S. Franç.*, 1947, t. XLVIII, p. 165-195.

Est fasciculus peculiaris commentarii *Annales Franciscaines*, in quo per summa capita, emolumento animarum, praecipua referuntur quae peregrinationem Tertiariorum Galliae ad Sanctuarium S. Mariae de Lourdes peractam respiciunt, praeside Exc.mo Dom. P.M. THÉAS, Tarbiensi Episcopo, invisente Exc.mo Dom. L. TERRIER, Episcopo Bayonnensi, Fratribus Min. Capuccinis, praesertim provincialibus Ministris, ubique praeeuntibus et suadentibus.

Post historicam peregrinationis explicationem datur etiam compendium allocutionum Episcoporum THÉAS et TERRIER, necnon sermonum de caritate plurium confratrum atque disputationes et proposita utilia quae pertractata sunt delineantur. P. IGNATIUS M.

2246. — *Gallicae iuventutis franciscalis modus vivendi*, in *Tert. Ordo*, t. VIII, 1947, p. 94-98.

Editur lingua gallica modus vivendi iuventutis franciscalis Gallicae (Jeunesse Franciscaine) a P. PORPHYRIO A PENNES, O.F.M.CAP., exaratus, cuius capita haec sunt: 1) quae sit ista associatio; 2) quomodo ordinetur atque regatur; 3) quod dirigentium munus; 4) quae opera et collationes ad bonum associationis prospiciendum obtinendumque eius finem. P. IGNATIUS M.

2247. — *Résultat d'une enquête*, in *Ann. Franc.*, 1947, t. LXXIX, p. 53-55.

Quam *Tertius Ordo*, 1946, t. VII, p. 5-7, confratrum ac Tertiariorum exquisierat mentem de habitu cinguloque T.O.F. retinendo ac gestando, editur hoc loco eius petitionis exitus quoad T.O.F. provinciae Parisiensis, nempe omnium, qui sive collecte sive singillatim responsiones dederunt, summa haec habetur: 97 centesimae partes pro retinendo scapulari et cingulo sunt; 2 centesimae pro eorum abolitione; 1 centesima pars ut ea commutentur petit. P. IGNATIUS M.

2248. — BERNARD DE VAULX. *Deux figures du Tiers Ordre. Le Duc et la Duchesse d'Alençon* (Pages Catholiques). Paris, Éditions Albin Michel, 1946. In-16°, 48 p.

Hoc parvum opusculum, ex collectione « Pages Catholiques », coniugum ducum de Alençon, Ferdinandi-Philippi-Mariae (1844-1910) et Sophiae-Carolinae (Charlottae) de Bavaria († 1897), vitam, rebus adversis plenam variisque exagitatam vicissitudinibus, sed virtutis exemplo maiorum pie traductam ac fideli T.O.F. observatione confortatam delineat ad communem legentium utilitatem. P. Ignatius M.

2249. — H. Waltz. *Un pauvre parmi nous: le Père Chevrier.* Paris, Étions du Cerf, 1947. In-12°, XXVII-322 p.

2250. — A.C.B. Arts. *De eerbiedwaardige Père Antoine Chevrier.* Bussum, Paul Brand - Brussel, De Kinkhoren, 1947. In-8°, 204 p. cum ill.

Describitur vita Ven. Antonii Chevrier, sacerdotis ex Tertio Ordine Franciscano, qui Lugduni die 2 octobris 1879 e vita decessit. Pueris ad Sacram Synaxim primum accedentibus asylum «La Providence du Prado» paravit eisque Sorores Tertiarias peculiaribus regulis munitas praefecit atque Societatem presbyterorum, Pradosiensium vulgo dictam instituit. Causa beatificationis introducta est die 11 maii 1913. P. Bonaventura

2251. — Cyrille de Dinan, O.F.M.Cap., *Dans les brumes de Lyon, j'ai découvert Assise: (Une visite au Prado)*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1947, t. XVIII, p. 42-47.

Sacerdos Antonius Chevrier Lugduni in loco *Prado* nuncupato institutum erexit, praesertim ut pueros pauperes hospitio reciperet illosque ad sacerdotium praepararet. Hoc igitur institutum A. inspexit et quasdam considerationes exponit circa spiritum franciscanum quo imbuitur, nam fundator ab an. 1859 sodalis Tertii Ordinis exstitit atque cum Brunone a Vinay, O.F.M.Cap., singularem consuetudinem habuit. P. Melchior

2252. — Jean-Marie-Baptiste Vianney, T.O.S. *Le Respect humain.* (Les Grands auteurs spirituels). Montréal, Fides, 1946. In-16°, 32 p.

Extractum ex sermonibus S. Joannis-Mariae-Baptistae Vianney, T.O.S.

2253. — Pierre Ladoué. *Saint Jan-Marie Vianney.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1943. In-8°, 70 p.

2254. — P. Arrou. *Le Curé d'Ars.* Préface de Daniel Rops. (Les Grands Témoignages). Tournai, Casterman, 1947. In-12°, 111 p.

Eduntur excerpta scripta S. Joannis Mariae Vianney, quibus praeficitur brevis introductio ad mirabilem eius vitam. Opusculum lectoribus destinatur qui nullam adhuc notitiam sancti viri habent. P. Laurentius

2255. — Sister Mary Ansgar, O.P. *The Cure of Ars.* London, Bloomsbury Publishing Co., 1948. In-8°, 47 p.

2256. — C. Salerni. *El Cura de Ars. S. Juan M. Vianney*. Vers. de la segunda edición italiana por el P. Luis Ahedo, O.F.M. Bilbao, Pía Soc. de S. Paolo, 1947. In-8°, 199 p.

2257. — F. Trochu. *Der heilige Pfarrer van Ars, Jean-Marie Vianney, 1786-1859*. [E sermone Gallico vert. Justinianus Widlöcher a Still, O.F.M.Cap.]. 5 edit. Colmar, Alsatia, 1947. In-8°, 548 p.

2258. — Paul Claudel. *Jeanne* [d'Arc] *au bucher*. Bruxelles, Société Philharmonique, 1946. In-4°, 28 p. cum tab.

Textum conscripsit P. Claudel, modos autem musicos fecit Arthurus Honegger.

2259. — J. Cordier. *Jeanne d'Arc, sa personnalité, son rôle*. Paris, Éditions de la Table ronde, 1948. In-8°, 432 p. cum ill.

2260. — P. Croidys. *Jeanne d'Arc et son temps. Jour par jour, avec la grande Lorraine, à travers la France du XV^e s. ressuscitée*. 2 vol. Vol. I: *Des quatorze ans de Jeanne d'Arc à la délivrance d'Orléans*. Vol. II: *De la victoire d'Orléans au martyre*. Grenoble, B. Arthaud, 1948. In-16°, 357 et 362 p.

2261. — Edith Thomas. *Jeanne d'Arc*. (Grandes figures). Paris, Éditions Hier et aujourd'hui, 1947. In-16°, 271 p.

2262. — V. Giraud. *Vie de Jeanne d'Arc*. Paris, Aubanel, 1948. In-16°, 294 p.

2263. — Lucien Fabre. *Jeanne d'Arc*. Paris, Éditions J. Tallandier, 1947. In-8°, XVI-554 p.

2264. — É. Maire. *La vie secrète de Jeanne d'Arc*. Paris, La Colombe, 1948. In-12°, 127 p.

2265. — M. et L. Forlière. *Qui fut Jeanne d'Arc? Les énigmes de sa vie et de sa mort*. Paris, S.F.E.L.T., 1947. In-16°, 237 p.

2266. — E. Gauroy, *Sainte Jeanne d'Arc à Châlons: Châlons en 1429*. Châlons-sur-Marne, Impr. Journal de la Marne, 1948. In-8°, 261 p.

S. Joannae de Arc in civitate Châlons brevis statio A. occasionem praebuit ad descriptionem minutissimam loci, temporis, rerum, hominum, condicionis socialis et oeconomicae necnon religiosae. Omnia tabularia excerpsit A. et diligenti calamo immensam notitiarum copiam disposuit. P. Laurentius

2267. — Marcelle Vioux. *Jeanne d'Arc*. Ill. en couleurs de Luc Marie Bayle. (La vie exaltante, 38). Paris, Ed. de la nouvelle France, 1946. In-8°, XI-253 p.

2268. — Maxwell Anderson - Andrew P. Solt. *Joan of Arc*. Text and pictures from the screen play New York, William Sloane, 1948. In-8°, 170 p.

2269. — G. Bernanos. *Sanctity will out. An essay on St. Joan* [of Arc], translated from the French by R. Batchelor. New York, Sheed & Ward, 1947. In-8°, 5-58 p.

2270. — A. Buchan. *Joan of Arc and the recovery of France*. (Teach yourself history libr.). New-York, Macmillan, 1948. In-8°, X-264 p.

2271. — Étienne Robo. *Joan of Arc, the woman and the saint.* London, Burns, Oates & Washbourne, 1947. In-12°, 79 p. cum ill.

2272. — Étienne Robo. *St. Joan, the woman and the saint.* London, Burns, Oates and Washbourne, 1948. In-8°, 119 p.

2273. — Victoria Mary Sackville-West. *Saint Joan of Arc.* New revised edition. London, M. Michael Joseph, Ltd., 1948. In-8°, 336 p.

2274. — M.C. Scott-Montcrieff. *The Lass from Lorraine.* London, Blandford, 1948. In-8°, 158 p. cum ill.

2275. — Edward Charles Wagenknecht. *Joan of Arc. An Anthology of history and literature.* New York, Creative Age Press, 1948. In-8°, X-421 p.

2276. — F. Winwar. *The saint and the devil: Joan of Arc and Gilles de Rais.* New York, Harper and Brothers, 1948. In-8°, 311 p.

2277. — F. Winwar. *Jeanne d'Arc. Haar leven en haar tijd.* (Ex sermone anglico in neerlandicum vertit W. Meyveldt). (Historische Biografieën). Antwerpen, Nederlandsche Boekhandel, 1948. In-8°, 354 p.

2278. — Maria de Crisenoy. *Bienheureuse Jeanne-Marie de Maillé, la mystique des temps de misère.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1948. In-8°, 108 p.

Temporibus Caroli VI inclaruit Joanna Maria de Maillé, quae coram Galliarum principibus adlaboravit ut eorum animos moveret sicque patriam civilibus odiis ac exterarum nationum cupiditatibus eriperet. Post sui viri obitum Tertio Ordini franciscali nomen dedit, atque virtutibus florescens animam Deo reddidit an. 1414. Ipsius autem cultum confirmavit Pius IX. P. Melchior

2279. — K. Burton. *Difficult star. The life of Pauline Jaricot.* New York, Longmans and Green, 1947. In-8°, X-239 p.

Hucusque non exstabant nisi vitae huius celebris T.O.F. sodalis ex Gallico in Anglicum sermonem conversae. Nova biographia eminet pulchro ac vivido dicendi genere. P. Laurentius

2280. — Edward Francis Murphy, S.S.J. *Mademoiselle Lavallière.* New York, Doubleday and Co., 1948. In-8°, VI-273 p.

2281. — Roland Engerand. *Trois édifiantes pécheresses* [Louise Françoise de la Baume Le Blanc, duchesse de La Vallière, 1644-1710; Eve Lavallière, 1866-1929; Marie de Bretagne, duchesse de Montbazon, 1612-1657]. Tours, Arrault, 1946. In-8°, 318 p. cum ill.

2281[a]. — Maria Sticco. *Lavallière.* (Editio nova). Milano, Editrice «Vita e Pensiero», 1947. In-8°, 190 p.

2282. — N. S. Bement, *Linguistic value of the Michel edition of Joinville's Histoire de saint Louis,* in *The Romanic Rev.*, 1947, t. XXXVIII, p. 193-202.

2283. — Odoricus Col, O.F.M. *Heilige Lodewijk, koning van Frankrijk.* (Don Bosco's Lees-serie, n. 51). Ledeberg, Van Heden, [1946]. In-8°, 63 p.

2284. — R. Lacour-Gayet, *Saint Louis financier,* in *L'Actualité économique,* 1948, t. XXIV, p. 48-68.

2285. — R. Grousset, *Saint Louis et les alliances orientales*, in *Études historiques*, 1948, fasc. 3, p. 3-16.

2286. — Pierre Guillain de Bernouville. *Saint Louis ou Le printemps de la France.* (Les grands serviteurs). Paris, Didier, 1943. In-8°, 245 p.

2287. — John M. Lenhart [of Reiffenberg], O.F.M.Cap., *The Military Order of King St. Louis of France*, in *Franc. Studies*, 1948, t. VIII, p. 82-83.

Reges atque Principes ordinis insignia instituere solent, ut adiutorium et affectum procerum nationis sibi comparent vel praemio decorent valentes. Anno 1693 Ludovicus XIV, Franciae rex, tale invenit insigne sub titulo *Ordre Royal et Militaire de Saint-Louis*, Ludovici IX scilicet qui non militiae tantum, sed et virtutis antesignanus fuit. Tale insigne tribus sub speciebus introductum fuit, ut merita distinguerentur. Magna Crux aurea, in cuius medio imago Sancti Ludovici erat, nonnisi quadraginta personis persolvebatur, minore vero praemio afficiebantur octoginta «Commandeurs». Numerus tandem Equitum circumscriptus non erat. Ad hos honores habendos requirebatur militaris virtus per decem saltem annos et fides catholica. Supremus huius Ordinis moderator ipso iure erat rex. Anno 1830 iste Ordo militaris abrogatus fuit. P. Laurentius

2288. — N. de Rooy. *Frédéric Ozanam.* Den Haag, Uitgeverij Pax, 1948. In-8°, 285 p.

Fr. Ozanam, Tertii Ordinis franciscalis ardens socius, optime meritus est de historia primi S. Francisci Assisiensis Ordinis. Ipse enim pulchre potius quam profunde scripsit de *Floreto* seu *Actibus B. Francisci* et sociorum eius, de Jacopone Tudertino, de poetarum magistro Dante aliisque id genus argumentis. Has tamen res A. obiter tantum tangit. Ipsi cordi est, ut demonstret, quantum Ozanam insudaverit in instituendis associationibus S. Vincentii, quae dicuntur.

P. Laurentius

2289. — Antonio Maurino, *Le vere date della vita di S. Rocco e del suo culto*, in *Scuola Catt.*, 1947, t. LXXV, p. 311-315.

An. 1936 A. varias edidit dissertatiunculas ad tempora determinanda, quibus S. Rochus vixit, eique cultus tribui coeptus est (cf. *Collect. Franc.*, 1942, t. XII, p. 465, n. 214-218). Cum autem alii suam sententiam improbaverint, iterum illam novis argumentis suffultam proponit. Itaque ille sanctus vitam mortalem duxit an. 1345-1377, minime autem an. 1295-1327, atque inter sanctos relatus est an. 1380-1387, regnante Avenione Clemente VII, cultus autem uti hodie eidem exhibetur approbatus est ab Urbano VIII. Recenter Aug. Fliche quaestionem iterum examinavit (*Le problème de Saint Roch*, in *Anal. Boll.*, 1950, t. LXVIII, p. 343-361), proponens hanc opinionem magis probabilem, scil. S. Rochum natum esse circa an. 1350, Romae commoratum esse circa an. 1368-1371, mortuum esse circa an. 1378/1379 et sine dubio canonizatum esse a Benedicto XIII (*art. cit.*, p. 361).

P. Melchior

2290. — F. Gage, *Antoinette Travers, âme franciscaine*, in *Amis S. Franç.*, 1945, n. 45, sept-oct., p. 15-22.

2291. — Y. Rigaud, O.S.B. *VI^e Centenaire de la canonisation de saint Yves*. Tréguier, 1947, 40 p.

2292. — Marie-Paule Salonne. *Saint Yves. Patron des avocats, avocat des opprimés.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1945. In-16°, 116 p.

Opusculum in duas dividitur partes, quarum prior S. Yvonis, T.O.F., vitam describit (p. 7-45), posterior autem de eius operibus ac virtutibus agit civilibus et christianis (p. 46-114). Consequitur tabula imaginum et index rerum.

A., simplici quidem stilo et populari, ast litterarum peritia non destituto altaeque psychologiae considerationibus referto S. Yvonis pueritiam pie transactam (cap. I-II), theologiae iurisque studia in academia Parisiensi atque Aurelianensi una cum virtutis laude optime confecta (c. III), magistratus, iudicis et animarum pastoris munus sancte administratum (c. IV-VI) describit, nullo tamen documento allato, priorem concludens partem capite VII de mirabilibus patrocinio Sancti obtentis.

In altera vero parte, « Saint Yves en Chrétienté » inscripta, A. operam S. Yvonis in commodum christifidelium, documentis probatam, identidem eloquio forti et vivaci delineat, agens nempe de eius qua Britonis indole et ingenio, de patriae et Ecclesiae dilectione, cuius iura ad mortem usque defendit (cap. I), exprimens eius amorem ac praedicationem veritatis, (c. II), ipsius enarrans caritatem in pauperes, oppressos et peccatores (c. III), illum integerrimum sacri ministerii administratorem in pastorum exemplum ostendens (c. IV), eum commonstrans ad T.O.F. pertinuisse ac de eius amore in S. Franciscum spirituque franciscano ad suprema prolato disserens (c. V); fuit namque et est exemplar omnium christianorum omnesque suo complectitur patrocinio, cum devote ac fideliter invocetur (c. VI). Unumquodque capitulum pia invocatione concluditur. Opus conlustratur quibusdam Sancti imaginibus, in primis antiquae aetatis.

Ex dictis concludere licet cum A.: « Saint Yves, c'est le Curé d'Ars des Bretons » (p. 48); immo S. Yvonem magistratuum quoque atque iudicum formam factum esse; nam Deus, ut in oratione propria de eius festo dicitur, « S. Yvonem, pauperum patrocinio et verbi praedicatione eximium, parochiarum Curatis et causarum Advocatis imitandum » proposuit (p. 82). Commune aliquid habere videtur cum S. Joanne M. Vianney et S. Thoma Moro, ita ut exemplar eorum esse potuerit. Denique studio dignae esse viderentur eius adnotationes in ius civile et canonicum illius temporis (cf. p. 68). P. Ignatius M.

Hispania - Lusitania

2293. — *Vida Franciscana. Boletín de la V.O.T. de Penitencia de San Francisco de Asís de la Provincia Capuchina de Andalucía.* Año I, núm. 1, Enero 1948. Córdoba, Convento Capuchinos. In-8°, 4 p.

2294. — Cornelio de San Felices, O.F.M.Cap. *Carnet del Terciario Franciscano*. Madrid, Plaza de Jesús, 2, 1948. In-16°, 40 p.

Summarie quidem, sed exacte et eleganter hoc opusculum exhibet munera et officia sodalium Tertii Ordinis; et insuper in eo adduntur gratiae spirituales et privilegia, quibus iidem Tertiarii fruuntur. P. Melchior

2295. — Eduardo Vivas, *Los primeros Terciarios de Calella*, in *Apost. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 154-155.

2296. — IDEM, *Datos históricos de la V.O.T. de San Francisco de Asís de Calella de la Costa*, in *Apost. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 250-251; 1948-49, t. XXXV-XXXVI, p. 61-63.

His lucubrationibus A. praecipua historiae huius Congregationis T.O.F. momenta nuntiis intexit, quae ex antiqua eiusdem Chronica de seraphico spiritu, quo sodales ardebant, deprompta sunt.

Initia Tertiariae Congregationis in oppido Calella (ad ora maritima non longe ab urbe Barcinonensi) obscura quidem manent; repetenda sunt tamen longe ante an. 1807, immo proxime post adventum Fratrum Minorum Capuccinorum illuc reponenda, cum vertente saec. XVII ac saec. XVIII incipiente gloriosa haec appareat Congregatio operibusque sanctis foecunda ab an. vero 1835, expulsis Fr. Capulatis dirutoque coenobio, derelicta ferme ac dispersa abiit, usque dum hisce superioribus decem lustris magna facta est eiusdem Congregationis instauratio.

A. eloquio suo fere semper emphatico breviter etiam de indole et ingenio S. Francisci ac de T.O.F. generatim loquitur, dum sequenti loco (1948, p. 61-63) de erigendo Capuccinorum coenobio in oppido illo sermo est, documentis comprobantibus. Mendum notatur p. 250, cum dicitur Regulam T.O.F. an. 1227 a B. Francisco scriptam esse, loco 1221. P. IGNATIUS M.

2297. — BONAVENTURA A COGOLLOS-VEGA, O.F.M.CAP,. *Optimae res in Hispania gestae*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 32-34.

Sermo est de iis quae cura T.O.F. in Hispania his postremis annis laudabiliter gesta sunt, quorum summa haec est: anno 1947 medicorum consultationes et curae fere gratuitae pro Tertiariis nostris institutae sunt, additis medicamentorum tabernis; ab anno 1930 in urbe Bilbao associatio Patrumfamilias est constituta, spiritus T.O.F. propagatorum, qui usque nunc amplius 60 sunt quorumque agendi normae, decalogi forma, latine et hispanice publici iuris fiunt; novae Tertiariorum domus, capsa dotalis pro monialibus nobilesque ac perinsignes Tertiarii commemorantur. P. IGNATIUS M.

2298. — LE BRUM [pseud. J. LATRE JORRO]. *Vida de Santa Isabel, reina de Portugal*. Madrid, Apostolado de la Prensa, 1947. In-8°, 164 p.

2299. — C. FERNÁNDEZ DE CASTRO. *Nuestra Señora en el Arzón. Vida del muy noble y santo Rey don Fernando III de Castilla y de León*. Madrid, S.L. Escelicer, 7948. In-8°, p. 318.

2300. — BURCHARDUS A WOLFENSCHIESSEN, O.F.M.CAP., *Utrum S. Ignatius a Loyola fuerit Tertio Ordini S. Francisci adscriptus?*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 139-141.

Valde exagitata quaestio de traditione, qua S. IGNATIUS DE LOYOLA T.O.F. adscriptus fuisse tenetur, hic nondum plane resolvitur, quamvis multa documenta ac bona id suadeant. P. IGNATIUS M.

2301. — A. DE LEGARDA, O.F.M.CAP., *Cervantes y S. Francisco*, in *Verd. y Caridad*, 1947, t. XXIV, p. 204.

In memoriam revocantur breves notitiae, e quibus quilibet deducere potest insignem litteratum hispanum vitam et actionem S. FRANCISCI novisse suis in scriptis, deinde inter sodales Tertii Ordinis franciscalis cooptatum esse. Cf. *supra*, n. 299. P. MELCHIOR

2302. — F.A. VILLARUBIAS, *El franciscanismo de Jaime Balmes*, in *Apost. Franc.*, 1948, t. XXXV, p. 242-243.

Obiter attinguntur argumenta quae vim et influxum doctrinae franciscanae in insignem philosophum et sodalem Tertii Ordinis franciscalis J. BALMES ostendere videntur. P. MELCHIOR

Italia

2303. — *La paterna parola del Card. Elia Dalla Costa*, in *L'Araldo del Gran Re*, 1947, t. I, p. 21-23.

2304. — *La parole autorisée d'un prince de l'Église, le cardinal Dalla Costa, archevêque de Florence*, in *Rev. Sac. T.O.*, 1947, t. XVIII, p. 113-118.

Hodiernus praesul Ecclesiae Florentinae, dignissimus Tertii Ordinis franciscalis sodalis, dilucide disserit de momento ac vi Tertiariorum regulae ad sacerdotales conscientias conformandas, quippe quod apta proponit media ad virtutes praesertim paupertatis, humilitatis et caritatis excolendas, ideoque ex inscriptione huic seraphico sodalitio magnam capient utilitatem tum seminariorum alumni tum ipsi sacerdotes saeculares. P. MELCHIOR

2305. — MARCO DA VAL DELLA TORRE, O.F.M.CAP. *Un movimento rivoluzionario, T.O.F.* Cuneo, Tipografia Chibaudo, 1947. In-12°, 16 p.

2306. — *Inno dei Terziari Francescani*, in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 143-144.

Editur textus hymni T.O.F., quem AUGUSTINUS A TRIGGIANO, O.F.M.CAP., ad Congressum T.O.F. prov. Apuliae solemniorem reddendum composuit quemque P.A. DE FIDIO sonis rescripsit.

P. IGNATIUS M.

2307. — G. BERNOVILLE. *Sainte Angèle de Merici, les Ursulines de France et l' Union romaine.* (Les grands ordres monastiques. Tom. XXXIII). Paris, B. Grasset, 1947. In-16°, 267 p.

2308. — L. DE LAPÉROUSE. *La vie de sainte Catherine de Gênes et le Traité du purgatoire.* (Les grands témoignages). Tournai-Paris, Casterman, 1948. In-16°, 133 p.

A., in prima sui operis parte, vitae S. CATHARINAE compendium describit; in secunda, *Tractatus Purgatorii* novam editionem typis mandat, sequens editionem Parisiensem, quae an. 1699 typis mandata fuerat. Cf. etiam *Collect. Franc.*, 1943, t. XIII, p. 328-330.

P. JULIANUS EYMARD

2309. — PIUS PP. XII, *Litterae Apostolicae: Venerabilis Dei Servus Contardus Ferrini, vir laicus, Beatus renuntiatur*, in *Acta Ap. Sedis*, 1948, t. XL, p. 18-26.

2310. — PIUS PP. XII, *Allocutio: Ad christifideles qui Romam convenerant ad beatificationem Contardi Ferrini celebrandam*, in *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 343-352.

Die 13 apr. an. 1947 CONTARDUS FERRINI catalogo Beatorum adscribitur et insequenti die Summus Pontifex egregii viri dotes et virtutes commemoravit. P. MELCHIOR

2311. — *In beatificationem servi Dei Contardi Ferrini e tertio Ordine*, in *Tert. Ordo*, 1947, t. VIII, p. 11-17.

In eorum commodum et utilitatem qui de vita et virtutibus servi Dei acturi erant occasione illius beatificationis, exscribitur catalogus biographiarum, suiipsius operum editorum, simulque iterum vulgatur norma pie vivendi ab eo exposita et in effectum deducta.

P. MELCHIOR

2312. — *Scritti in onore di Contardo Ferrini*. Tom. I et II (Pubblicazioni dell'Università Cattolica del Sacro Cuore. N.S., tom. XVII-XVIII). Milano, Società Editrice «Vita e Pensiero», 1947. In-8°, XV-495 et 383 p.

2313. — B. CONTARDO FERRNI, T.O.S. *Scritti religiosi del Beato Contardo Ferrini*. Pubblicati a cura dell'Università Cattolica del Sacro Cuore, promotrice della Causa di Beatificazione. Terza Edizione. Milano, Società Editrice «Vita e Pensiero», 1947. In-12°, 151 p.

2314. — G. L.B., *Fatti e principi. Scritti in onore di Contardo Ferrini*, in *Oss. Rom.*, 1947, 2-3 giugno, p. 3.

2315. — CARLOS E. MESA, C.M.F., *Contardo Ferrini, de la cátedra al altar*, in *Verdad y Vida*, 1947, t. V, p. 467-495.

Amoena commemoratio insignis tertiarii franciscalis, cui die 13 apr. an. 1947 Summus Pontifex honores beatorum caelitum tribuit. Eius res gestae in iuvenum exemplum proponuntur ut ad maiora aemulanda charismata excitentur ac moveantur. P. MELCHIOR

2316. — AMBROGIO PERUFFO, O.F.M. *Contardo Ferrini, Professore d'Università, Terziario Francescano*. Pref. di S.E. Mons. VITTORINO FACCHINETTI, O.F.M. Roma, Commissariato Gen. del T.O.F. dei Frati Minori, 1947. In-8°, 164 p.

Praeprimis hoc in opusculo commendatur et describitur indoles franciscana servi Dei, qui Mediolani an. 1886 habitum Tertii Ordinis saecularis accepit et die 6 febr. insequentis anni professionem emisit.

P. MELCHIOR

2317. — CONTARDO FERRINI. *Pensieri e Preghiere*. A cura dell'Università Cattolica del S. Cuore. 8 ed. Milano, Soc. Ed. «Vita e Pensiero», 1947. In-8°, 348 p.

Nova et elegans editio huius insignis operis, quod normam vivendi atque ideas religiosas servi Dei continet, quodque dignum existimatur ut fuse divulgetur. P. MELCHIOR

2318. — I. MARTIN, *Ferrini, hombre de nuestro tiempo*, in *Cristiand.*, 1943, p. 423, 432.

2319. — V. VITTORIA, *Ferrini «Vir laicus»*, in *Oss. Rom.*, 1947, 21-22 apr., p. 2.

2320. — N. FERRINI, *Parallelismi spirituali. Rinaldo Ferrini padre ed «amico» del beato Contardo*, in *Oss. Rom.*, 1947, 19 ott., p. 3.

2321. — CAMILLO CORSANEGO. *Contardo Ferrini*. Con prefazione di GIORGIO LA PIRA. Firenze, Ed. Fiorentina, 1947. In-8°, 147 p.

2322. — IGINO GIORDANI. *Contardo Ferrini. Un santo fra noi.* Milano, Soc. Ed. «Vita e Pensiero», 1948. In-8° XI-238 p.

2323. — S. MARCHETTI. *Le Bienheureux Contardo Ferrini*. Trad. de l'italien par A. MEMBREZ. Porrentruy, La Bonne Presse, 1948. In-8°, 191 p.

2324. — A. PORTALUPPI. *El alma religiosa de Contardo Ferrini (1859-1902). Precedida de su biografía* por PH. MAZOYER. Trad. del italiano por J. MIQUEL Y MACAYA. Vich, Edit. Sala, 1947. In-12°, 241 p.

2325. — T. DOMÍNGUEZ DEL RÍO, C.M.F. *Beato Contardo Ferrini. Glosas al margen de su vida. Lumbres y estímulos para la juventud.* 3 ed. Madrid, Edit. Coculsa, 1947. In-8°, XXIV-380 p.

Felicem nacti occasionem beatificationis servi Dei CONTARDI FERRINI, varii scriptores illius res praeclare gestas descripserunt et evulgaverunt, novis editis biographiis vel iam notis iterum in lucem prolatis vel in exteris translatis sermonibus. Notitiae chronologiae praecipuae hae sunt: Servus Dei natus est Mediolani die 4 apr. 1859 atque an. 1876 in studiorum universitate Papiae iuris studium inivit, summa cum laude die 21 iun. an. 1880 lauream assecutus est; mox, gratuita pro meritis suis pensione accepta, Berolinum mittitur Iuris Romani studium prosecuturus; biennio post in Italiam reversus in variis athenaeis cathedram Iuris Romani consequitur, scientiam lumine fidei colens et docens temporibus difficillimis, quibus communiter viri docti omnes disciplinas ab instituto vitae christianae discivisse audacter proclamabant. Ut melus et abundantius subsidia perfectionis adipisceretur, an. 1886 Tertio Ordini saeculari S. Francisci adscribitur. Permulta scripsit de re ascetica et apologetica, maxime autem de re iuridica, in qua excolenda et docenda summam laudem universalemque admirationem consecutus est. Non absque sanctitatis fama die 17 oct. an. 1902 supremum diem clausit atque die 13 apr. an. 1947 solemnes beatorum caelitum honores eidem tribuuntur. P. MELCHIOR

2326. — A.M. FIOCCHI, S.J., *Un santo laico contro il laicismo moderno*, in *Civiltà Catt.*, 1947, t. IV, p. 27-35.

2327. — M. VAUSSARD, *Le bienheureux Contardo Ferrini*, in *Nouv. Rev. Theol.*, 1948, t. LXX, p. 289-302.

2328. — O. ROBLEDA, S.J., *Un profesor de universidad, sabio y santo: Contardo Ferrini*, in *Sal Terrae*, 1947, t. XXXV, p. 245-252.

Hisce tribus disquisitionibus lineamenta Servi Dei adumbrantur atque eius indoles propria, qua doctor iuris et qua sectator vitae christianae, describitur; potissimum demonstratur quomodo sua sese gerendi ratione in studiis scientificis colendis et promovendis B. CONTARDUS FERRINI luculentissime manifestavit nullam interesse repugnantiam inter fidem catholicam latissimamque scientiam, uti viri docti illius aevi et athenaeorum professores vocitabant, quum ipse nemini secundus eadem studia profundius ac verius quam ceteri multis suis eruditis elucubrationibus coluit atque promovit. P. MELCHIOR

2329. — G. PUISERINI, *Contardo Ferrini e Antonio Rosmini*, in *Riv. Rosminiana*, 1947, t. XLI, p. 49-56.

Controversa quaestio de relationibus inter hos duos viros exponitur. Secundum A. manifestum est CONTARDUM FERRINI magna admiratione prosecutum esse et personam et doctrinam A. ROSMINI.
P. MELCHIOR

2330. — QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP. *Een Heilige in burger. Professor Contardo E.F.I.D. Ferrini. 4 April 1859 - 17 October 1902.* s.n.t., 1948. In-8°, 32 p.

2331. — B. DE GAIFFIER, S.J., *Intactam sponsam relinquens. A propos de la vie de S. Alexis*, in *Anal. Boll.*, 1947, t. LXV, p. 157-195.

Circa vitam S. ALEXII ultimis his temporibus diversae factae sunt indagationes, quin problema historicum et religiosum sub omni respectu consideraretur. Quare A. quaestionem implicatam denuo aggreditur tenorem legendae cum eventibus similibus comparando. Inter 21 causas adductas enumerantur Tertii Ordinis sodales, qui exemplo S. ALEXII moti castitatem illibatam in coniugio servaverunt, scil. S. ELZEARIUS DE SABRAN (┼ 1323) eiusque coniux B. DELPHINA DE SIGNE (┼ 1360) necnon B. JOANNA MARIA DE MAILLÉ, baroni DE SILLY copulata (┼ 1414). Notitiae sumuntur ex *Act. SS.*, sept., t. VII, p. 537 s., et mart., t. III, p. 738, atque *Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis*, nr. 2523. 5515, Bruxellis, 1898-1901.
P. LAURENTIUS

2332. — PIUS PP. XII. *Summus Pontifex exaltat virtutes heroicas Iosephi Cafasso, adstantibus christifidelibus qui Romam convenerant ad eius canonizationem celebrandam*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 5-6, et *Acta Ap. Sedis*, 1947, t. XXXIX, p. 398-400.

2333. — PIUS PP. XII, *Litterae decretales. Beato Josepho Cafasso Sanctorum honores decernuntur*, in *Acta Ap. Sedis*. 1948, t. XL, p. 217-227.

2334. — MAMILIANO DAL GIGLIO, O.F.M.CAP. *S. Giuseppe Cafasso, perla del Clero Italiano*. Firenze, Vallecchi Editore, 1947. In-8°, 86 p.

Quamvis non omnino constet JOSEPHUM CAFASSO, die 22 iun. an. 1947 sollemniter inter sanctos caelites a PIO XII adscriptum, sodalem fuisse Tertii Ordinis saecularis S. Francisci, prorsus certum est eum sodalitatis eiusdem Tertii Ordinis in Ecclesia Taurinensi S. Francisci moderatorem exstitisse. A. hanc veritatem statuere conatur (p. 4), sed praecipuus eius finis in hac biographia exaranda fuit hoc novum sanctitatis sidus uti sacerdotum exemplar proponere imitandum.
P. MELCHIOR

2335. — M. LEKEUX, O.F.M. *O Bem-Aventurado Luquésio, comerciante e enfermeiro*. Petrópolis, Ed. Vozes Limitada, 1947. In-8°, 61 p.

Brevis vitae atque operositatis descriptio primi sodalis Tertii Ordinis S. Francisci, LUCHESII scil. eiusque coniugis. A. magni facit praeprimis vim Evangelii in prima Ordinis evolutione. P. LAURENTIUS

2336. — RINA MARIA PIERAZZI. *Sainte Marguerite de Cortone. D'aprés la Légende de Fra Giunta Bevegnati.* Texte français de BLANCHE DEYEN. (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 135 p.

Versio Gallica, optime peracta a B. DAYEN ex Italico sermone, operis RINAE-MARIAE PIERAZZI, quod inscribitur *Margarita pretiosa - S. Margherita da Cortona,* et cuius laudem videre est in *Collect. Franc.,* 1939, t. IX, p. 413 n. 4. Prima editio huius versionis Gallicae an. 1939 prodiit (cf. *Bibliogr. Franc.,* t. VI (1938-39), p. 721 n. 3874). Haec nova editio pluribus tabulis ornatur.

P. IGNATIUS M.

2337. — QUIRINUS VAN ALPHEN, O.F.M.CAP., *De H. Margaretha van Cortona 1247-1947,* in *Franc. Leven,* 1947, t. XXX, p. 103-108.

S. MARGARITAE DE CORTONA nativitatis centenarium occasio fuit ad delineandam paucis verbis vitam huius praeclarae poenitentiae magistrae. P. LAURENTIUS

2338. — F. MAURIAC. *Saint Margaret of Cortona.* Transl. from the French by BERNARD FRECHTMAN. New York, Philosophical Library, 1948. In-8°, XII-231 p.

2339. — IDEM. *De rouwende minnares. Margareth van Cortona.* Vert. H. BUSCH. Nijmegen, Uitgeverij De Koepel, 1949. In-8°, 183 p.

2340. — FR. MAURIAC. *Margaret of Cortona.* Transl. from the French by BARBARA WALL. London, Burns, Oates & Washbourne, 1948. In-8°, 147 p.

Pulcherrima vitae S. MARGARITAE DE CORTONA narratio, quam FRANCISCUS MAURIAC, Academiae Franciae socius, ex antiqua Legenda Fratris GIUNTA BEVEGNATI, O.MIN., ad modernorum lectorum desideria aptavit et rerum vitae spiritualis atque psychologicae scientiae notitiis auxit, meritam divulgationem obtinuit, cuius testes sunt novae semper libri interpretationes translationesque. P. LAURENTIUS

2341. — F. SARRI, O.F.M., *S. Margherita da Cortona nella sua leggenda,* in *Italia Franc.,* 1948, t. XXIII, p. 11-29.

Ex *Vita prima* S. MARGARITAE DE CORTONA, conscripta a GIUNTA BEVEGNATI, O.MIN., confessario et animae eiusdem Sanctae moderatore, facta praecipua excerpuntur et ornantur considerationibus opportunis. Nil novi adducitur. P. LAURENTIUS

2342. — GEREBERN MENS [AB HERSELT], O.F.M.CAP. *De Boetelinge van Cortona.* Tweede herziene uitgave. Brugge, Franciscaanse Standaard, 1948. In-8°, 158 p.

Cf. huius vitae S. MARGARITAE primae editionis an. 1939 recensionem in *Bibliogr. Franc.,* t. VI (1938-39), p. 722 n. 3875.

2343. — A. FRANCHI. *Santa Margherita da Cortona.* (I Vittoriosi). Firenze, A. Salani, 1947. In-16°, 260 p.

2344. — OTTORINO MONTENOVESI. *I Fioretti di S. Margherita da Cortona.* Roma, Miscellanea Francescana, 1947. In-8°, 43 p.

Narrationes hic editae sequuntur *Processum remissorialem*, per Congr. Rituum an. 1629-1640 Cortonae confectum, ideoque magis ad historiam cultus eidem sanctae feminae tributi quam ad eiusdem vitae certas vicissitudines pertinent. P. BONAVENTURA

2345. — CEC. TUYPENS. *Die Wondere Roze.* (Beiaard-Reeks, n. 4). Brugge, Uitgeverij K. Beyaert, 1948. In-8°, 144 p.

Opusculum, forma elegantiori nitidiorique typorum genere praestans, curriculum vitae S. ROSAE DE VITERBO describit, «Rosa Mirabilis» inscriptum, eo quod A. rosarum dotes sanctae virgini Viterbiensi pulcherrime adnectit. A. expedite, immo dicam poëtice, hanc popularem legentibus praebet hagiographiam, quae animum eorum simul elevat ac mulcet, amoenitate delectat nutritque virtutis exemplo.

P. IGNATIUS M.

2346. — JACQUES CHRISTOPHE. *Sainte Rose de Viterbe.* (Profils Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, 1947. In-8°, 104 p.

A. stilo vivaci et alacri, methodum quasi scientificam secutus, brevem S. ROSAE DE VITERBO vitam, quae saec. XIII medio Summum Pontificem inter et imperatorem Fridericum II bello tumultuante, acta est, viginti duobus capitulis delineat. Opusculum unum est ex plurimis ad collectionem « Profils Franciscains » pertinentibus, quae tanta beneficia in legentes dimanant.

Notatur tamen in hoc opusculo quaedam contentio, acrimonia non carens, in reprehendendis tyranni actibus, cum alio recentiore eiusdem nationis comparati, id quod sapit tempus quo opus confectum est animumque A. et eius gentis inter et post novissimum bellum adversus Germanicum populum revelat: quae quidem contentio et acrimonia huiusmodi libris virtutis disseminandae causa conscriptis minus convenit. P. IGNATIUS M.

2347. — A. GARIANTI, *Fù ascritta al T.O.F. Vittoria Colonna?*, in *Italia Franc.*, 1947, t. XII, p. 113-121.

Neque ex scriptis ipsius VICTORIAE COLONNA neque ex variis saeculi XVI documentis certo erui potest, hanc praeclaram Ordinis Capuccinorum fautricem Tertio Ordini Franciscali nomen dedisse.

P. LAURENTIUS

2348. — DON PINUZZO. *Margherita* [*Candia*]. Vico Equense (Napoli), Opera Madonnina dei Poveri, 1946. In-8°, 41 p.

A., alieno nomine utens *Don Pinuzzo* (nomen enim ei proprium est GIUSEPPE DE SIMONE), inter plura soluta oratione ac versibus exarata opuscula quaedam scripsit etiam de re franciscana. Stilo poëtico, at saepe involuto res gestas cum phantasiae excogitatis permiscens, libenter utitur A., sicut ex praesenti quoque opusculo patet, quo exiguum vitae curriculum MARGARITAE CANDIA (natae Afragolae die 24 aug. 1924, mortuae Vici Aequensis, in ditione Neapolitana, die 25 maii 1942) septemdecim annos natae describitur.

Huic puellae desiderium inerat T.O.F. habitum induendí, quod et matri suae patefecit (p. 19); ast nullibi in narratione clare edicitur eam reapse ad T.O.F. pertinuisse, licet spiritu ferveret franciscano. Quod praecipue in eius vita notatur, pietas est intima in Deum, animae virginalis laetitia et caritas in homines, quae amicitiae consuetudine ac sacro patiendi ardore nutriebatur, quo

et ipsam obtulit vitam holocaustum Deo pro pace inter mortales obtinenda. Huius aetatis nostrae iuvenes tali egent vivendi forma christiana, cuius typum gessit praebetque omnibus exemplum MARGARITA stupendum. P. IGNATIUS M.

2349. — SAMUELE CULTRERA DA CHIARAMONTE, O.F.M.CAP. *Angeli al focolare. Sebastiana Cultrera.* 3.a edizione. Torino, L.I.C.E., R. Berruti & C., 1947. In-8°, 157 p.

De prima editione huius operis cf. *Collect. Franc.*, 1937, t. VII, p. 640 s.

2350. — ALESSANDRO DA SERINO, (O.F.M.CAP.). *Cuore in Croce. Peppina Curcio.* Campagna, Tipografia Alberto Capuano, 1948. In-8°, 104 p.

In hoc opusculo A., eloquio plerumque singultanti, si excipias quae ab auctoribus mutuatus est, non curriculum vitae delineat, sed ea quae JOSEPHINA CURCIO († 17 oct. 1941) gessit quaeque perpessa est, plurimis ex eius «Diario» (1936-1941) depromptis, celebrat.

Haec virgo T.O.F. adscripta fuit in oppido Cròpani vel Zaragise: vest. die 23 febr. 1937; prof. die 1 mart. 1938 (cf. p. 69) nostraeque aetatis Tertiariis exemplar evasit verae formae franciscalis. Persuasum enim apprime habuit T.O.F. neque solum pietatis exercitium, neque merum indulgentiarum esse thesaurum eoque minus, si necessitas cogat, aliquod honoris insigne, sed veram mentis vitaeque formam constituere atque, ut ita dicam, officinam sanctimoniae, sicut illum beatus Franciscus excogitaverat. Quam sententiam veluti sanctissimam normam tenens, documentorum Seraphici Patriarchae exemplorumque iugiter sequestra, intimam virtutis didicit laetitiaeque rationem, ideoque ea, quae verae sunt virtutis, opera in Evangelio ac Regula Franciscana commendata avide exercuit (passim, praesertim p. 67-75), praecipue vero tolerantia enituit in rebus adversis, ita ut ipsi Regula T.O.F. totius vitae norma fuerit. - Quod vivens expetierat, Franciscalium nempe more indutam sepeliri, et ante decessum sibi paravit et post mortem plene consecuta est ut dicere liceat eam spiritu franciscali interius exteriusque redundasse. - Cum vero primum de hac virgine aliquid in lucem edatur, certiora quaedam ac magis definita de aetate et familia eius desiderantur. P. IGNATIUS M.

2351. — GIOVANNI DA VOLTERRA, O.F.M.CAP. *In memoria di Alfredo Del Vivo, Ministro della congregazione del T.O.F. di Empoli.* Firenze, Tip. S. Francesco, Montughi, 1948. In-8°, 10 p.

2352. — *Onoranze centenarie al servo di Dio Don Luigi Ghinelli, fondatore dell' Istituto Fanciulli Poveri in Gatteo. Nel primo centenario della nascita.* Gatteo, Scuola Tipografica Istituto Fanciulli Poveri, 1948. In-8°, 64 p.

2353. — BURCHARDUS A WOLFENSCHIESSEN, O.F.M.CAP., *De Tertianis insignibus. Richardus Pampuri, nova stella iuvenum praesertim iuvenum clarissima luce collustrans,* in *Tert. Ordo*, 1948, t. IX, p. 134-137.

2353ᵃ. — P. CHIMINELLI. *Fra Riccardo Pampuri (1897-1930). Giovane d'Azione Cattolica, Medico, Religioso dei Fate-Bene-Fratelli.* (Piccola Collana Ospedaliera, N. 1). Roma, Isola Tiberina 39, (1948). In-12°, 44 p.

Brevissime describitur vita huius insignis Tertiarii franciscani qui mense aug. an. 1897, natus, in T.O.F. die 20 mart. 1916 cooptatus est professionemque emisit die 28 apr. an. 1922. Doctor pie se-

duloque infirmis serviens, diem obivit supremum cum fama sanctitatis kal. maii an. 1930, sodalis Fratrum Hospitalitatis a S. Joanne de Deo. Nunc iam titulo Servi Dei decoratus est, cuius vitae fontes ibidem in fine reperies. P. IGNATIUS M.

2354. — A. ODDONE, S.J., *Nel 50° anniversario della morte di Giuseppe Tovini*, in *Civ. Catt.*, 1947, t. IV, p. 124-135.

JOSEPHUS TOVINI (✝ 16 ian. 1897) iure meritoque Actionis Catholicae, quae dicitur, strenuus antesignanus et iurium Ecclesiae defensor egregius nominatur. Quamvis memoria tanti viri viva adhuc exstet multis, opportunum visum est A. vitam atque actuositatem eius paucis perstringere verbis. Ratio temporum quibus aderat J. TOVINI nequam omnino erat, cui animo firmo et fide intrepida obsistebat. Praecipuam operam impendebat in scholis promovendis, variis scriptis edendis (inter alia edidit *Bollettino dei Terziari Francescani*, nam erat fervidissimus Tertiarius S. Francisci, p. 131), operariorum necessitatibus adiuvandis et institutis socialibus promovendis, necnon rerum publicarum motu dirigendo ac spiritu christiano diffundendo. Fundata videtur spes J. TOVINI ad supremos Ecclesiae honores perventurum esse. P. LAURENTIUS

2355. — G.A., *In memoria di Giuseppe Tovini*, in *Oss. Rom.*, 1947, 26-27 maggio, p. 1.

Brevis descriptio insignis huius Tertiarii franciscani, qui, sicut CONTARDUS FERRINI exemplum sanctitatis scientiae, proclamatur exemplum sanctitatis actionis. P. BONAVENTURA

VII. - RELATIONES DE ARTE FRANCISCANA

2356. — M. Duchateau, *Is Frans van Assisi de vader der Italiaanse kunst?*, in *Kultuurleven*, 1947, t. XIV, p. 279-286.

2357. — L. Bracaloni, *Saint François et la libération de l'art*, in *Regards sur la liberté* (*Lumières d'Assise*, n. 5), p. 92-113, Paris, 1948.

Quando S. Franciscus natus est, sub saec. XII finem, ars bis vincta erat: ars pagana voluptate, ars byzantina auro et argento. Paupertate, Seraphicus Pater aurum argentumque amovit. Sanctitate, cum omnia in Deo videret, voluptatem eiecit ita ut ars ad naturam ipsam reduceretur. Hanc duplicem liberationem A. libenter iterum agnoscit a Giotto usque ad Mauritium Denis. In fine, A. refellit quosdam contradicentes qui dicunt artem franciscanam esse firmitatis roborisque expertem. P. Julianus Eymard

2358. — Juan Bta. de Mogliano, O.F.M.Cap., *El arte franciscano*, in *Thau. Rev. Afirm. Franc.*, 1947, t. XXXIV, p. 164-167.

2359. — M. Vloberg. *L'Eucharistie dans l'Art*. Grenoble-Paris, B. Arthaud, 1946. In-8°, 316 p. cum ill.

Continet, iuxta *Franc. Leven*, 1947, t. XXX, p. 95, breves notitias de vi quam S. Franciscus Assisiensis eiusque sequaces exercuerunt in opera artium liberalium, quae SS. Eucharistiam exprimunt.

P. Bonaventura

2360. — R. Maere, *L'Enfant Jésus et la crèche dans l'iconographie chrétienne*, in *Bulletin de la Société royale d'archéologie de Bruxelles*, 1946, p. 33-48.

2361. — Alfonso Casini, O.F.M., *Valore artistico della poesia dei Laudesi nel duecento*, in *Studi Franc.*, 1947, ser. 3, t. XIX, p. 88-106.

Genus illud litterarium, quod « laudes » nuncupatur, hisce ultimis temporibus in Italia saec. XIII satis pervestigatum est quoad eius originem et significationem; deerat tamen monographia de momento poetico horum poematiorum. Auctores «laudum» potius versificatores quam poetae dicendi sunt, quippe qui saepe saepius vi poetica et afflatu expertes sunt et incompta oratione scribunt quapropter maxime a poetis franciscanis illius aevi differunt, quamvis idem fere sit argumentum, nam hi sunt veri poetae pulchris, excultis et elegantibus versibus sensa animi exprimentes. Ad exemplum afferuntur duae « laudes », una de S. Francisco Assisiensi et altera de S. Antonio Patavino, utraque olim in *Misc. Franc.*, 1889, t. IV, p. 49-53, edita. P. Melchior

2362. — [Gabriel de Sotiello, O.F.M.Cap.], *Así vió Marquina a San Francisco*, in *Mensajero Seráf.*, 1948, t. LXI, p. 209-210, 234-235, 244-246.

Poeta hispanicus E. Marquina poema scripsit, cui titulus: *La poesía de S. Francisco*, ex quo A. aliqua desumit fragmenta et examini subicit ut effigiem spiritualem S. Patriarchae a poeta adumbratam ostendat. P. Melchior

2363. — A. Mabille de Poncheville, *Louis Le Cardonnel à Assise*, in *Regards sur la Communauté* (*Lumières d'Assise*, n. 4), p. 75-89, Paris, 1947.

A. narrat res ab hoc insigni poeta in S. Francisci civitate gestas. Eius poematum excerpta multa sicut et epistolarum quas tunc conscripsit, refert ita ut facile videre possimus et artis poeticae decursum et diversa discrimina periculaque sive interna sive externa quae tunc poeta expertus est. P. Julianus Eymard

2364. — A. Mabille de Poncheville. *Vie de Louis Le Cardonnel. Documents inédits.* (Cahiers des poètes catholiques. Hors-série). Tournai, Casterman, 1947. In-8°, 292 p. cum ill.

Res omnino oppositae in vita Ludovici Le Cardonnel inveniuntur. Ex una parte instabilitas mentis, nullus disciplinae atque rigoris sensus, rerum materialium incuria ipsi propria fuere. Altera tamen ex parte carmina scribebat concisa, harmonia admirabili plena, sobrio sententiarum ductu exculta, magnifico aedificio similia, quae intimos animae sensus exprimunt et patefaciunt. Huius actuositatis et vitae sacerdotalis poetae sortes insequitur A. praefato libro iudiciis acutis acerbisque stipato. P. Laurentius

2365. — Roberto B. Lopes, O.F.M. *Cancioneiro de Dona Pobreza.* Curitiba (Brasilia), Editora Guaíra Limitada, 1948. In-8°, 90 p.

Opusculum continet laudes et cantica lingua lusitana redacta de Domina Paupertate, argumentis plerumque ex vita S. Francisci Assisiensis et eius cantico creaturarum depromptis. P. Ignatius M.

2366. — Louis de Gonzague Jolly des Sables d'Olonne, O.F.M. Cap. *Carmen Mariale. Poèmes à Marie.* Toulouse, Les Voix Franciscaines, 1947. In-8°, 112 p.

2367. — Angelico Chávez, O.F.M. *The single rose. The Rosa Unica and commentary of Fray Manuel de Santa Clara.* Santa Fe, N. Mex., Los Santos Bookshop, Cathedral pl., 1948. In-8°, X-65 p.

Paraphrasis poëtica *Cantici Canticorum*, 34 paginas complectens, et in eandem commentarius (28 p.) huius egregiae spei poëtae, qui iam pluribus aliis operibus magnam famam adeptus est et arte picturae quoque eminet. Cf. de eo notitiam in Matthew Hoehn, O.S.B., *Catholic Authors*, p. 125-126, Newark, 1948. P. Bonaventura

2368. — Raymond L. Brukberger, O.P. *The seven miracles of Gubbio and the eighth.* A parable. Transl. from the French by Gerold Lauck. New York, Whittlesey House, 1948. In-12°, 60 p.

Amoene narratur, quomodo lupus a S. FRANCISCO conversus et facultate miracula patrandi instructus, huiusmodi potestate utitur et abutitur, donec ante praesepe Domini moritur. Hanc fabulam A. primum edidit in periodico *Cheval de Troie* (*Paris*), 1947, sept.

P. BONAVENTURA

2369. — M.E. 'T HART. *De Kinderkruistocht.* Roman. 2e druk. Neerbosch, Uitgeverij Neerbosch, 1948. In-8°, 250 p.

In hac fabula romanica describitur quomodo monachus quidam Carthusianus, S. FRANCISCI ASSISIENSIS praedicatione compulsus, derelicta solitudine ad Fratres Minores transit, concionibus suis non solum homines, sed etiam liberos parvos, dissuadente consodali quodam, ad Terram Sanctam recuperandam vehementer excitat, malo tamen exitu istius puerorum cruciatae expeditionis suae vehementiae poenam solvit. Narratio ad genus mere litterarium pertinet, omni historiae veritate praetermissa. P. BONAVENTURA

2370. — HELEN CONSTANCE WHITE. *Dust on the King's highway.* New York, The Macmillan Company, 1947. In-8°, 468 p.

Auctrix, in Universitate status Wisconsin munere docendi litteras Anglicas fungens et mulier litterata pluribus libris docte eleganterque conscriptis in Statibus Foederatis Americae Sept. satis celebris, in praesente opere tractat de vita et martyrio FRANCISCI HERMENEGILDI GARCÉS, O.F.M.OBS., qui Arizonam et Californiam intrepide exploravit atque die 17 iul. 1781, una cum consodalibus JOANNE BARRENCHE, JOANNE DIAZ et MATTHIA MORENO, apud castellum Yuma in California ab indigenis necatus est. Haec descriptio, etsi seriis studiis historicis innitatur, magis ad artem litterariam fabulae historicae quae vocatur pertinet quam ad genus historiae scientifice pervestigatae et explanatae. P. BONAVENTURA

2371. — CHARLIE MAY SIMON. *The royal road.* New York, E.P. Dutton Co., 1948. In-8°, 152.

Fabula romanica describens vicissitudines cuiusdam pueri hispanici comitantis et adiuvantis missionarios inter quos eminet JUNIPERUS SERRA, O.F.M.OBS., cuius persona bene illustratur.

P. BONAVENTURA

2372. — LAMBERTO CAFFARELLI. *Il Maestro P. Gian Battista Marabini, O.F.M., Musicista sacro faentino, 1873-1946.* Faenza, Convento Paradiso dei Frati Minori, 1946. In-8°, 32 p.

2373. — *R.P. Maurus Galletti, O.F.M.*, in *Acta Ord. Min.*, 1948, t. LXVII, p. 219-220.

Iste religiosus vir († 1948) musices artem maximopere coluit et diu moderator scholae Basilicae S. Mariae Angelorum (Assisi) exstitit. Mirum est quot opera ediderit; compositiones musicales publici iuris factae numerum centenarium superant, inter quas aliquae missae excellunt. Nondum lucem vidit oratorium *Le mistiche nozze di S. Francesco con Madonna Povertà.* P. MELCHIOR

2374. — PIERO CHIMINELLI, *Il P. Emilio M. Norsa da Mantova, O.F.M.Conv., convertito e musico (1873-1919)*, in *Misc. Franc.*, 1948, t. XLVIII, p. 243-277.

2375. — P. CHIMINELLI. *Il P. Emilio M^a. Norsa, O.F.M. Conv., (1873-1919), convertito e musico*. Roma, Editrice « Miscellanea Francescana », 1948. In-8^a, 40 p.

Haec biographica dissertatio tria capita complectitur. In primis res gestae AE. NORSA ante conversionem (1873-1902) describuntur, natus enim ex familia israelitica, bonis moribus instructus et artis musicae peritus, die 18 maii an. 1902 fidem catholicam amplectitur. Deinde de eiusdem vocatione religiosa instituitur sermo; etenim die 6 apr. an. 1907 in Sacro Conventu Assisiensi inter Fr. Min. Conventuales cooptatur et sequentibus annis Romae studia theologica peregit, donec an. 1911 Assisii sacerdotio auctus est. Demum de actione explicata in arte musicorum modorum excolenda et in actione sacerdotali explenda disseritur usque ad obitum (27 maii an. 1919).

A. hanc nactus occasionem, plura scripsit de cultoribus artis musicae inter Fr. Min. Conventuales (p. 256-260) et anceps haeret utrum JOSEPHUS ZARLINO (1517-1590) fuerit O.F.M.Conv. vel O.F.M.Obs. (p. 257). Sciendum tamen est quod non fuit religiosus sodalis, sed sacerdos saecularis et canonicus Clodiensis (cf. G. RAVAGNAN, *Elogio di Giuseppe Zarlino di Chioggia, celebre ristauratore della musica nel sec. XVI*, Venezia, 1819); et relationem edidit quoque de primordiis O.F.M.Cap., quam ipsi nuper iterum edidimus; cf. MARIUS A MERCATO SARACENO, O.F.M.CAP., *Relationes de origine Ord. Min. Capuccinorum* (Monumenta Hist. Ord. Min. Cap., t. I), p. 483-526, Assisi, 1937. P. MELCHIOR

2376. — A.M. DEL FERRARO, O.F.M.CONV. *Vota mea*. (Carmen 1 vocis modis musicis ornatum, pro professione religiosa). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2377. — D. STELLA, O.F.M.CONV. *Iesu tibi vivo*. (Carmen 2 vocum aequalium modis musicis ornatum, pro professione religiosa). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2378. — D. STELLA, O.F.M.CONV. *Ave Maria*. (Carmen 1 vocis mediae modis musicis ornatum). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2379. — D. STELLA, O.F.M.CONV. *Il Cantico delle Creature*. (2 voces aequales, solae et chorus). IV editio. Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1948.

2380. — D. STELLA, O.F.M.CONV. *Missa Patriarchalis*, 6 vocibus inaequalibus, organo comitante. Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento 1948. In-4°, 52 p.; singulae partes (Cantus I et II, Bassus I et II) 8 p.

2381. — D. STELLA, O.F.M.CONV. *O Pane del Ciel*. (2 carmina eucharistica 4 vocum inaequalium musicis modis ornata). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2382. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Miserere mei Deus*. (Moteta poenitentialis 1 vocis). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2383. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Si Quaeris Miracula*. (4 voces inaequales). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2384. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Transito del Serafico Padre S. Francesco* (5 partes: *Jam noctis; O Patriarcha; O Sanctissima anima; Voce mea; Salve sancte Pater.* - 2 voces aequales). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2385. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Noi siam di Francesco.* Inno del III Ord. Franc. 1 voce popolare. Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1948.

2386. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Salve, sancte Pater.* (1 vocis mediae). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1948.

2387. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Tota pulchra,* 2 voci bianche, altern. col gregor. Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1948.

2388. — G. CATRACCHIA, O.F.M.CONV. *Iuravit Dominus.* (2 voces aequales, pro neopresbytero). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1948.

2389. — L. FRASSON, O.F.M.CONV. *Mistero d' amore* et *Litanie Pastorali* (2 voces aequales). Assisi, Editrice Francescana Musicale, S. Convento, 1947.

2390. — BRUNO BRUNI, *Le pitture giottesche nella parete sinistra della Basilica superiore di S. Francesco in Assisi,* in *Misc. Franc.,* 1948, t. XLVIII, p. 329-344.

Exhibetur aesthetica illustratio 14 imaginum udo illitarum in latere sinistro Basilicae superioris Assisiensis, quas insignis artifex GIOTTO fecit, referens quaedam facta et miracula a S. FRANCISCO tum ante tum post obitum patrata. P. MELCHIOR

2391. — BERNARD BERENSON. *Un peintre siennois de la légende franciscaine: Sassetta.* Paris, Albin Michel, 1948.

2392. — H.B. GUTMAN, *Piero della Francesca,* in *Franc. Studies,* 1947, t. VII, p. 42-71.

Descriptis secundae medietatis saeculi XV motibus et propensionibus in arte pictoria atque in rebus publicis necnon ecclesiasticis, proprietates artis PETRI DELLA FRANCESCA optimis iudiciis exponuntur, quas recensere ad nos non pertinet, cum elementa franciscalia tantummodo quaeramus. Adnotandum proinde est opus excellens PETRI in ecclesia S. FRANCISCI Aretii crucem Christi sub symbolo arboris vitae repraesentans. Influxus spiritualitatis franciscanae indubius est (p. 57). Disputatur autem quasnam partes *Legenda aurea* JACOBI DE VORAGINE, O.P., in exsequenda pictura habuerit. S. FRANCISCUS apparet in pulcherrima tabula *Madonna* (in Collectione *Brera*), ubi Beata Mater genu flexo Filium suum adorat. Iste modus B.M.V. exhibendi prima vice descriptus fuit in opere *Meditationes vitae Christi,* quod JOANNI DE CAULIBUS, O.MIN., attribuitur (p. 69). P. LAURENTIUS

2393. — J. TRANCHANT, *L'extase de S. François de Georges de La Tour,* in *Amis S. Franç.,* 1947, n. 44, p. 1-3.

A., artis peritus, de tabula picta disserit, quam GEORGES DE LA TOUR olim pinxit et quae inscribitur: *Moine en prière auprès d'un*

moine mourant, pictoris ignoti opus. Reapse agitur de S. FRANCISCO moriente quando ab angelo cantante consolabatur, et vera inscriptio haec est: *Extase de S. François*. Ostendit A. Gallicum pictorem imitatum esse DOMINICUM THEOTOCOPOULI dictum *El Greco*, GERARDUM ZEEGHERS et FRANCISCUM DE RIBALTA; sed eiusdem novitas clara est et conspicua; hac in re vincit imitationem veritas et artifex exstasim ad verum expressit. P. JULIANUS EYMARD

2394. — F.G. PARISET. *Georges de La Tour*. Paris, H. Laurens, 1948. In-4°, 439 p. cum ill.

Gallicus pictor GEORGES DE LA TOUR, 1593-1652, Fratres Minores Capuccinos cognovit et in sua natali civitate Vic-sur-Seille et in urbe Luneville vulgo dicta, ubi post suum matrimonium, domicilium suum collocavit. A. operam suam applicat huic auctoritati quam apud illum probatissimum artificem Ordo S. FRANCISCI habuit et quae praesertim videtur in tabula picta quae inscribitur *Extase de S. François*. Accuratiora referre non possumus, cum librum ipsi inspicere nondum potuerimus. P. JULIANUS EYMARD

2395. — G. CANALI, *Una « Sacra familia » nel palazzo mercantile di Bolzano*, in *Oss. Rom.*, 1948, 30 aprile, p. 3.

Notitia brevis proponitur de altari S. ANTONIO PATAVINO dicato in ecclesia conventus Fratrum Minorum Bulsani (Bolzano-Bozen), confecto a lapicida JOANNE BAPT. BIANCHI et a pictore FRIDERICO PANZA (┼ 1703), qui imaginem maiorem S. ANTONII et minorem S. FRANCISCI pinxit. P. BONAVENTURA

2396. — FEDERICO GÓMEZ OROZCO, *La pintura indoeuropea de los códices Techialoayán*, in *Anales del Instituto de Investigaciones Estéticas* (Méjico), 1948, n. 16.

In recensione huius dissertationis in *Rev. Indias*, 1949, t. X, p. 809, extollitur meritum PETRI DE GANTE, qui schola sua artem et technicam picturae indigenarum salvavit, etsi artifices indigenae artis europaeae quodam modo afficiebantur. P. BONAVENTURA

2397. — DIOMEDE POHLKAMP, O.F.M., *A Franciscan Artist of Kentucky, Johann Schmitt, 1825-1898*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 147-170.

Vita et opera huius insignis pictoris, Tertii Ordinis S. Francisci sodalis, iuxta fontes accurate describuntur. Praeter alias, pro pluribus ecclesiis vel sanctuariis franciscanis in Statibus Foederatis Americae Sept. varias imagines argumenta franciscana exprimentes confecit. Tabulis ab A. expositioni adiunctis ars vere sacra huius artificis franciscani bene illustratur. P. BONAVENTURA

2398. — *Tapisseries franciscaines*, in *Regards sur l'Église* (*Lumières d'Assise*, n. 2-3), p. 231, Paris, 1946.

Inter polymita quae Andegavi in musaeo conservantur, commemorare possumus: *Combat du dragon contre ceux qui gardent les commandements de Dieu* (inter pugnantes invenitur S. FRANCISCUS);

Les enfants de la femme qui gardent les commandements de Dieu (S. Franciscus a priore parte adest); *L'idole renversée* (e vita S. Antonii). P. Julianus Eymard

2399. — E. Urbani. *Oltre l'arte. Fra Claudio Granzotto. Francescano, Scultore.* Chiampo (Vicenza), Collegio Serafico Missionario, 1948. In-8°, 157 p. cum plur. tab.

Natus die 23 aug. 1900 Conigliani (Conegliano) in provincia Veneta, Richardus Granzotto primum muratoris condicionem sequebatur, deinde autem, utpote ingenii bonitate excellens, sculptoris artem deligebat et in academia Veneta huius artis lauream assecutus est. Attamen, ultra artem, perfectioris vitae christianae studiosissimus, an. 1935 habitum franciscanum induit, nomen S. Claudii, martyris et sculptoris, assumens. Non solum sculpturae arte magis magisque enituit, sed imprimis perfectae vitae religiosae exemplum evadit, usque dum praematura morte, die 15 aug. 1947, correptus est, artis et sanctae vitae laude praeclarus. Haec omnia A. praesentis operis eleganter descripsit. P. Bonaventura

2400. — José Rojas Garcidueñas, *Fray Juan de Alameda, arquitecto franciscano del siglo XVI*, in *Abside* (*Méjico*), 1947, t. XI, fasc. 1.

Architectus Joannes de la Alameda, O.F.M.Obs., opera construxit in San Miguel de Huejotzingo, Tula et Huaquechula (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 618). P. Bonaventura

2401. — John M. Lenhart [of Reiffenberg], O.F.M.Cap., *Fra Giocondo da Verona, architect of St. Peter's in Rome* (✝ *1.VII.1515*), in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 348-350.

Vita atque actuositas huius celeberrimi architecti breviter delineantur. Nondum certum est, utrum necnead Ordinem S. Francisci pertinuerit. Ipse A. opinatur Fr. Jucundum primum Ordini Fratrum Praedicatorum adhaesisse, postea vero ad Fratres Minores transvolasse (p. 348). In nova *Enciclopedia Cattolica*, t. VI, col. 422 (Città del Vaticano, 1951) P. Gazzola eum denuo adscribit Ordini Praedicatorum. Nocae porinde indagationes exspectandae sunt, ut res ad lirum. Novae proinde indagationes exspectandae sunt, ut res ad liquidum ducatur. P. Laurentius

2402. — Alejandro Espinosa, *Fray Pedro de Gante, grabador*, in *Estilo* (*San Luis de Potosí*), 1947, n. 8, p. 236 ss.

A. plura affert testimonia vel argumenta quibus concludit scalpendi artificium in America primum exercuisse et docuisse Petrum de Gante, O.F.M.Obs. Attamen argumenta allata fidem omnino firmam facere nondum possunt (*Rev. Indias*, 1947, t. VIII, p. 976; 1948, t. IX, p. 1119). P. Bonaventura

2403. — John M. Lenhart [of Reiffenberg], O.F.M.Cap., *Fra Antonio da Brescia, O.Min.*, in *Franc. Studies*, 1947, t. VII, p. 347.

Iuxta George Francis Hill, *Medals of the Renaissance*, p. 60-61 (Oxford, 1920), Cornelius von Fabriczy, *Italian Medals*, trad. G.W. Hamilton, p. 78 (London, 1904) et G.F. Hill, *The Gustave Drefus Collection of Renaissance Medals*, p. 82, n. 157, (Oxford, 1931) breves notitiae referuntur de quodam Antonio Brixiensi nomismatum excellenti incisore, cognito solummodo ex operibus, quae vertente saec. XV Patavii, Tarvisii, Veronae et Venetiis artificiose confecit. Animadvertimus quod non constat illum Antonium fuisse Fratrem Minorem, cf. *Enciclopedia Italiana*, t. III (1929), p. 565, et opera *ibid.* allata. P. Bonaventura

2404. — P. Deschamps, *Saint Louis et le rayonnement de l'art français*, in *Comptes rendus Acad. Inscript. Belles-Lettres*, 1946, p. 618-634.

2405. — Gérard Morisset, *Les Récollets et les arts en Nouvelle France*, in *Almanach de S. Franç.*, 1948, p. 26-32.

2406. — F. Martin. *Die Kunstdenkmãler des politischen Bezirkes Braunau. Mit einem Beitrag von* A. Waltl. (Österreichische Kunsttopographie. Tom. XXX). Wien, Rohrer, 1947. In-4°, XIV-412 p.

INDICES

I. - INDEX ALPHABETICUS LOCORUM FRANCISCANORUM *

(Acad. = Academia; Arch. = Archivum; Asyl. = Asylum; Basil. = Basilica; Bibl. = Bibliotheca; Capit. = Capitulum; Coen. = Coenobium; Coll. = Collegium; Commiss. = Commissariatus; Congr. = Congregatio; Conv. = Conventus; Cust. = Custodia; Dom. = Domus; Eccl. = Ecclesia; Erem. = Eremus; franc. = franciscanum; gen. = generale; Hosp. = Hospitium; Inst. = Institutum; Miss. = Missio; Mon. = Moniales; Monast. = Monasterium; Novit. = Novitiatus; Par. = Paroecia; Prov. = Provincia; prov. = provinciale; Sanct. = Sanctuarium; Sem. = Seminarium; ser. = seraphicum; Stat. = Statio; Stud. = Studium; Univ. = Universitas).

* Indices alphabetici locorum et personarum confecti sunt a PP. Cassiano ab Oberleutasch et Ignatio M. ab Inzago.

II. - INDEX ALPHABETICUS PERSONARUM

III. - INDEX GENERALIS

IMPRIMATUR - Fr. Clemens a Milwaukee, Min. Gen. O. F. M. Cap.

A. Traglia, Archiep. Caesar., Vicesgerens.

P. Arsenio Eugenio Binda, *Director responsabilis*

"GRAFICA", Stabilimento Tipografico - Perugia, Via Boncambi, 12 - 1951

